SANCTI
THOMÆ
AQVINATIS,
DOCTORIS ANGELICI,
ORDINIS PRÆDICATORVM,

EXPOSITIO AVREA IN
- Danielem.
- Libros Macchabæorum.
- Singulas Apoſtolorum, Iacobi, Petri, Ioannis, & Iudæ, Canonicas Epiſtolas.
- Apocalypſim B. Ioannis Apoſtoli.
- Quinque Libros Boëtij de Conſolatione Philoſophiæ, &
- Tractatum eiuſdem de Scholarium Diſciplina.

NVNC E TENEBRIS IN LVCEM ERVTA, AC INNVMERIS, quibus ſcatebat mendis, expurgata.

CVM INDICIBVS COPIOSISSIMIS.



PARISIIS,
Apud DIONYSIVM MOREAV, viâ Iacobæâ ſub Salamandra.

M. DC. XLI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

EPISTOLA
MAGISTRI FRATRIS
COSMÆ MORELLES
ORDINIS PRÆDICATORVM
AD LECTOREM, DE AVCTORITATE
HVIVS TRACTATVS IN DANIELEM.

DATVRVS, Beneuole Lector, *opuſculum hoc publico vſui, habebimus, pro temporis huius fertilitate, & ego, & opuſculum ipſum cenſores, extra dubium, multos, & iudices. Verum ne videantur ſibi, dicere aliquid, quod iam nunc, mihi, vel à me ipſo, vel ab aliis dictum non fuerit: volui, meæ ſinceritatis, & iudicij notas, in liminari hac epiſtola omnibus explicare. Fuit opuſculum hoc, in antiquiſſima, Louanienſis Ordinis Noſtri Conuentus, bibliotheca, nec forſan aliis bibliothecis deerit, vt modo ſtudioſe quæratur, inueniri poßit: & quæ in originali noſtro mutila erant, vel obſcuriſsima, addi, vel illuminari. Cur vero ſancto Thomæ attribuatur, crederem non tam à me requirendam rationem, modo titulum omnes vidiſſent, quam ab aliis cur ſancto Thomæ non attribuatur. Dabo interim vtriuſque ſententiæ argumenta.*

Primo igitur facit obſoletiſsima literæ antiquitas, & vetuſtiſsimæ abbreuiationes, plurimis, nec tamen indoctis, prorſus incognitæ, vt ſcriptor certe duorum abhinc ſæculorum videri poßit. Erant porro in tomo eodem commentaria ſancti Thomæ in Iob eadem prorſus quæ alias impreſſa extant, nec non in omnes canonicas epiſtolas, quæ correctæ editioni adiunximus omnia hæc ab vna manu, & in fronte libri præfixa inſcriptio non inferioris ætatis.

Accedit familiaris illa & propria ſancti Thomæ conſueta ac ſingularis accuratiſſima totius contextus diuiſio & ſubdiuiſio minutiſsima, quæ ſi non ſanctũ Thomam, magnum tamen aliquod ingenium arguit: cuius autem magis, quam quemlibet ipſe & antiquitatis fides loquuntur? Deinde ſolet Nicolaus de Lyra in ſuis ad ſacram ſcripturam commentariis, vbi eoſdem libros ſanctus Thomas explicarat quaſi compendium ſancti Thomæ reddere mutatis aliquando retentis ſæpe eiſdem verbis, vti præcipue conferenti commentaria in ſancti Pauli epiſtolas patebit, factum vero & hoc in præſenti opuſculo, cuius præcipuas contextus diuiſiones & ſententias, Lyra deſcripſit: vt argumentum etiam hinc mihi ſit ſaltem tunc opuſculum ipſum alibi extitiſſe.

Demum Petrus de Palude Author antiquus, nec S. Thomæ multum poſterior, aliqua de Antichriſto ſub S. Thomæ nomine citat, quæ nuſquam tamen niſi in præſenti hoc opuſculo reperiuntur, aut ſaltem ego, magna adhibita ſuper hoc diligentia, reperire non potui, verbi gratia, quod Antichriſtus naſcetur in Babylone. Item quod Antichriſtus inueniet theſauros abſconditos, & diſtribuet ſuis &c.

Quod ſi vero ſtyli aliquem offendit elegantia, & diffuſio, à qua S. Thomas videtur abhorruiſſe; (erte in operibus omnibus, ſtylum S. Thomas elegantem ſatis, & latinum habet: cui breuitatem in ſcholaſticis ſcriptis coniunxit, quod ea methodo iſti quaſi debita, & connaturalis eſſet. Præfatio interim aureæ cathenæ, quam Vrbano IV. Pontifici S. Thomas inſcripſit, quid in hoc campo potuerit, ſatis docet; Vt mirum omnino non ſit, etiam in libro hoc ornatiora nonnunquam interſpargi, ſed acuta, & non ab ingenio vili, præſertim cum potuerit facile argumentum hoc, vel aliquorum in Germania rogatu ab ipſo ita eſſe ſuſceptum, vel ibidem ex cathedra explicatum, vt conſuetudinis iſtarum partium probe conſcius, paulo ornatius illud tractaret, quo gentem eloquentiæ ſtudioſiſſimam, & ornatæ dictionis quaſi demulceret & alliceret: cui in barbara aut minus latina dictione, doctrina quantumuis ſolida vix placet.

Fuiſſe omnino in locis iſtis S. Thomam, neque Coloniæ tantum vt Albertum audiret, ſed & in aliis Germaniæ Inferioris, ac Belgii locis, vt profeſſorem ageret, communis patrum iſtius loci habet traditio, & clamant reliquiæ. Seruatur Louanii in illuſtri Ordinis Noſtri conuentu pulpitum, ex quo docuiſſe conſtat. Confirmat idem ſubſignatio literarum, in collegiata Eccleſia, quæ vſque ad hodiernam diem reſeruantur Thenis in partibus Brabantiæ propria S. Thomæ manu exaratæ, vt refert etiam Ioannes Baptiſta Grammey in ſua antiquitate Brabantica ſub deſcriptione Thenenſi his verbis (Prima Capitalis viſitatio facta eſt teſte & præſente D. Thoma Aquinate vti patet ex Litteris quibus ipſemet ſubſignauit Anno 1234. feria Sexta ante omnium Sanctorum,) Quod vero liber hic ab alio nullo hactenus, in Bibliotheca tamen Louanienſi patens, & vniuſcuiuſque obuius, fuerit in lucem productus, non modicum argumentum videtur in contrarium, præſertim cum Magiſter Antonius Senenſis Louanii vbi liber hic inuentus eſt, vixerit, officiumque Regentis ſtudii ibidem exercuerit; cuius tam ſingularis cura, & ſollicitudo fuit in Bibliothecis perquirendis, & luſtrandis, vt non tantum illic, & quæ noſtri Ordinis ſunt, Bibliothecas luſtrarit, ſed & Middelburgo, Zelandiæ Ciuitate in Bibliotheca Fratrum Minorum diuerſa conquireret, vt diuulgatus ab ipſo Liber S. Thomæ in Geneſin ibidem tenebris inuolutus, teſtatum facit. Sed quis neſcit iſtis præſertim in locis, Bibliothecas hoc tempore multum variatas, cum ex diuerſis conuentibus ad tutiora loca, propter hæreticorum, quas timebant incurſiones, libri ablegarentur, potuit ergo ex loco alio facile poſt Senenſis Louanio diſceſſum illuc transferri Deinde fuit tempore Senenſis liber hic in Bibliotheca Louanienſi, illumque ipſe viderit, eſto: nihil tamen mirum, quod laboris magnitudine territus, ab editione abſtinuerit, tanta fuit legendi difficultas tum propter raſuras frequentes, tum propter perpetuas, eaſque nimis intricatas abbreuiationes vna cum mirabilibus tranſpoſitionibus. Ego ſane quoties Antiquarios eoſque verſatiſſimos adhibuerim, quoties ipſe in vno aliquo loco hæſerim, teſtes ſunt nocturnæ vigiliæ, & diurni labores. Aliqua tamen adhuc per coniecturam ſuppleui, ſed rariſsime, vbi tamen compoſitione opus erat, vel additione deſtiti malens ſigno notare defectum, quam pro alienis mea obtrudere.

Ad (vt aiunt) Moralizationes quod ſpectat, quæ poſt literalem ſenſum contra

conſuetum aliorum ſcriptorum Sancti Thomæ morem, ſequuntur, id cauſæ noſtræ nec prodeſſe videtur, cum enim non ſint niſi ſolidiſſimi, & piiſſimi Theologi, reſponderi poteſt, quod ad aliquorum requiſitionem à Sancto Thoma adiecta fuerint. Vtcunque ſit, Author ſi dubius eſt, extra dubium doctiſſimus eſt, in Sancti Thomæ doctrina apprime verſatus, in patribus diligens, in ſacris literis optime inſtructus, & ſi dederint alii dubia quædam ſancti Thomæ opuſcula, non eſt cur & huic ſuus locus denegetur. Tu interea, amice Lector, boni conſule, & labore noſtro certe laboratiſſimo fruere, fructum ſentient omnes, præcipue tamen diuini verbi declamatores.

PRIVILEGE DV ROY.

LOVIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE : A nos amez & feaux Conſeillers les Gens renans nos Cours de Parlement, Maiſtres des Requeſtes ordinaires de noſtre Hoſtel, Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts, leurs Lieutenans & à tous nos autres Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendra, SALVT. Noſtre bien amé DENIS MOREAV Marchand Librare de noſtre bonne Ville de Paris, Nous a fair remonſtrer que deſiranr continuer ſes ſeruices au public, Il autoir depuis trois ans fait de grands frais en l'impreſſion de roures les œuures de Sainct Thomas d'Aquin, contenant dixſepr Volumes, le premier *In Geneſim*, & les autres, *In Iob*, *in Pſalmos*, *in Cantica*, *in Hieremiam*, *in Iſaiam*, *in Threnos*, *in Epiſtolas Pauli & Sermones*, *in Matthaeum & Ioannem*, *Catena Aurea*. *in Epiſtolas Canonicas*, *in Danielem & Macchabaeos*, *in Apocalypſin*, *Summa Theologiæ*, *Summa contra Gentes*, *Opuſcula*, *Philoſophia*, *in Sententias*, *Quæſtiones diſputatæ*, *Quæſtiones Quodlibeticæ*, *de Conſolatione Philoſophiæ*, Commenrés par Sainct Thomas, & tour ce qui ſe rrouuera deſdires œuures : Deſquels Volumes il en auroir deſia acheué d'imprimer plus de la moitié, auec des deſpenees extraordinaires tant pour l'impreſſion, que pour la recherche des bonnes coppies & corrections ſur ledit aurheur, Er d'aurant qu'en ladite impreſſion il a mis & mer encores rour ſon bien & celuy de ſa famille, & que ſi d'autres Libraires ou Imprimeurs en luy faiſanr concurrence du rour ou partie deſdits Tomes, alloient faire à preſent leſdictes œuures, il ſeroit entierement ruïné. A CES CAVSES, deſirans fauorablemenr rraicter ledit expoſanr, & qu'il ne ſoit fruſtré des fruicts de ſon labeur, Luy auons permis & octroyé, permetrons & octroyons par ces preſenres, d'imprimer ou faire Imprimer *Opera omnia Sancti Thomæ Aquinatis Doctoris Angelici, ordinis Prædicatorum*, tant des œuures deſia cy deuant imprimées, que rour ce qui ſe pourta trouuer de nouueau dudir Autheur, & ce en tels Volumes & Caracteres qu'il trouuera bon eſtre, Iceux expoſer en venre & diſtribuer duranr le remps & eſpaee de vingt ans entiers, à commeneer du iour que chacun Volume ſera acheué d'mprimer, à la charge que ledir MOREAV les imprimera correctement & ſur bon papier. Deffendons à rous Libraires, Imprimeurs & autres perſonnes de quelque qualité & condition qu'ils ſoienr, d'imprimer ou faire imptimer, vendre & diſtribuer d'autres impreſſions que celles dudir MOREAV, ou ayanr droict de luy, par roures les terres & ſeigneuries de noſtre obeïſſance, roures leſdires œuures duranr ledir remps ſans le conſenremenr & permiſſion dudir Expoſant, ou de ceux ayans charge de luy ſur peine de confiſcation des Exemplaires, de dix mil liures d'amende payable ſans deſport, le tiers à Nous, vn tiers aux pauures Enfermez, & l'autre tiers audir Expoſanr, & de rous deſpens dommages & intereſts enuers luy, à la charge auſſi d'en mettre trois Exemplaires, ſçauoir deux en noſtre Bibliorheque à preſenr gardée au Conuenr des Cordeliers de noſtredite Ville de Paris, & le rroiſieſme en celle de noſtre tres-cher & feal, le Sieur Seguier Chancellier de France auant que de les expoſer en vente, à peine de nullité des preſentes. SI VOVS MANDONS que de tout le conrenu en ces preſentes vous faciez ſouffrir, vſer & iouyr

plainement & paiſiblement & ceux qui auront pouuoir de luy, ſans ſouffrir qu'il leur ſoit faict ou donné aucun trouble ou empeſchement. Mandons au premier noſtre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, de faire pour l'execution desdites preſentes, tous Actes, Saiſies & Exploicts neceſſaires, ſans demander autre permiſſion: Nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques, Clameur de Haro, Chartres Normandes ou autres Lettres à ce contraires. Voulons qu'en mettant au commencement ou à la fin coppie des preſentes ou extraict d'icelles elles ſoient tenuës pour deuëment ſignifiées. CAR tel eſt noſtre plaiſir. Donné à Paris le vingt-ſeptieſme iour de Mars, l'an de grace mil ſix cens quatante vn, Et de noſtre regne le trente-vnieſme. Par le Roy en ſon Conſeil: Signé GVILLEBERT. Et ſcellé.

SANCTI THOMÆ AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

IN DANIELEM PROPHETAM EXPOSITIO AVREA.

PROEMIVM.

INTELLIGENTIA opus eſt in viſione, Daniel. 10. cap. *Ad perſtringendum breuiter ſapientiam Danielis Prophetæ, aſſumitur verbum iſtud, in quo tangitur reſeratio figuralis ſignaculi, pertinens ad apertionem omnium prophetiarum in generali ſub intellectionis opere, cum præmittitur,* Intelligentia opus eſt, *De hac intelligentia Iob ca. 33. Inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Et reuelatio prophetalis oraculi pertinens ad apparitionem Danielis in ſpeciali ſub intuitionis nomine, cum additur,* In viſione. *Hac eſt enim viſio, de qua Prou. 30. Viſio quam locutus eſt vir cum quo Deus erat. Quantum ad reſerationem figuralis ſignaculi, quæ tangitur ſub opere intelligentiæ, cum dicitur,* Intelligentia opus eſt, *notandum, & intelligendum, quod iuxta ſeptem ſigilla libri vitæ, de quo dicitur Apocalypſis 5. Vidi in dextera ſedentis ſupra thronum librum intus & foris ſignatum ſigillis ſeptem, ſunt neceſſarij ſeptem gradus intelligentiæ, ad apertionem cuiuſlibet prophetiæ, qui ſunt ſcilicet ſeptem lumina, & regulæ directiua.*

Primus autem intelligentiæ gradus reſpicit oſtenſionis intentum. Secundus inſpectionis obiectum. Tertius prædicationis modum. Quartus locutionis ſubiectum. Quintus impletionis terminum. Sextus expoſitionis proceſſum. Septimus narrationis intellectum.

Primus dictus gradus reſpicit oſtenſionis intentum, & eſt, quod in omni prophetia intentio Dei ore prophetico loquentis, eſt nobis regnum ſuæ prouidentiæ oſtendere, magnifice, occulte, ſancte, & pie ordinatum. Ad quod innuendum & intelligendum, inuenies eos quatuor myſteriorum genera aſſumentes. Inducunt enim interdum aliqua ſtupenda & mira, ad oſtendendum eius imperialem magnificentiam: interdum aliqua arcana & obſcura, ad oſtendendum eius ſapientialem prouidentiam, & abyſſalem ſapientiam: interdum aliqua rigida & dura, ad oſtendendum eius præcordialem clementiam: Et per hæc quatuor, myſteria omnium prophetarum variantur, Quia omnis prophetia intendit oſtendere, vel Dei magnificentiam imperialem, vel Dei prouidentiam ſapientialem, vel Dei ſententiam iudicialem, vel Dei clementiam præcordialem. Omnium autem horum dedit Deus intelligentiam Danieli, & ideo dicitur Daniel 1. cap. Danieli autem intelligentiam, *ſupple*, dedit Deus omnium viſionum.

Secundus gradus intelligentiæ reſpicit inſpectionis obiectum, quaſi ſecundum ſigillum prædicti libri, & eſt illud, quod omnis prophetiæ finis principalis eſt, honor diuinæ maieſtatis. quia tam in vitiis, quam in ſuppliciis, tam in meritis quam in præmiis ſemper aſpectus prophetalis vaticinii intuetur, vt principale obiectum, honorem diuinæ maieſtatis. Ad quod intelligendum & inueniendum, inuenies aſſumentes generaliter omnes Prophetas quadruplicem proponendi modum: nunc quidem viuum & exaggeratum, in increpatione vitiorum: nunc quidem durum, in imprecatione tormentorum: nunc quidem blandum & lenitum, in commendatione meritorum: nunc quidem altum & ſuſpiratum, in repromiſſione præmiorum. Ad intelligentiam horum aſpirans Salomon 2. Paral. 1. dicit. Da mihi ſapientiam & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo.

Tertius gradus intelligentiæ reſpicit prædicationis modum, quaſi tertium ſigillum, & eſt, quod quia omnes prophetæ intendebant per ſuam prædicationem populum ad meliora reducere: ideo vt facilior eſſet omnibus intelligentia diuinorum, tenebant in prædicando modum vulgarem, modũ popularem, modum hiſtorialem, modũ nihilominus prophetalem: ita quod propter modum vulgarem, quoad vulgus cõmuniter, ſolum habent verba ſimplicia vulgaribus aſſueta: propter modum popularem illi terræ aſſuetum, habent verba parabolica, quia conſuetudo fuit terræ Paleſtinæ parabolice loqui, vt plura ſignificarent, & magna perſuaderent, ſicut nunc frequenter facimus prædicando: propter modum hiſtorialem & narratiuum, quod eſt prædicatorum, habent verba diſcontinua, ſicut propter aliquod incidens ſolet fieri tranſitus in narrationibus de vna materia ad aliam, & poſtea redire ad propoſitam: propter modum prophetalem habent verba diſſonantia, & hoc, vel propter varium tactum affectus & aſpectus quo mutant perſonas, vel propter varium motum, quantum ad tempus, quo frequenter futura pronunciant, quaſi præterita, vt ſic caueantur certa, ſicut illa præſciuntur impleta: de talibus qui ſic loquuntur, poteſt dici, quod locutus eſt Ezechias, quod interpretatur auxilium Domini, vel confortauit me Dominus, quia cor talium prædicatorum confortat Deus, & eis auxiliatur, locutus eſt Ezechias ad cor omnium Leuitarum, qui habebant intelligentiam bonam coram Deo, vt dicitur 2. Paralip. 30. cap.

Quartus gradus intelligentiæ reſpicit locutionis ſubiectum, quaſi quartum ſigillum, & eſt, quod tota materia & ſubiectum cuiuſlibet prophetiæ eſt, ſub mira certitudine perluſtrare humanorum cordium ſecretum ſtatum, futurorum contingentium occultum euentum, Angelicorum myſteriorum præſtitum auxilium, diuini auxilij præfixum conſilium: In his enim omnis ſalubris veritas continetur.

Quintus gradus intelligentiæ reſpicit impletionis terminum quaſi quintum ſigillum, & eſt, quod, quia ſecundum varietatem temporum, variantur dona gratiarum, ideo prophetalia aliquando feruntur ad legis impletionem, & tunc reſpiciunt Iudæorum cultum: aliquando ad fidei reuelationem, & tunc reſpiciunt Chriſti aduentum & plenitudinem gratiarum: aliquando ad populi Iſraelitici finalem introductionem, & tunc reſpiciũt exceſſum contemplatiuum: aliquando ad æterni gaudij iubilationem, & tunc reſpiciunt conſummatum ſtatum regnantium: & loquendo de vno tempore interſeruntur frequenter aliqua de alio, ad quod reſpicit prophetiæ perfecta adimpletio. Hæc tamen diuerſitas eſt ſecundum Gregorium ſuper principium Ezechielis, quia non ſemper eodem modo animum propheticum tangit ſpiritus prophetiæ: quia aliquando tangitur de præterito tantum: aliquando de duobus vel tribus ſimul, & ideo de tempore ad tempus frequenter tranſeunt in loquendo, quod attendens Iob 28. cap. dicebat de hoc ſpiritu tangente ſic diuerſimode animum prophetarum, Profunda fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem: Sapientia enim vbi habitat & quis eſt locus? quaſi diceret, non alius, niſi animus prophetarum.

Sextus gradus intelligentiæ reſpicit expoſitionis proceſſum, quaſi ſextum ſigillum, vbi intelligendum eſt, quod prophetia non poteſt exponi in eodem ſpiritu, quo condita eſt, niſi cum ipſa exponit ſe ipſam, ſic frequenter fit in Daniele: vnde aliquando prophetia exponenda eſt imperſonaliter ſolum, vt illud Danielis 7. quod, Minimum regnum diuiſum eſt in, &c. *exponendum eſt, quod futurum eſt aliquando, quod regnum Romanorum, quod eſt quartum ſecundum eundem, diuidatur in decem regna, ex quorum conflatione exeat Antichriſtus, non tamen nominando ſeu determinando perſonas, & hæc expoſitio eſt certiſſima, ſed non ſpecificata: Aliquando vero exponenda eſt perſonaliter, non quod hoc vel illud, quod dicitur in tali prophetia, poteſt eſſe impletum in tali rege ſeu tali populo, non aſſerendo tamen de vna ſingulari perſona, & hæc expoſitio eſt magis ſpecifica, ſed minus certa, quia non conſtat de quo illorum ſit vera: aliquando exponenda eſt ſingulariter, & hoc quia vel ipſa ſe exponit, vt illud 3. Regum 13. Ecce filius naſcetur domui Dauid nomine Ioſias, certa eſt enim perſona de qua loquitur, quia de Ioſia: item quia verba prophetiæ oſtendunt conditiones ſingularis perſonæ, licet ipſam non exprimant, vt illud Iſaiæ 11. cap. Egredietur virga, &c. conditiones*

enim

enim ibi poſita oſtendunt id dictum eſſe de Chriſto: vbi autem abſolute loquitur prophetia, non poteſt exponi de ſignato ſeu determinato tempore, ſeu ſingulari, niſi fallibiliter & coniecturando, vel ſpiritu prophetico, quia taliter volenti exponere non dedit Deus intelligentiam, Iob 39.

Septimus gradus intelligentiæ reſpicit narrationis intellectum principalem, quem oſtendunt finis, & medium, modus, & ſupplementum: Finis enim prophetiæ oſtendit interdum mentem & intellectum prophetæ, ſecundum Hieronymum ſuper Iſaiam, quia ſemper in fine cuiuſlibet prophetiæ, ſubnectuntur aliqua, in quibus declaratur intentio prophetalis, vt de lapide abſciſſo ſine manibus, in fine viſionis ſtatuæ magnæ, Daniel. 2. Medium oſtendit interdum prophetæ mentem, quia texendo veritatem hiſtoriæ de præterito, vel futuro, vel præſenti, interſeruntur quædam, quæ neceſſario coguntur intelligi de tempore, anno, vel facto, vt Iſaiæ 14. loquens de rege Babylonis interſerit de Lucifero: Modus etiam prophetalis oſtendit mentem prophetæ: Loquebantur ſicut à ſpiritu tangebantur, & ideo ſecundum varium tactum, mutant perſonas & tempus: ſic in oratione fieri conſueuit, V.g. ſecundum verba cant. 1. Loquebatur Magdalena ad ſepulchrum, Oſculetur me oſculo oris ſui, id eſt, conſoletur me præſentia ſua, vel nunquam conſolabor: cum autẽ ſic de abſente loqueretur in tertia perſona, vidit præſentem Ieſum, & tenens pedes eius dixit, quia meliora ſunt vbera tua vino, &c. & mutauit tertiam perſonam in ſecundam: Per ſupplementum etiam oſtenditur mens prophetæ, frequenter enim apparet proceſſus eſſe ſine ordine, qui tamen vno verbo ſuperraddito optime ordinatur & pulcherrime, vt illud Iſaiæ 39. cum ad verba prophetæ populo futura præcedenti reſpondeat Ezechias, Fiat tantum pax & veritas in diebus meis, quaſi non curans, poſtea propheta conuertit ſe ad populum dicens, Conſolamini conſolamini popule meus, vt appareret inordinate loqui: Quod ſi ſuppleamus, ex quo rex veſter parum curat de verbis, conſolamini in Domino, tunc erit pulcherrime ordinatum, & de tali qui ſic ſupplet intellectum propheticum, dicitur Eccleſ. 39. ſpiritu intelligentiæ replebit illum, & ipſe tanquam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ.

Quantum ad reuelationem prophetalis oraculi, pertinens ad prophetiæ Danielis apertionem in ſpeciali, quæ tangitur ſub viſionis nomine cum dicitur, In viſione, *intelligendum eſt, quod in viſione iſta Daniel occurrit ſeptuplex aſpectus conſiderationis ex quatuor cauſis, iuxta ſeptem regulas, quarum duæ ſumuntur ex cauſa materiali: duæ ex cauſa finali: duæ ex cauſa formali: vna ex cauſa efficiente.*

Prima regula eſt, quod tota materia prophetiæ huius eſt, regnum diuinæ ſapientiæ: oſtendit enim modo prophetico per totum Regnum Chriſti & iuſtorum, quod eſt & membrorum, præminere regno Antichriſti & iniuſtorum, quia Chriſtus finaliter omnia regna obtinebit, ſicut patet cap. 12. & hæ ſunt viſiones, de quibus dicit Nabuchodonoſor Daniel. 4. Viſiones capitis conturbauerunt me, *& ſequitur in fine capituli, loquens de imperio Chriſti.* Poteſtas eius poteſtas ſempiterna & regnum eius in generatione & generationem. *Secunda regula eſt, quo ad materiam moralem, quodlibet factum prætendit ſimilitudinem moralem in abſtracto ſumptum, ſecundum triplicem abſtractionis gradũ: Primus ergo gradus eſt abſtrahendo perſonam & accipiendo factum, vt Danieli ieiunanti collata eſt ſapientia, abſtrahe ergo perſonam, & dic, quod ieiunantibus & orantibus confertur ſapientia diuinitus: Secundus gradus eſt abſtrahendo totum factum ſingulariter, ſumpta eius ſpecie, vt 2. cap. pro Nabuchodonoſor ſumi quemlibet regem pro ſtatua quamlibet fictionem, pro deſtructione ſtatuæ quamlibet deſtructionem, & dic, quod reges fictionum inuentores finaliter deſtruentur, & ſic poterit applicari cuilibet regi, cuilibet fictioni, cuilibet deſtructioni: Tertius gradus eſt magis vniuerſalis, qui fit abſtrahendo ſpeciem, ſumendo genus, vt pro rege quemlibet præſidentem vel eminentem auctoritate vel doctrina: pro fictione quamlibet vanitatem, in facto vel dicto vel ſcientia: pro deſtructione vltionem à Deo inflictam, & ſic dicatur, quod omnis nouitas à quocunque habente auctoritatem inuenta, indicabitur diuina vltione ſua. & iſte eſſet altiſſimus & reconditiſſimus modus moralizandi omnia tales moralizationes ignorantibus, gradus moralizandi ſunt, ſicut verba libri ſignati, de quo dicitur Iſaiæ 29. Erit viſio omnium ſicut ſunt verba libri ſignati.*

Quantum ad cauſam finalem, eſt prima regula, quod finis vltimus & vniuerſalis cuiuſlibet Prophetiæ eſt, qui eſt totius ſacræ ſcripturæ, quod eſt totale & completum bonum rationalis creaturæ: quod conſiſtit in notitia veritatis, quoad rationalem, & robore veritatis quoad concupiſcibilem, & honore dignitatis quoad iraſcibilem, per quod conuenit homini regnum Dei, & hoc eſt, quod dicitur Daniel. 8. In tempore finis adimplebitur viſio. *Secunda regula eſt finis huius prophetiæ proprius & intrinſecus, per totum eſt in omnibus viſionibus: primo magnificatio Dei, quoad Gentiles: ſecundo quoad Iudæos, conſolatio populi: tertio prænunciatio Chriſti, quoad vtroſque, & ideo ſemper inuenitur morale, hiſtoricum & propheticum. Vnde dicitur, Oſeæ 12. Ego viſionem omnium multiplicaui, id eſt multiplicem ſenſum dedi.*

Quantum ad cauſam formalem, prima regula eſt, quod totus iſte liber currit per partem proœmialem, in qua oſtenditur Danieli collata diuinitus ſapientia, 1. cap. Per partem incidentalem, in qua ponitur Suſanna, Draconis & Belis hiſtoria, cap. 13. Et vltra per partem principalem, in qua oſtenditur praeminentia regni Chriſti ad regnum diaboli de iure, & aliquando de facto futura, per decem viſiones probata in vndecim capitulis ordinata, licet quinque prima reſpiciunt primum aduentum Chriſti, & alia quinque vltimum.

Prima ergo viſio eſt, de ſtatua grandi cuius caput aureum, &c. & de lapide abſque manibus abſciſſo Daniel 2. in qua notatur Chriſti conceptio, diabolum inuadentis.

Secunda viſio eſt de Angelo in fornacem deſcendente, Daniel. 3. Filio Dei aſſimilato, in qua notatur Chriſti natiuitas ad noſtras pœnalitates deſcendentis.

Tertia viſio eſt de arbore magna in medio terra poſita, & vigili ſancto voce magna clamante, ſuccidite arborem cap. 4. in qua deſignatur Chriſti prædicatio vitia recidentis.

Quarta viſio eſt de fine regis Balthaſar, & manu deſcribente digito in pariete, cap. 5 in qua deſignatur Chriſti paſſio, regnum diaboli exterminantis, per quem Princeps mundi huius eiectus eſt foras, Ioan. 12.

Quinta viſio eſt de miſſione Danielis in lacum Leonum, 6. cap. per Angelum liberati, in qua deſignatur Chriſti reſurrectio infernum exſpoliantis.

Quantum autem ad ſecundum aduentum, eſt prima viſio de animalibus monſtruoſis, & de aduentu iudicis, cap. 7 qua deſignat vltima tribulationis totalem proceſſun. Secunda viſio eſt, de pugna Perſarum & Graecorum ſub ſpecie ſeu ſimilitudine Hirci & Arietis, cap. 8. qua deſignat eiuſdem tribulationis principalem conflictum. Tertia viſio eſt, de hebdomadibus abbreuiatis vſque ad mortem Chriſti, 9. cap. qua deſignat eiuſdem tribulationi ſolatium. Quarta viſio eſt, de apparitione viri liberationem populi nunciantis 10. cap. qua deſignat eiuſdem tribulationis terminum. Quinta viſio eſt de pugna Antichriſti & ſeruorum Chriſti, & victoria finali ſub ſimilitudine Regis Aquilonis & Auſtri, qua deſignat eiuſdem tribulationis triumphum 11. & 12, cap Secunda vero regula eſt quoad cauſam formalem, quod qualibet viſio continet diſtincte materiam, de qua eſt, formam ſecundum quam acta eſt, principium & cauſam à quibus habita eſt, vt patebit in qualibet proſequendo.

Quoad cauſam efficientem, eſt tantum vna regula, quod eſt principalis auctor huius prophetia ſpiritus ſapientia, qui eſt omnium fundator & diſpoſitor. Verum animaduertendum quod vbicunque eſt ſpecialis viſio, ſemper ponitur alius gradus virtutis ſpecialiter diſpoſitiuus ad promerendum ſpiritum prophetia, ſicut patet 1. cap. quod ad intelligentiam ſomnij, diſpoſitiuum fuit deuotio & ſobrietas Danielis: eſt tamen ibi diuerſitas quadam, quod in primis quinque viſionibus eſt modus hiſtoricus ſimul & propheticus, ſed ex ſignificatione hiſtoria ſumptus eſt enim narratio rei geſta qua ſub Nabuchodonoſer, Balthaſar, & Dario accidit, licet aliud deſignetur, ſed in vltimis quinque viſionibus modus eſt ſolum propheticus narrans viſiones & ſomnia, quorum ſolus propheta fuit, nilque de eis manifeſtum eſt barbaris ſecundum Hieronymum. Quia ergo intelligentia opus eſt pro viſione, adaperiat nobis Dominus intelligentiam viſionis ad percurrendum oraculum Danielis.

SANCTI

SANCTI THOMÆ AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

IN DANIELEM PROPHETAM EXPOSITIO AVREA.

CAPITVLVM PRIMVM.

A*Nno tertio regni Ioakim*, &c. Iſte liber qui Daniel dicitur, diuiditur in tres partes, ſcilicet in partem proœmialem, in qua oſtenditur Danieli collata ſapientia, primo capitulo: partem principalem, in qua oſtenditur regni Chriſti ad regnum Chriſti præeminentia, à ſecundo capitulo vſque ad decimum tertium: partem incidentalem, in qua ponitur Suſannæ, Belis & Draconis hiſtoria, capitulo decimo tertio, *Erat enim in Babylone.*

Prima igitur pars habet quatuor partes, ſeu quatuor conditiones, quas habuit Daniel, cui fuit diuinitus collata ſapientia, habuit enim ſerulitatem in ſtatu, quod oſtenditur in principio, celebritatem moru, ibi *Fuerunt ergo inter eos de filiis Iuda*, ſobrietatem in victu, ibi, *Poſuit ergo Daniel in corde ſuo*, ſubtilitatem in ſenſu, ibi, *Pueris autem his dedit Deus ſcientiam.*

Quantum ad primam partem, nota quadruplicem cauſam ſerulitatis. Prima fuit regis Hieroſolymorum tranſgreſſio, quæ tangitur in principio. Secunda regis Babyloniæ ambitio, ibi, *Venit Nabuchodonoſor*, Tertia Dei vniuerſorum permiſſio, ibi, *& tradidit Dominus*. Quarta theſauri ac vaſorum ſublatio, ibi, *& partem vaſorum.* Quantum ad primam partem, nota motiuum inuaſionis terræ Iudæorum, in principio, Motiuum electionis dictorum quatuor puerorum, ibi, *Et ait rex Aſphanez*, mandatum inſtructionis iam electorum, ibi, *Et qui poſſent ſtare*, mandatum miniſtrationis ad modum ſeu ritum Chaldæorum, ibi, *Et conſtituit eis rex annonam.* Quia primum nota, quod motiuum inuaſionis terræ Iudæorum fuit regis Hieroſolymorum tranſgreſſio, quæ tangitur in principio, Regis Babyloniorum ambitio, ibi, *Venit Nabu-*

A *chodonoſor*, Dei vniuerſorum permiſſio, ibi, *Et tradidit Dominus in manu eius Ioakim*, theſauri ac vaſorum ſublatio, ibi, *Et partem vaſorum domus Dei.* Primum dico motiuum, quare rex Babylonis inuaſit regnum Iudæorum, fuit regis Hieroſolymorum tranſgreſſio, ſeu rebellio, ideo dicitur, quod *Anno tertio regni Ioakim regis Iudæorum.* Iſte eſt Ioakim Ioſiæ filius, de quo 4. Reg. 23. legitur, quod Pharao, Necao Rex Ægyptiorum, poſtquam occidit patrem ſuum Ioſiam, amoto fratre ipſius Ioakim, quem populus Iuda conſtituerat regem loco patris ſui Ioſiæ, qui Ioachaz minor erat ætate ipſo Ioakim duobus annis, quia Ioachaz erat tantum viginti trium annorum, & ideo, moto ſcilicet Ioachaz, conſtituit regem Ioakim, &
B condemnauit terram in centum talentis argenti & vno auri, vt dicitur 2. Paralip. 36. Ioakim tamen primo nominatus eſt Eliakim, ſed rex Ægypti vertit nomen ipſius in Ioakim, in ſignum ſeruitutis & ſubiectionis, vt dicitur ibidem: Hic autem fecit malum coram Domino, vt dicitur 4. Reg. 23. 2. Paralip. 36. & ideo, traditus eſt in manus regis Babylonis, iuxta vaticinium Hieremię Prophetæ. Intelligendum tamen, quod non eſt traditus in manus ipſius anno tertio, quo regnare cœpit, quia regnauit annis vndecim, ſecundum hiſtoriam prædictorum librorum, ſed tertio anno, quo tributarius factus fuerat prædicti
C regis Babylonis: anno enim octauo factus eſt ei tributarius, & anno vndecimo ab ipſo receſſit, ab octauo autem vſque ad vndecimum ſunt tres, vnde dicitur 4. Reg. 24. In diebus illis aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & factus eſt ei Ioakim ſeruus tribus annis, & rurſum rebellauit contra eum. Hoc autem fecit, audito, quod rex Ægypti quem prius Nabuchodonoſor debellauerat, iam aduerſus Nabuchodonoſor rebellaret: Rex autem Babylonis intrauit ſub iure fœderis

Hieruſalem & deſpoliatus eſt eam, & regem Ioakim captiuum duxit, vnde 4. Reg. 24. vocantur Latrunculi Chaldæorum & Latrunculi Syriæ, &c. Secundum fuit Regis Babyloniorum ſeu Chaldæorum ambitio, & ideo, *Venit Nabuchodonoſor.*

Hic propter antiquitatem & obſcuritatem litterarum in originali, quinque lineæ deſiderantur.

Tertium fuit Dei vniuerſorum permiſſio, ibi, *Et tradidit Dominus in manus eius Ioakim*, hunc autem permiſit Dominus, vt traderetur in manus regis Babylonis, quia non acquieuit verbis Hieremiæ prophetæ 36. c. cum tamen acquieuerint Rechabitæ verbis Ionadæ de non bibendo vino vſque in æternum, propter quod dixit Dominus contra Ioakim regem Iuda, Hieremiæ 36. Non erit ex eo qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & cadauer eius proiicietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem, quod impletum eſt, cum à Nabuchodonoſor eſt obſeſſa Hieruſalem. Quartum fuit theſauri ac vaſorum ſublatio, & ideo dicitur, *Et partem vaſorum domus Dei*, Iſta eſt pars eorum vaſorum, quæ non aſportauerat ſecum in prima obſidione, anno ſcilicet octauo regis Ioakim, & quarto anno regni ſui, nam anno octauo regis Ioakim aſcendit Nabuchodonoſor, & fecit eum ſibi tributarium, & duxit captiuos Danielem, & ſocios eius, & partem vaſorum tranſtulit, & poſuit ea in templo ſuo, ſicut dicitur 2. Paralip. 36. Vndecimo autem anno regni ſui rebellauit, & tunc Nabuchodonoſor ſuſtulit reliquam partem vaſorum, de quibus nunc dicitur. Habes igitur quod fuerit motiuum inuaſionis regni Iudæorum, à rege Chaldæorum, quia regis Iudæorum tranſgreſſio & rebellio: Regis Chaldęorum ambitio: Dei vniuerſorum permiſſio: theſauri & vaſorum ſublatio. Quantum ad ſecundum ſcilicet motiuum electionis quatuor puerorum, fuit quædam ſcilicet nobilitas generis, ibi, *Et ait rex Aſphanez ex præpoſito Eunuchorum*, venuſtas corporis, ibi, *in quibus nulla eſſet macula, decoros forma*, docilitas mentis, ibi. *Eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia*, &c. firmitas corporis, ibi, *& qui poſſent ſtare*, peritia ſermonis, ibi, *vt doceret eos litteras, & linguam Chaldæorum.* Quia fuit quintuplex, ſcilicet generis nobilitas, & ideo, *ait rex Aſphanez vt introduceret de filiis Iſrael, & de ſemine regio, & tyrannorum pueros*, venuſtas corporis ſeu formoſitas, & ideo, *in quibus nulla eſſet macula, decoros forma*, mentis & cordis docilitas, & ideo, *Eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia* &c. firmitas corporis & membrorum: & ideo, *qui poſſent ſtare in palatio regis*, peritia ſermonis, & ideo, *vt doceret eos litteras & linguam Chaldæorum*, iſta enim præcipue requirunt reges, & requirere antiquitus ſolebant, præcipue ſcilicet dignitatem generis, & ideo, *de genere & ſemine regio*, ſeu tyrannorum eos eligi præcipit: reges enim olim, quia plures habebant vxores, miniſtros earum caſtrari faciebant, vt omnis ſuſpicio adulterii tolleretur, & vt mulieres nobiles vtilitatem ſibi miniſtrantium non faſtidirent, vel ruditatem morum ipſorum corporumque fœditatem, & mentium ruditatem non abhorrerent, eligebantur iuuenes incliti, morigerati, formoſi, & eruditi ſeu induſtrii, ad quos regendos eligebatur vnus peritus, qui ſuper hos eſſet doctus, ad eorum miniſterium, qui eis cibos miniſtraret, & eorum ruditatem informaret, qualis erat Aſphanez præpoſitus Eunuchorum.

Quantum ad mandatum inſtructionis iam electorum, nota, quia hoc, quod quis regibus gratioſe valeat miniſtrare, exigitur virtus corpulentiæ, & ideo dicitur *qui poſſent ſtare* habitus ſcientiæ, & ideo *eruditos omni ſapientia*, actus eloquentiæ, & ideo, *& linguam Chaldæorum*, vt tam ſapientiam, quam ſcientiam, qua inſtituti erant, lingua Chaldaica poſſent exprimere, talis fuit Dauid, de quo dicitur 1. Reg. 16. quod venit ad Saul, & ſtetit coram, de quo dictum fuit ei eodem Cap. Vidi filium Iſai Bethlehemitem bene pſallere ſcientem, ecce habitus ſcientiæ, & fortiſſimum robore, ecce virtus corpulentiæ; & prudentem verbis, ecce actus eloquentiæ, & ideo dicitur ibidem, miſit Saul ad Iſai dicens, ſtet Dauid in conſpectu meo, inuenit enim gratiam in oculis meis.

Quantum ad mandatum miniſtrationis ſecundum ritum Chaldæorum, nota ea quę faciunt ad miniſtrationis ſolemnitatem, quæ ſunt regis inſtitutio, & ideo, *conſtituit eis rex annonam*, quia non alius, niſi rex eis victum inſtituit, vt maior cura de eis haberetur. ciborum taxatio, & ideo, *De cibis ſuis*, ſcilicet, ne nobilitas naturæ ipſorum cibis vilioribus corrumperetur, vel ingenii ipſorum ſubtilitas hebetaretur: temporum dilatio, & ideo, *ſic enutriti tribus annis*, non enim per parua temporum curricula poteſt acquiri magna ſcientia ſeu induſtria, & ideo vt melius inſtruerentur, eis annorum trium ſpatium aſſignatur.

Quantum ad totam noſtram lectionem, nota quatuor moralizationes, à ſenſu litterali propoſito elicitos. Prima eſt, quantum ad primam partem, in qua oſtenditur regis Iudęorum à rege Chaldęorum inuaſio: tunc enim regnum Iudæorum, hoc eſt anima, quæ regnum eſt omnium virtutum Dominum laudantium & confitentium, à rege Chaldæorum, ſeu Babylonis, id eſt, confuſionis ſeu ambitionis, obſidetur, cum Rex Ioakim, qui interpretatur Dei exaltatio, hoc eſt, voluntas ſuper omnes potentias animæ deprauatur: deprauatur autem per hunc modum. quia primo prætenditur regalis religio per Ioakim regem Iudæorum, ſed tamen legi diuinæ regulariter non ſubiicitur, ſicut nec Ioakim, qui verba Hieremiæ audire contempſit: confeſtim ſubſequitur mundialis ambitio, & ſic venit Nabuchodonoſor, & obſidet regnum Iuda, indeque ſequitur direptio omnium virtutum: hinc fœtores vitiorum aſportantur. & ita, vt hypocrita. apparens religioſus fit primo ambitioſus, ad laudes humanas aſpirando, ſed confeſtim ex hoc fit Deo odioſus, ipſius gratiam contemnendo, & per conſequens, totus calamitoſus, nullam virtutem penitus retinendo.

Secunda moralitas eſt, quantum ad ſecundam partem capituli, in qua oſtenditur quatuor puerorum electio: tunc eligitur quis ad miniſtrandum regi magno ab Aſphanez, quod interpretatur ſecuritas gratiæ, cum inuenitur in ipſo dignitas prælationis; quantum ad perfectionem: puritas intentionis, quantum ad profeſſionem, honeſtas religionis, quantum ad correctionem: claritas inſpectionis, quantum ad inſtitutionem: & cum quis habet iſta, ſecurus poteſt eſſe de electione diuina. Cum enim quis habet dignitatem prælationis, quantum ad perfectionem, in qua dignus eſt, vt aliis præferatur, ac ſi eſſet de ſemine regio, de numero eorum qui veſtiti erant cultu regio, ſecundo Reg. 22. & iterum habet puritatem intentionis, quantum ad profeſſionem, vt ſit abſque omni macula & omni vitio, ſicut quos elegerunt 1. Macbab. 4. Elegit enim ſacerdotes ſine macula: & iterum habet honeſtatem religionis, quantum ad correctionem, vt ſit in ipſo correctionis informatio & decoratio, ſicut in illo, qui eſt ſpecioſus forma præ filiis hominum, & ſicut in Dauide correctore vitiorum, qui fuit pulcher aſpectu. & decora facie 1. Reg. 16. Et iterum habet claritatem inſpectionis, quantum ad inſtructionem, vt vere ſit in ipſo ſapientiæ eruditio, quan-

cum

tum ad virtutem naturalem, vt ſic ſit vere ſapiens, qui plebem ſuam erudit Eccleſ. 37. Sit etiam in ipſo ſcientiæ diſcretio, quantum ad rationalem, vt diſcernere valeat inter verum & falſum, quia correctio requirit ſcientiam, vt dicitur Prouerb. 26. Sit etiam in ipſo diſciplinæ informatio, quoad moralem, vt bonum eligat & malum fugiat, dicens, Diſciplina tua correxit me in finem, & diſciplina tua ipſa me docebit, tunc vere factus eſt ſub Aſphanez, id eſt ſub gratiæ protectione.

Tertia moralitas eſt, quoad tertiam partem, in qua præcipitur electorum inſtitutio: tunc autem quilibet bene inſtruitur, cum habet ſtudij aſſiduitatẽ & perſeuerantiam, in qua ſit aſſiduus in ſtudio, & eſt quaſi regis palatiũ, hoc eſt palatiũ quod ſtudioſus Salomon B 2. Paral. 3. ædificare ſibi decreuit: habet etiam diſciplinæ humilitatem & obedientiæ, vt ſemper ſit obediens ſuo magiſtro, vt ſic poſſit eum docere diligenter, & ſemper clamet cum pſalmiſta, Pſal. 118. Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me quia mandatis tuis credidi: habet etiam eloquij ſuauitatẽ, in qua ſit ſuauis & parcus in verbo, talis enim habet linguam Chaldaicam, hoc eſt, ferocem & extraneam, quæ parum loquitur, talis eſt enim lingua ſapientium quæ ornat ſcientiam Prouerb. 15.

Fuerunt ergo inter eos de filiis Iuda, &c. Hæc eſt ſecunda pars principalis huius capituli, in qua tangitur celebritas puerorum electorum in ortu: & ſequitur C tertia pars, in qua tangitur ſobrietas in victu, quæ ambo pertinent ad præſentem lectionem. In prima parte tanguntur quatuor oſtendentia celebritatem ortus, quorum duo conueniunt omnibus quatuor in generali, quæ ſunt ſublimitas generis, in principio, *Fuerunt ergo inter eos de filiis Iuda*, genus enim Iudæ fuit nobiliſſimum, cui promiſſum eſt ſceptrum regni, & expectatio totius generis humani, Iuda, *inquit Iacob Patriarcha*, te laudabunt fratres tui, & ſequitur, non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium Geneſ. 49. Celebritas nominis, quia, *impoſuit princeps eunuchorum ipſis nomina, Danieli Balthaſar*, ad iudicium enim maioris nobilitatis, mutata ſunt eis nobilitatis nomina, quæ ſolum Chaldæorum nobili- D bus debebantur ſeu congruebant, Daniel enim dictus eſt Balthaſar, quod interpretatur capillus capitis, quia ſicut capillus fluit ex capite. ſic ipſe de genere regio, quod caput ſui regni eſt, fluxit: quod autem nobilibus hoc nomen quadret, ibidem cap. 5. habetur, Balthaſar rex fecit grande conuiuium: Ananias autem dictus eſt Sidrach, quod interpretatur decor meus ſeu decus meum, quia tales, in quibus decorus eſt aſpectus, digni ſunt regis palatio, vnde de Dauide legitur 1. Reg. 16. quod erat pulcher aſpectu, decoraque facie, qui Sauli regi aſſiſtebat: Miſael autem dictus eſt Miſach, quod interpretatur riſus ſeu gaudium, quia iucundos miniſtros requirit regalis aſpectus, hic eſt riſus, quo riſit Sara nato Iſaac à quo deſcendit Miſach, tam natione quam nominatione, E Geneſ. 21. dicens, Riſum fecit mihi Dominus & quicunque audierit corridebit mihi: Azarias autem dictus eſt Abdenago quod interpretatur auxilium Domini, quia tales, cum quibus eſt auxilium Dei, ſunt digni regna gubernare, vt poſſint de te, auxilium meum à Domino qui fecit cælum & terram Pſalm. 120. vti & Dauid, cum quo auxilium Dei fuit: Et ſic patet, quod mutatio nominum iſtorum oſtendit eorum celebritatem in ortu, quia nomen eorum viuit à generatione in generationem Eccleſ. 44. Iſta duo dicta ſunt communia omnibus quatuor: Duo ſequentia ſunt propria Danieli, alterum eſt, comitatus vir-

A tutis, quia habuit ſocios virtuoſos, vt prædictum eſt, ſcilicet Ananiam, Miſael, & Azariam, talis enim comitatus decebat Danielem, qui interpretatur Dei iudicium, in quo prudentia, ipſe enim iudicium fecit de ſenibus qui accuſauerant Suſannam cap. 13. dicens, Reuertimini ad iudicium: ſcilicet Ananiam, in quo ſcientia, quod interpretatur donum gratiæ Domini, quia ſolus dono gratię Dei habuit, quod verum iudicium proferret, quia Danieli dedit gratiam & miſericordiam Deus, in eodem cap. Miſaelem, quod interpretatur populus Dei, in quo iuſtitia, quia iudicium debet concomitari iuſtitia, quia iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. Pſalmiſta Pſalm. 88. Azariam quod interpretatur Dei auxilium, in quo conſtantia, quia ſcriptum eſt, noli quærere fieri iudex, niſi valens virtute erumpere iniquitates Eccleſ. 6. Et ſic patet, quoad celebritatem ortus Danielis: quod interpretatur iudicium, in quo prudentia, quia prudentia dat vocem, ſecundum illud Prouerb. 8. In viis iuſtitiæ ambulo in medio ſemitarum iudicii: Oſtenditur comitatus virtutis continentiæ deſignatæ per Ananiam, quod interpretatur donum gratiæ, quia continentia donum Dei eſt Sapientiæ 8. Et vt ſciui, quod aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det: Comitatus virtutis iuſtitiæ deſignatur per Miſaelem, quod interpretatur auxilium Domini, quia abſque auxilio Domini nemo poteſt eſſe conſtans, quia, Nemo auxiliatur ei, Daniel. 11. Alterum, quod Danieli proprie conuenit, eſt gradus nobilitatis ſeu dignitatis, quia Danieli impoſuit nomẽ Balthaſar quod eſt nomen regium, ſicut patet infra 5. cap. Et ſequitur tertia pars principalis huius capituli, cum dicitur, *propoſuit autem Daniel in corde ſuo*, in quo notatur ſobrietas in victu, & illa ſignatur per quatuor: quia primo oſtenditur habuiſſe Danielem conſtantiam in propoſito cordis ſeu mente, in principio, *Propoſuit ergo Daniel*, hoc eſt firmiter & conſtanter ſtatuit, ne transgrederetur patrium mandatum, ſicut etiam Rechabitæ non bibebant vinum, quia fuerat eis à Ionadab filio Rechab patre eorum imperatum Hieremiæ 35. Vel forte alimentum & vinum erat idolis immolatum, quia ſcriptum eſt Ezech. 20. In idolis Ægypti nolite pollui. Secundo inſtantiam in ſermone verborum ibi, *Et rogauit Eunuchorum præpoſitum.* Tertio confidentiam in facto ibi, *Tenta nos obſecro diebus decem*, vel ibi ante, *Et dixit Daniel ad Malaſar.* Quarto euidentiam in ſigno, *Poſt dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores.* Quantum ad primam partem, ſcilicet conſtantiam quam habuit in corde, nota, quod duo impediunt parcitatem ſeu temperantiam, ſcilicet opulentia ferculorum, & abundantia ſeu inundantia poculorum, & ideo, *Propoſuit ne pollueretur de menſa regis*, contra ferculorum opulentiam: Conſueuerunt enim in menſa regum fercula in magna opulentia miniſtrari, quibus imprecatur Propheta dicens, Pſal. 68. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum: item quod non pollueretur, *De vino potus eius*, contra poculorum affluentiam, quia luxurioſa res eſt vinum & tumultuoſa ebrietas, quicunque his delectatur non erit ſapiens, Prouerb. 20. Quantum ad inſtantiam. quam habuit in ſermone, nota primo Danielis petitionem, ibi, *Et rogauit*, ſecundo principis reſponſionem, ibi, *Et ait princeps*. Danielis petitio procedebat ex amore religionis, quod patet, quia vitabat tranſgreſſionem, & ideo, *Rogabat Eunuchorum præpoſitum ne contaminaretur*, hoc eſt, ne dehoneſtaretur, ne corrumperetur, ne diceretur de numero eorum, contra quos loquitur, Contaminauerunt teſtamentum eius diuiſi ſunt, Pſal. 54. Quia habebat perfectionem, *Quia dedit illi Deus gratiam & miſeri-*

cordiam, ita vt poſſet dicere cum Apoſtolo Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia Dei in me vacua non fuit. 1. Corinth. 15. Reſponſio tamen principis procedebat ex timore damnationis, quod patet, quia allegat regis inſtitutionem, dicens, *Timeo enim Dominum meum regem, qui conſtituit vobis cibum*, de hoc ſupra eodem capitulo. Et conſtituit eis rex annonam: formidat condemnationem, & ideo infert, *condemnabitis caput meum regi*, & ſic os meum condemnabit me. Iob. 9. Quantum ad confidentiam, quam habuit de facto, notandum, quod primo ſupplicat humiliter, *Tenta*, inquit, *nos obſecro ſeruos tuos*. Ecce magna humilitas, quia de ſemine regio erat, vt dicitur ſupra eodem capitulo, & tamen vt ſeruus ſeruum principis eunuchorum implorat humiliter, recolens illud Threnorum cap. 5. Serui dominati ſunt noſtri: Tertio vero propoſiti cupidus quod perficeret, quod à maiore magiſtratu obtinere non poterat, à minori impetrare contendit, *Tenta nos*, inquit, *ſeruos tuos*, non temeritati hoc adſcribendum eſt, ſed fidei & credulitati, quod eſu cibi vilioris non tantum corpulentiam pollicetur, ſed etiam tempus ſtatuere fatetur, *diebus*, inquit, *decem*, poſtulat viriliter, *Dentur*, inquit, *legumina ad veſcendum, & aqua ad bibendum*, ecce virtus mirabilis, omnem cibum eorum ſibi amoueri, pro pulmento legumina, & pro vino poſtulat aquam ſibi dari, dicens, *Dentur nobis legumina ad veſcendum*, nam qui veſcebantur voluptuoſe interierunt in vijs Thren. 4. Tunc quarto implorat hilariter, *Contemplare*, inquit, *vultus noſtros*, ecce quod ante blanditiis cum humilitate, nunc vero ſerenitate perſuadere tentat, quaſi diceret, Vultus noſtri non apparebunt macilentiores vultibus aliorum veſcentium cibo regio, de quo ſupra eodem capitulo, timuit princeps Eunuchorum, dicens, Timeo ergo Dominum meum regem, qui ſi viderit vultus veſtros macilentiores præ cæteris, &c. *contemplare ergo vultus noſtros quia vere apparebunt meliores & corpulentiores præ omnibus pueris qui veſcuntur cibo regio*, ſicut infra dicitur, eodem capitulo: Attentat opus, & ita inuenit finaliter, *qui audito ſermone huiuſcemodi tentauit eos diebus decem*, audita enim iſta Malaſar humili imploratione, vili poſtulatione, hilari ſupplicatione, confeſtim aggreditur probationem, & *tentauit eos*, iuxta eorum petitionem, *diebus decem*, ſed Deus fecit eum tentatione prouentum 1. Corinth. 10. quia potens eſt, & eis qui tentantur, auxiliari, vt dicitur Hebræorum 2. Et ideo ſequitur quarta pars, qua oſtenditur euidentia in ſigno, cum dicitur, *Poſt dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores*, quantum ad apparentiam decoris, *& corpulentiores*, quantum ad exiſtentiam virtutis & vigoris.

Pueris autem his dedit ſcientiam. Iſta eſt quarta pars principalis totius capituli, in qua oſtenditur Danielem, & eius ſocios habuiſſe ſubtilitatem. *Pueris autem his*, hoc habet tres partes principales: quia primo oſtenditur prophetalis inſtructio: ſecundo interſeritur eorum regalis præſentatio ſeu intromiſſio, ibi, *completis*, tertio concluditur eorum finalis terminatio, in fine capituli, *fuit autē Daniel*, Prima habet quatuor partes: in prima enim oſtendit ſcriptura fuiſſe ſpiritū prophetiæ & intelligentiæ in ipſis & præcipue in Daniele, quantum ad ſcientiam humanorum, in principio: in ſecunda, quantum ad ſapientiam diuinorum, ibi, *in omni libro & ſcientia*. In tertia, quantum ad intelligentiam occultorum, ibi, *Danieli autem dedit Deus*, in quarta, quantum ad eloquentiam ſingulorum, ibi, *cum eis locutus fuiſſet rex*. Quantum ad primam partem, nota, quod ſcientia humanorum conſiſtit in diſcretione materiali, & quia hi habuerunt ſummam diſcretionem ad vitandum quicquid poterat

A eos impellere ad tranſgreſſionem legis diuinæ: præpoſuerunt enim luxuriæ continentiam, quia conſtituti ſub principe Eunuchorum, vt ſupra eodem capitulo: gulæ abſtinentiam; quia propoſuit in corde ſuo ne pollueretur de menſa regis, nec de vino potus eius ibidem ſupra: Delitijs excellentiæ legis cuſtodiam, ſupra eodem capitulo, Rogauit principem Eunuchorum ne contaminaretur, *Dedit Deus pueris ſcientiam*, vt impleretur illud Prouerb. 1. Detur paruulis aſtutia quantum ad tres: & adoleſcenti ſcientia & intellectus quantum ad Danielem: Hæc autem obtinuerunt, quia legis præceptum ſeruauerunt Leuitici 10. Vinum, & omne quod inebriare, poteſt non bibetis, vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & pro-

B phanum: Diſciplina vero conſiſtit in promotione boni, & quia ipſi executi ſunt, quicquid faciebat ad promotionem boni, quam tam per orationem quam per afflictionem, ideo, *dedit eis Deus diſciplinam*, obtinentes cum Dauide, quod in oratione petebat dicens. Pſal. 118. Bonitatem & diſciplinam, & ſcientiam doce me. quia mandatis tuis credidi: Bonitatem quantum ad affectum, diſciplinam quantum ad effectum. Quantum ad ſecundam partem, nota, quod ſapientia diuinorum conſiſtit in eruditione puerorum, & quia iſti ſpecialiter Daniel intendebat, ad eruditionem peruenit, ſicut patet in proſecutione ſomniorum, & etiam viſione, ideo, *data eſt ei ſapientia in omni libro*, ſcilicet in Chaldæorum ſcriptura, in qua

C eorum ſapientia continebatur, vt & lecta intelligerent, & intellecta de eorum ſcientia eos erudirent, quia libri iſti pueris aperti ſunt, infra cap. 7. *Iudicium ſedit & libri aperti ſunt*: in deguſtatione æternorum, & quia Daniel ſumme affectabat deguſtare æterna, eo quod vir deſideriorum erat infra cap. 10. ideo collata eſt ei ſapientia diuinitus, iuxta illud, Optaui & datus eſt mihi ſenſus & inuocaui & venit in me ſpiritus ſapientiæ. Sapient. 7. Quantum ad tertiam partem, nota, quod intelligentia occultorum conſiſtit in reuelationum diuinarum reſeratione, ideo, quia Daniel reuelationes diuinas oſtenſas per ænigmata, & ſignatas reſerabat, ſicut patet Danielis 7. de quatuor ventis, & de quatuor animalibus monſtruoſis: Dici-

D tur quod dedit, *Danieli intelligentiam omnium viſionum*, cui dictum eſt, infra 10. capitulo, Daniel vir deſideriorum intellige verba quæ ego loquor ad te: cui ipſe reſpondet, eodem capitulo, Domine in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ: & conſiſtit in humanarum cogitationum perſcrutatione: & quia Daniel ſecreta cogitationum humanarum manifeſtabat, ſicut patet infra 2. c. cum dixit regi. Tu rex cogitare cœpiſti in ſtrato tuo: & etiam rerum futurū euentum præuidebat, ideo dicitur, quia, *Dedit illi Deus intelligentiam ſomniorum*, propter quod narrato ſomnio Nabuchodonoſor infra 2. ca. ait, Hoc eſt ſomnium, interpretationem quoque eius dicemus coram te rex. Quantum ad ſecundam partem principalem, in qua notatur eorum ad regem intromiſſio, quæ incipit, ibi,

E *completis itaque diebus*, repetitur tempore nutritionis ipſorum taxatio, cum dicitur, *completis itaque diebus*, hoc eſt completo ſpatio triennij temporis, ſupra eodem capitulo, vt enutriti tribus annis: concluditur regalis præſentatio, cum dicitur, *introduxit eos præpoſitus Eunuchorum in conſpectu Nabuchodonoſor*, quia ſic enutriti, & eruditi ſtare debebant in palatio regis, ſic habetur, ſupra, in eodem cap. & infra, *& ſteterunt in conſpectu regis*. Quantum ad quartam partem, nota, quod eloquentia ſingulorum, de quibus homo requiritur, conſiſtit in ſagaci verborum expreſſione, & quia iſti ſagaciter, quicquid rex ſciſcitatus ab eis, exprimebant, ideo dicitur, quod *omne verbum ſapientiæ*,

tiæ) vt poſſent dicere, Eructauit cor meum verbum A bonum. Pſalm. 44. In viuaci expreſſione, & quia iſti viuaciter exprimebant, ideo dicitur, & quod non tantum, *Verbum ſapientiæ, ſed & intellectus*, quia Dominus intellectum dat paruulis. Pſal. 118. quales iſti erant. Quantum ad finalem terminationem Danielis, quod notatur, cum dicitur, *Fuit autem Daniel vſque ad annum primum Cyri regis*, intelligendum quod fuit vſque ad primum annum, qui regnauit tribus annis, anno ſcilicet tertio, quo vna regnauit cum Dario, ſicut patet in principio capituli decimi, vbi dicitur quod anno tertio regni Cyri regis Perſarum verbum reuelatum eſt Danieli.

Pro moralitate perſonæ potes notare, & ſi vis ſcientiam acquirere, B oportet te habere continentiam caſtimoniæ, quia dicitur. Prouerb. 1. Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit ſermones ſuos: abſtinentiam parcimoniæ, quia dicitur. Leuit 9. Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis, vt habeatis ſcientiam diſcernendi: obſeruantiam legis diuinæ, quia de tali dicitur Malachiæ 1. labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent de ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Habeas ergo continentiam ob amorem caſtitatis, quia talis eſt caſtimoniæ: abſtinentiã per rigorem auſteritatis, C quia talis eſt parcimoniæ: obſeruantiam per feruorem charitatis, quia talis eſt legis diuinæ: & ſic ſcientiam à Deo finaliter obtinebis, vt poſſis dicere cum ſapiente, Sapient. 7. Dedit mihi horum quæ ſunt ſcientiam veram.

Notandum, quia ſolet dubitari, quis Ioaxim fuit iſte, ſub quo facta eſt captiuitas: Sed dicendum quod fuit filius Ioſiæ, ſicut patet in explicatione litteræ, in principio capituli. Item de vaſis ſimiliter dicendum, quod pars vaſorum remanſerat in prima captiuitate, & illa nunc aſportauerat: Item quod pueri apparuerunt corpulentiores: dicendum quod hoc fuit factum miraculoſe, quod innuit facta intentio puerorum.

D

CAP. II.

IN *anno ſecundo regni Nabuchodonoſor.* In hoc ſecundo capitulo ponitur ſecunda facies, & pars ſecunda totius libri principalis, quæ eſt pars executiua, in qua oſtenditur præeminentia regni Chriſti, & iuſtorum, ad regnum Antichriſti, & reproborum, per decurſum decem viſionum, quarum numerus & ſignificatio habita eſt in principio, ſicut ante fuit dictum.

Circa primam viſionem, quæ eſt de ſtatua illa magna per lapidem abſciſſum de monte ſine manibus comminuta, &c. quatuor ſunt notanda, ſcilicet cauſa originalis, finalis, materialis, formalis. Cauſa autem efficiens ſeu originalis principalis huius viſionis fuit inſtinctus Spiritusſancti, E ſed cauſa impetratiua fuit puerorum oratio ſeu deuotio, & concors humiliatio. Cauſa finalis fuit, vt Dei potentia panderetur, vt Daniel ſublimaretur, rex humiliaretur, & Dei populus conſolaretur, ita quod eſt ibi finis ſub fine. Cauſa autem materialis eſt ſtatua ex diuerſis metallis & teſta compoſita, per quæ omnia ſignificatur totius mundi tranſitus, & mutatio, ſeu ſucceſſio quatuor regnorum, principatuum, ſcilicet Chaldæorum, Medorum, Græcorum, & Romanorum, vſque ad tempora Chriſti, qui per lapidem abſciſſum ſine manibus ſignificatur; Ita quod per caput aureum illius ſtatuæ ſignificabatur regnum primum Aſſyriorum, quod fuit diuiſſimum: per A cubitos vero regnum ſecũdum, quod ſtudio ſapientiæ & eloquentiæ inſiſtebat plurimum, & coniunctũ erat ex Medis & Perſis, quaſi duobus brachiis, Per vẽtrem vero & femora, regnum Græcorum, quod in loquendo habuit ſonoritatem, æs enim inter omnia metallã eſt ſonorius: Per ferrum vero regnum Romanorum, quod deſtruxit omnia alia regna, ſicut ferrum domat omnia. Pedum vero erat quædam pars ferrea, quædã fictilis, quia imperium Romanorum in Orientale & Occidentale fuit diuiſum. Forma vero conſiſtit in diuiſione capituli, quod in quinque partes diuiditur: quia primo narratur reuelatio ſomnii, in principio: ſecundo myſterii requiſitio, ibi, *Præcepit ergo rex*, tertio reſeratio myſterii, ibi, *Tunc Daniel requiſiuit de lege*, quarto B repetitio verbi, ibi, *& poſt hoc Daniel ingreſſus eſt* quinto reuelatio populi, ibi, *tunc rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuam.*

Quantum ad primam partem, in qua tangitur reuelatio ſomnii, tanguntur quatuor, ſcilicet honor prælationis, in principio, tenor oſtenſionis, ibi, *Vidit Nabuchodonoſor*, tenor confuſionis, ſeu afflictionis, ibi, *conterritus eſt ſpiritus eius*, error obliuionis, ibi, *& ſomnium eius fugit ab eo.* Quantum autem ad primam partem, dicit, quod, *anno ſecundo Nabuchodonoſor*, maioris filii, magni Nabuchodonoſor, quod non eſt intelligẽdum, quantum ad originem, quia, quando interfecit Ioaxim regem Iuda, iam regnauerat ſeptem annis, C quia anno quarto regis Ioaxim ſuper Iudam cœpit regnare Nabuchodonoſor in Babylone, & anno octauo regni Ioaxim eum tributarium ſibi fecit, & vndecimo anno, quia rebellatum, ipſum interfecit, vt dicit hiſtoria 4. Reg. 24. & 2. Paral. 36. & ideo, quod dicitur hic, non poteſt intelligi de ſecundo anno regni eius quo ad originem, ſed quo ad omnium regnorum ſubiugationem, qui ſecundum Andræam fuit tertius à captiuitate Ægypti & tranſmigratione Iudæ, & ideo dicit ei infra Daniel, Tu rex regum es: Dicto igitur ſecundo anno, *Vidit Nabuchodonoſor ſomnium*, vbi oſtenditur tenor oſtenſionis, dicitur autem, *vidit*, quia viſio fuit, qua res, quæ poſtea euenit, in ſomnio oſtenſa fuit: Somnium autẽ dicitur, quia ſub tegmine & velamine figurarum fuit ei, quod futurum erat, oſtenſum. Vnde dicitur in- D fra, eodem capitulo: ſomnium tuum, & viſiones capitis tui in cubili tuo huiuſcemodi ſunt, &c. Et ſequitur tertia pars, in quo notatur tenor confuſionis, *& conterritus eſt ſpiritus eius*, quia forte intellexit deſtructionem regni ſui in ſomnio futuram, & ideo dicit infra confeſtim, *Vidi ſomnium & mente confuſus ignoro quid viderim*, & ideo ſtatim ſequitur error obliuionis: *Et ſomnium eius fugit ab eo*, quia ad terrorem ſequitur error & obliuio, vt homo non habeat etiam verbum loquendi, vnde infra dicit rex: ſermo receſſit à me, niſi indicaueritis mihi ſomnium, &c.

Quantum autem ad ſecundam partem principalem, in qua notatur requiſitio myſterii, notantur tria: quia primo ponitur ſomnii inquiſitio, ibi. *Præcepit ergo rex*: ſecundo ſapientum increpatio, ibi, *Certe ſcio quod tem-* E *pus redimitis* tertio eorundem ſapientum condemnatio, ibi, *quo audito rex in furore ſuo verſus.* Quantum ad primum, primo nota, quod ad ſomnii interpretationem curauit cõuocari ſapiẽtes. ibi, *Præcepit ergo rex vt conuocarentur Arioli, &c.* qui quadruplicis generis ſunt, ſcilicet Arioli in aris vaticinantes, ſicut Balaam de quo legitur, Num. 23. qui dixit Balac: ædifica mihi ſeptem aras: Magi præcipui aſtronomi in aſtris coniecturantes inter Chaldæos. Matth 2. dicunt Magi. Vidimus ſtellam eius in oriente: Malefici idem ſunt quod venefici mentes hominum alterantes, formas rerum imitantes, ſicut dicitur Exod. 7. quod cum virga Aaro[illegible]ſa fuit in colubrum, vocauit Pharao ſapientes

& maleficos, & fecerunt etiam ipſi permutationes ſuas Ægyptiacas, & arcana quædam ſimiliter, & Chaldæi qui ſunt generaliter omnes de Angelis ſermocinantes ſeu eloquentes, ſeu in aliqua facultate inſtructi, de quibus dicitur ſupra 1. cap. Vt doceret eos literas & linguam Chaldæorum: Secundo nota regis allocutionem ibi, *& dixit rex ad eos*, in qua continetur triplex interrogatorium, & triplex reſponſorium vna concluſione concluſum, ita quod rex primo quærit, cum ſimplici confeſſione, & abnegatione ſcientiæ, ibi, *Vidi ſomnium*, ſecundo audita eorum reſponſione cum feroce comminatione ſæuitiæ, ibi, *niſi indicaueritis*, tertio cum multiplici promiſſione ſubſtantiæ, ibi, *ſi autem ſomnium & coniecturam*, & iuxta hoc interponitur ſapientum primum reſponſorium, quia primo reſpondent ſe ignorare viſionem regis ibi, *reſponderunt regi Syriace*, ſecundo reſpondent ſe ignorare interpretationem viſionis, ibi, *reſponderunt*, tertio impletionem facti, ibi, *reſpondentes Chaldæi coram rege* Quantum ergo ad primum interrogatorium, quo rex quærit cum ſimplici abnegatione ſcientiæ, dicit, *Vidi ſomnium & mente confuſus ignoro quid viderim*, confitetur enim ſe ignorare viſionem, ſi tamen audiret ab alio quid eſſet id quod viderit, cognoſceret veram eſſe eius interpretationem, quia ſicut Gregorius Homilia 1. ſuper Ezech. cum Daniel ſomnii regis ordinem diceret quicquid ex eo venturum ſequebatur apparuit, & ideo ad hoc aperiendum vocari fecit plurimos, vt quod per ſe non poſſent ſinguli, iuuantes complerent vniuerſi, & ideo vocari fecit ſupradictos ſapientes, quibus dixit, *Vidi ſomnium*. Et confeſtim ſubiungitur eorum reſponſio in qua ſe confitentur ignorare viſionem rei, cum dicitur, *reſponderunt regi Syriace*, ideſt, more Syriaco: primo bona regi imprecando, cum dicitur, *rex in ſempiternum viue*, quia hic eſt modus bona imprecandi regibus dicendo, Viuat rex, iuxta id 3. Reg. 1. Et dixit omnis populus: Viuat rex Salomon: ſecundo ad interrogata per modum inueſtigatorium reſpondendo, cum dicitur. *Dic ſomnium ſeruis tuis, interpretationem eius indicabimus*, cum tamen ſomnii relatio eſſet veritatis interpretatiuæ probatio, quia ſicut dicit Gregorius Homil. 1. ſuper Ezech. non ſolum ab eis interpretationem ſomnii, ſed etiam ſomnium quæſiuit, vt nimirum ex præterito colligeret quid in eorum reſponſionibus de futuro etiam conſtaret: Et ſequitur ſecundum interrogatorium in quo rex quærit cum feroci comminatione ſæuitiæ, cum dicitur, *& reſpondit rex & ait: ſermo receſſit à me*, ſermo inquit receſſit à me, & hoc dicit quia ſomnium eius fugit ab eo, vt dicitur ſupra eodem capitulo: Secundo ſæuam ſententiam comminatur, *Niſi*, inquit, *indicaueritis mihi ſomnium*, in quo ponitur ſæuitiæ titulus, cum dicitur, *niſi indicaueritis mihi ſomnium*, qui titulus includit ſcilicet ſomnii repetitionem, cum dicitur, *niſi indicaueritis mihi ſomnium*, vt dictum eſt ſupra, vidi ſomnium & mente confuſus ignoro, quid viderim: & ſomnii expoſitionem, cum dicitur, *coniecturam eius* pro qua coniectura ſpondet immediate infra dicens, *ſi autem ſomnium & coniecturam narraueritis, præmia & dona & honorem multũ accipietis à me*, ſecundo ſæuitiæ effectus, cum dicitur, *peribitis vos & domus veſtra publicabuntur*, nunc oſtenditur duplex effectus: quia primo comminatur corporum deſtructionem, cum dicit, *peribitis vos*, de quo dicit infra eodem capitulo, quod ad hanc ſæuitiam quærebantur Daniel & ſocii eius vt perirent: ſecundo comminatur rerum direptionem ſeu confiſcationem, cum dicitur, *& domus veſtra publicabuntur*, ideſt confiſcabuntur, hoc eſt, in poteſtatem regiam redigentur, quia fiſcus eſt burſa regia in defenſionem

A reipublicæ à quo bona ipſi tradita publice per præconem venalia exponuntur, & inde recte publicari dicuntur, iuxta illud, Eſdræ 6. Dixit rex Darius: à me decretum eſt vt omnis homo, qui hanc mutauerit iuſſionem, tollatur lignum de domo ſua, & erigatur & configatur in eo, & domus eius publicetur: Et ſequitur tertium interrogatorium in quo quærit cum multiplici promiſſione ſubſtantiæ, cum dicitur, *ſi autem ſomnium & coniecturam eius narraueritis*, de quo ſupra dixi vobis, quod, Niſi ſomnium & coniecturam eius indicaueritis peribitis, & domus veſtræ publicabuntur, ſi tamen narraueritis, *præmia*, id eſt pro præmio, *& dona & honorem multum accipietis à me*, Nota quod promittit eis duplex præmium pro duplici certificatione qua certificari petebat: nam quærebat certificari de ſomnio, & pro hac certificatione promittit præmium opulentiæ ſeu affluentiæ diuitiarum, cum dicit, *præmia*, ideſt pro præmio, *& dona*, talia ſunt dona, de quibus Eccleſ. 20. Xenia & dona excæcant oculos iudicum: Item quærebat certificari de coniectura ipſius ſomnij, & ipſius interpretatione & probatione & pro hac certificatione promittit excellentiam prælationum, cum dicit, quod non tantum pro præmio accipietis dona, ſed etiam honorem multum, id eſt, excellentiam qua aliis prælati eritis; Et quod hoc ita intelligatur; patet per effectum conſequentem Danielem pro ſomnij reuelatione, & ipſius interpretatione, infra eodem capitulo in fine, vbi dicitur, quod tunc poſt interpretationem ſomnij rex Danielem in ſublime extulit, & munera multa & magna

C dedit ei; quantum ad honorem & excellentiam prælationis eo quod ei dedit Dominus honorem ſeruitutis, vt dicitur infra 13. ca. Item munera multa & magna dedit ei, quantum ad dona & opulentiam diuitiarum, pro earum receptione, inf. 5. cap. reſpondit Daniel Balthaſar regi. Munera tua ſint tibi & dona domus tuæ alteri da. Et ſequitur ſecundum reſponſorium ſapientum, in quo oſtendunt ſe ignorare interpretationem viſionis, cum dicitur, *Reſponderunt ſecundo atque dixerunt, Rex ſomnium dicat ſeruis ſuis*, vbi notandum, quod primo reſponſorio tenuerunt modum imprecationis dicentes. Rex in ſempiternum viue; Nunc vero tenent modum ſublimationis & hu-

D miliationis dicentes, *Rex ſomnium dicat ſeruis ſuis*, vt qui placare non poterant bona imprecando, placarent ſaltem ipſum extollendo, & ſeipſos humiliando, humiliter reſpondendo. Reſponſio mollis frangit iram, vt dicitur Prou. 15. Vbi duo faciunt: primo quia petunt veri reuelationem, cum dicunt, Rex *ſomnium dicat ſeruis ſuis*, in quo manifeſte confitentur ſe ignorare ſomnium viſum, de quo infra: dicunt enim regi, *non eſt homo rex ſuper terram qui ſermonẽ tuum poſſit implere*, ſecundo promittunt veri expoſitionem, quando dicũt, *& interpretationẽ eius indicabimus*, cum tamen ſicut dixi ſupra, ſomnii reuelatio eſſet veritatis interpretatiuæ

E probatio, & ideo ſecundum Gregor. non ſolum ab eis interpretationẽ ſomnii, ſed etiam ſomnium quæſiuit, vt nimirum ex præterito colligeret, ſi quid verum in eorum reſpõſionibus de venturo certum tenerent. Poſita autem ſapientum vocatione, & regis allocutione, per quam quæritur ſomnii reſeratio & ipſius interpretatio, ſequitur pars in qua ponitur, habita duplici reſponſione Regis increpatio, cum dicitur, *Certe ſcio quod tempus*, in qua facit duo: quia primo increpat eos imponendo eis quod quærant temporis dilationem, ibi, *Certe ſcio quod tempus redimitis*, ideſt, dilationem quæritis, facientes iuxta illud Apoſtoli Epheſ. 5. redimentes tempus quoniam dies mali ſunt: Hoc autem imponitur, quod faciebant, propter duo ſcil. quærebant dilationem, vtrum reciperet ſomnii recordationem, &

ideo

dicit, *ſcientes quod ſermo receſſit à me*, hoc tamen non ſcitis per propriam inueſtigationem ſeu diuinam reuelationem, ſed per meam relationem, qui vobis dixi ſupra ſermo receſſit à me, & iam quæritis dilationem, vt veniam ad eius recordationem. Secũdum autem, propter quod quærebant dilationem, vt eis impoſitum fuit, eſt; tum quia intendebant ad ipſius deceptionem componendo falſam ſomnii expoſitionem, propter quod dicit, *ſi ergo ſomnium non indicaueritis mihi*, de quo dixi vobis, quod ſi non indicaueritis mihi, peribitis vos & domus veſtræ publicabuntur, *vna eſt de vobis ſententia*, hoc eſt vnum ſciendum de vobis, *quod interpretationem fallacem*, quantum ad oris prolationem, quia lingua fallax non amat veritatem, Prou. 26. *& deceptione plenam*, quantum ad mentis conceptionem, quia hæc eſt humanæ vitæ deceptio, Sap. 14. *compoſueritis*, ideſt, finxeritis, vnde infra cap. 13. dicit de Suſanna, & de ipſis ſenibus qui finxerunt falſam relationem. Et ecce morior cum nihil horũ fecerim, quæ iſti malitioſi compoſuerunt aduerſum me: Secundo infeſtat eos ad ſomnii relationem, cum dicit, *ſomnium itaque dicite mihi*, vbi facit duo: quia primo petitionẽ ſcilicet proponit, cum dicit, *ſomnium itaque dicite mihi*, de quo ſupra dixi vobis. Vidi ſomniũ & mente confuſus ignoro rem quã viderim: ſecũdo rationẽ petitionis exponit, *vt ſciã quod interpretationem quoque eius veram loquimini* quia prioris relatio eſt ſequentis probatio, *ſomnium itaque dicite mihi, vt ſciam quod interpretationem eius quoque veram loquimini*, vt cũ dixeritis ſomnium dicere poſſim. Verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio eius, infra eodem capitulo. Sequitur ſecunda pars in qua ponitur ſapientum tertia reſponſio, in qua oſtendunt ſe ignorare impletionem facti cum dicitur, *Reſpondentes ergo Chaldæi coram rege dixerunt*, oſtendunt autem ſe ignorare impletionem facti; quod rex exigit ab eis tum quia eſt ſupra facultatem humanæ conditionis, propter quod dicunt, *Non eſt homo ſuper terram qui ſermonem tuum poſſit implere*, quia res ſunt difficiles quas tu quæris, & ideo non poteſt homo eas explicare ſermone, quia cunctæ res difficiles nec poteſt eas homo explicare ſermone Eccleſiaſt. 1. tum quia eſt contra conſuetudinem regiæ inquiſitionis, propter quod addunt, *ſed neque regum quiſquam magnus & potens, verbum huiuſcemodi ſciſcitatur ab omni Ariolo, & Mago, & Chaldæo*, quia gloria Dei eſt celare hoc verbum, licet gloria regum ſic inueſtigare ſermonem, Prouerb. 15. tum quia eſt contra ordinem mundanæ cognitionis, & ideo ſubiungunt, *ſermo quem tu quæris rex grauis eſt, nec reperietur quiſquam qui indicet illum in conſpectu regis*, ac ſi dicant, non eſt hoc ſecundum ordinem fabricæ mundanæ quod ſermo iſte grauis, ſicut tu quæris, per hominem indicetur, quia ſermo quem tu quæris poteſtate plenus eſt, vt dicit Eccleſ. 8. quia id eſt proprium diuinæ cognitionis, & ideo adiungunt, *exceptis Diis quorum non eſt cum hominibus conuerſatio*, attribuebant autem dæmonibus diuinitatem, de quibus Pſal. 95. Omnes dii gentium dæmonia; Et ſic patet quod ipſi excuſando ſe accuſant regem quaſi reprehendendo ipſum de calliditate, eo quod quærit ab eis quod eſt ſupra facultatem conditionis humanæ, quod eſt contra conſuetudinem inquiſitionis regiæ, quod eſt contra cõmunem ordinem poteſtatis mundanæ, cum ſit cognitionis diuinæ, ac per hoc impoſſibile. Et ſic confeſtim procedit ad prolationem crudelis ſententiæ, cum dicitur, *qui audito rex in furore verſus*, vbi ponitur ſapientum condemnatio, vbi notanda ſæua indignatio, cum dicitur, *qui audito rex in furore verſus in ira magna*, Hæc eſt ira, & furor ſeu indignatio, de qua Prouerb. 16. Indignatio regis nuncii mortis, & ideo ex indignatione in furore verſus, & in ira magna propter duram

A reſponſionem eorum, quia ſermo durus concitat furorem, Prou. 15. Et quia ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor, Prou. 27. Ideo confeſtim ſequitur ſæua promulgatio, cum dicitur, *Præcepit omnes Babylonis ſapientes*, ſicut ſupra dixerat eodem capitulo. Peribitis vos, & domus veſtræ publicabuntur; & ideo ſtatim ſequitur ſæua executio, cum dicitur, *Et egreſſa ſententia ſapientes interficiebantur*, hæc eſt promulgata ſententia regis, vnde quærebantur iuxta edictum regis vt interficerentur, de qua ſententia infra quærit Daniel eodem capitulo, ob quam cauſam tam crudelis ſententia à facie regis eſſet egreſſa.

Et ſequitur pars tertia principalis totius capituli, in
B quo notanda reſeratio totius myſterij, cum dicitur, *Tunc Daniel requiſiuit de lege*, vbi Daniel facit quatuor: quia primo requirit regem differre pœnam, vbi tangitur Danielis diligens requiſitio, cum dicitur, *Tunc Daniel requiſiuit de lege atque ſententia*, ideſt, quæ conditio eſſet poſita ſapiẽtibus, ob quam nouo impetu mortem ſubirent, requiſiuit ipſe Daniel, quia qui requirũt Dominum animaduertunt omnia, Prouer. 28. & ideo ipſe hæc omnia diligenter quæſiuit: Et ſermonis propalatio, cum dicitur, *cum ergo rem indicaſſet Arioch Danieli*, cui Danieli dixit rex infra eodem. Putaſne vere potes mihi indicare ſomnium quod vidi, & interpretationem eius? Humilis ſupplicatio, cum dicitur, *Daniel*
C *ingreſſus rogauit regem*, ex conſuetudine enim habebat vt ſe humiliaret, ſicut ſupra ca. 1. habetur quod rogauit Eunuchorum principem. Secundo recurrit ad mentis deuotionem, cum dicitur. *Et ingreſſus domum*, vbi primo tangitur ſecreta recollectio, cum dicitur, *Et ingreſſus eſt domum ſuam*, nam qui vult recurrere ad mentis deuotionem, debet ingredi domum per ſecretam recollectionem, de tali dicitur Eccleſ. 4. Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Dei: ſecundo diſcreta conſultatio, cum dicitur, *Indicauit Ananiæ, Miſaeli & Azariæ ſociis ſuis negotium*, vt ſcilicet commune periculum communis oratio amoueret, qui tres, inf. 3. c. orantes à fornace ignea ſunt liberati, vbi Ananias ſtans orauit ſic, *Benedictus es Domine*, &c. Tertio aperitur poſtulatio, cum dicitur, *vt quærerent miſericordiam à facie Dei*,
D quia ſcriptum eſt, Pſal. 104. Quærite & confirmamini, quærite faciem eius. *vt quærerent*, inquam, *miſericordiam à facie Dei cæli ſuper ſacramento iſto*, ideſt ſententiæ reuelationem, quia quærebatur Daniel & ſocij eius, vt perirent: Quarto recipit diuinam inſpirationem, cum dicitur, *Tunc Danieli myſterium per viſionem nocte reuelatum eſt*, vbi tangitur primo ſtatus principalis ipſius conditionis, cui facta eſt inſpiratio, quia tum Daniel de ſe loquitur tanquam vero more Hebraico, ſicut Moyſes dicebat, Exod. 36. & dixit Dominus ad Moyſen: Hic eſt Daniel cui dedit Deus intelligẽtiam omnium viſionum & ſomniorum, vt dicitur 1. c. ſupra. Secundo modus, & tempus reuelationis ipſius viſionis, quia, *myſterium per viſionem nocte reuelatum eſt*, qui dicit infra regi eodẽ capitulo, ſed eſt Deus in cœlo reuelans myſteria: Quinto aſſurgit ad gratiarum actio-
E nem, cum dicitur, *Et benedixit Dominum cæli, & ait*. Hoc enim conſuetum erat à ſanctis patribus ſcilicet referre gratiam de receptis beneficiis. In gratiarum autem actione primo recognoſcit Dei magnificẽtiam, cum dicitur, *ſit nomen Domini benedictum à ſæculo, & vſque in ſæculum*, ideſt à tempora, quod non eſt æternum, magnificetur, iuxta illud. Et nomen Domini benedictum ex hoc, nunc, & vſque in ſæculum, Pſal. 12. Recognoſcit autem Dei magnificentiã attribuendo ei quicquid attribuitur humanæ induſtriæ, & ideo dicit, *quia ſapientia, & fortitudo eius ſunt*, quia omnis ſapientia à Domino Deo, & cum ipſo fuit ſemper Eccl. 1. *Et fortitudo*, quia de cœlo fortitudo eſt, 1. Mach. 3. quic-

quid attribuitur mundanæ influentiæ, & ideo dicit. A
Ipſe mutat tempora & ætates, quia ab omnipotente non
ſunt abſcondita tempora. Iob. 33. quicquid attribui-
tur caſui ſeu fortunæ, cum dicit, *transfert regna & con-
ſtituit*, quia ei inclinata ſunt regna: iuxta illud
Pſalm. 45. Conturbatæ ſunt gentes & inclinata ſunt
regna. Secundo recognoſcit Dei munificentiam: Re-
cognoſcitur autem Dei munificentia, quia largitur ne
ea quæ in mundo fiunt, induſtriæ humanæ vel influen-
tiæ mundanæ, vel caſui ſeu fortunæ attribuantur, quic-
quid fit ſapienter & fortiter ab omnibus, quod vide-
tur eſſe induſtriæ, quicquid mutatur in naturalibus,
quod videtur eſſe influentiæ, quicquid variatur in re-
gnis & rebus, quod videtur eſſe caſus ſeu fortunæ, to-
tum attribuit diuinæ prouidentiæ humanorum, & ſa- B
pientium diuinorũ, & ideo dicit etiam, *Dat ſapientiam
ſapientibus*, & ideo dicit Eccleſ. 51. Danti mihi ſapien-
tiam dabo gloriam: ſcientiam humanorum, & ideo
dicit, *ſcientiam intelligentibus diſciplinam*, ſupra 1. cap.
Pueris autem his dedit ſcientiam & diſciplinam in
omni libro, & ſcientia; intelligentiam occultorum, &
ideo dicit, *Ipſe reuelat profunda & abſcondita, & no-
uit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt*. Reuelat in-
quam profunda & abſcondita humanæ induſtriæ, ipſe
enim reuelat profunda de tenebris. Iob 12. Nouit in
tenebris conſtituta: Humanæ intelligentiæ, quia ipſe
nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt: &
lux cum eo eſt diuinæ ſapientiæ, quia ipſe lux eſt & te-
nebræ in eo nõ ſunt vllæ 1. Ioa. 1. Eloquentiæ ſingulo- C
rum, & ideo dicit, *Tibi Deus patrum noſtrorum confiteor*,
&c. ideo confitebor Domino nimis in ore meo, in
medio multorum laudabo eum Pſalm. 108. quare te
laudo quia dediſti mihi *ſapientiã*, In elucidatione ænig-
matum, viſionum, & ſomniorum, quia tu ſapientiam
præſtas paruulis, & ideo. Confiteor tibi pater cœli &
terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & reuelaſti
ea paruulis. Matth. 11. *fortitudinem*, in perpeſſione la-
borum, & periculorum, & ideo fortitudinẽ meam ad
te cuſtodiam, Pſal. 58. *& ſermonem regis aperuiſti mihi*,
de quo eius ſapientes reſpõderant quod non eſſet ho-
mo ſuper terram, qui ſermonem eius poſſet implere,
ſupra eodem cap.

Et ſequitur quarta pars principalis totius capituli, D
in qua tangitur repetitio ſeu relatio viſionis, cum di-
citur, *Et poſt hæc Daniel ingreſſus ad Arioth*, vbi facit
quatuor per ordinem: nam primo reprimit regis indi-
gnationem, in principio: ſecundo allicit ad mentis at-
tentionem cum dicit, *Et reſpondens Daniel coram rege
ait*, tertio aperit regi viſionẽ, ibi. *ſomnium tuum*, quar-
to differit eius interpretationem, ibi, *interpretationem
quoque eius dicemus coram te rex*.

In prima parte facit quatuor: quia primo Daniel
ad eum, cui data fuerat executio crudelis ſententiæ,
fidenter ingreditur, cum dicitur, *Et poſt hæc Daniel in-
greſſus eſt ad Arioth*. hoc eſt poſt gratiarum actionem,
vt petitio eius in gratiarum actione innoteſceret apud
Deum, ſecundum Apoſtoli præceptum, Philip. 4. In-
greſſus eſt ad principem ad Arioth principem quem E
conſtituerat rex vt perderet ſapientes Babylonis, ſe-
cundo eundem prudenter alloquitur, cum dicitur, *ſa-
pientes Babylonis ne perdas*, de quibus dictum eſt ſupra,
quod præcepit rex vt perirent omnes ſapientes Baby-
lonis, &c. Tertio facit, quia primo reprimit ipſius
malitiam, cum dicitur, *ſapientes Babylonis*. Deinde præ-
cepit rex, vt dictum eſt quod perirent, captat beneuo-
lentiam, cum dicit, *introduc me*, nam principem eum
facit gratiæ quam ſolus habere poterat, vt eius bene-
uolentiam captet, de quo dicitur, *Confeſtimque eum in-
troduxit ad regem*, promittit veram interpretationem,
ibi, *& ſolutionem*. Quarto feſtinanter ad regem intro-
ducitur, ibi, *Tunc Arioth feſtinus introduxit Danielem*;
vbi primo notanda Danielis præſentatio, cum dicitur,
Tunc introduxit Danielem: ſecundo introducitur ſtatus,
ſeu conditio, ibi, *quia inueni hominem de filiis tranſmi-
grationis Iuda*, de quibus præceperat rex ſup. 1. c. quod
introducerentur de filiis Iſrael, inter quos interfuerunt
de filiis Iuda Daniel & cæteri. Tertio cauſa introductio-
nis & ratio, quia, *qui ſolutionẽ regi annunciet*, ſicut pro-
miſit ſupra eodem cap. Et ſolutionem regi narrabo.
Quarto audacter à rege requiritur, vt dicitur, *reſpondit
rex, & dixit Danieli cuius nomen erat Balthaſar*, ſupra
1. cap. habemus quod Princeps Eunuchorum impoſuit
eis nomina Danieli Balthaſar, &c. Dixit autem ei
putaſne potes mihi indicare ſomnium? de quo ſupra eo-
B dem cap. dixit frequenter ſapientibus Babylonis, ſom-
nium igitur & interpretationem eius indicare mihi:
quia ergo Daniel per dictam promiſſionem quod ſci-
licet diceret ſomnij ſolutionem, repreſſit regis indi-
gnationem: Cõfeſtim conatur ipſum allicere ad men-
tis attentionem, cum dicitur, *Reſpondit Daniel coram
rege*. Reddidit autem ipſum attentum propter tria: tum
quia id de quo quæritur certificari, eſt occultum hu-
manæ ſapientiæ, & ideo dicit, *myſterium quod rex inter-
rogat*, ſic autem, vt ſe & alios excuſet, quia de hoc hu-
manæ ſapientiæ ſit impoſſibile reſpõdere, & ideo *my-
ſterium*, ideſt occultum, vobis, ait Chriſtus, datum eſt
noſſe myſterium Matt. 13. tum quia eſt arduum & ab-
ſonum eloquentiæ mundanæ, & ideo, *ſapientes Magi
C & Arioli & Aruſpices*, non ſapientes vt cæteri, quia
ſcriptum eſt Eſaiæ 29. Peribit ſapientia à ſapientibus
eius, & intellectus prudentium eius abſcondetur, quia
ſapientia huius mũdi ſtultitia eſt apud Deum, eo quod
Deus fecit ſtultam ſapientiam huius mundi 1. Corin. 1.
Nomina alia expoſita ſũt ſuperius, excepto Aruſpices,
qui inter certa ſpatia in aere deſignata, quæ ipſi vocant
templa, ex volatu auium ſo ſapientia illa facta futura
cognouerunt, tamen quia hoc eſt propriũ diuinæ pro-
uidentiæ, ideo dicit, *ſed eſt Deus in cœlo reuelans myſte-
ria*, de quo dixi ſupra, quod ipſe reuelat profunda &
abſcondita, & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum
eo eſt. *Hic autem indicauit tibi rex Nabuchodonoſor quæ
ventura ſunt in nouiſſimis temporibus*, quæ cum ſapien-
D tes tui tibi nequeunt indicare, ſicut dixi ſupra imme-
diate, iſta tria multum debebant ipſum reddere at-
tentum, & quia indicaturus erat ei Daniel quod erat
humanæ ſapientiæ occultum, & mundanæ eloquentiæ
abſonum, & diuinæ prouidentiæ proprium, ideo con-
feſtim aperit regi ſuam viſionem cum dicitur, *ſomnium
tuum & viſiones capitis tui*, vbi ſic procedit, quia pri-
mo narrat ei ſecretum ſuæ cogitationis, cum dicit, *Tu
rex cogitare cœpiſti in ſtrato tuo quid eſſet futurum poſt
hæc*, quia cogitando videt homo quid agendum ſit vel
non, cogitaui, ait poſtea, dies antiquos: ſecundo narrat
inſtinctum diuinæ inſpirationis, cum dicit, *Mihi quo-
que non in ſapientia quæ eſt in me plus quam in cunctis vi-
uentibus ſacramentum hoc reuelatum eſt*, quia ſapientia
hominum non eſt mecum Prouerb. 30. Tertio refert
E ei viſionis ordinem, cum dicit, *Tu rex videbas*, in reue-
latione autem viſionis ſic procedit: quia primo dicit,
quod viſio ipſa incuſſit regi terrorem, & ideo dicit. *Tu
rex videbas & ecce quaſi ſtatua vna grandis, ſtatua illa
magna, & ſtatura ſublimis ſtabat contra te, & intuitus
eius erat terribilis*, nam eius magnitudo erat, quia, *gran-
dis*: eius altitudo, quia, *ſublimis*: eius fortitudo, quia,
contra te, qui fortis es inter reges: eius pulchritudo, quia
terribilis, incuſſit tibi terrorem grandem, quia viſio
oſtenſa opus grande videbatur 1. Paralip. 29. Opus
enim grande eſt, neque homini præparatur habitatio.
Secundo quod præoſtendit ei quendam honorem,
quia, *huius ſtatuæ caput erat ex auro*, &c. cuius expoſi-

patet. Tertio incuſſit ſtuporem, quia, *videbas ita* A *donec lapis abſciſſus*, cuius expoſitio patet. Quarto concludit rigorem, quia, *lapis iſte factus eſt mons magnus & impleuit vniuerſam terram*, cuius expoſitio patet etiam.

Sequitor ſecunda pars, & ponitur ſomnij interpretatio ſeu explicatio, cum dicitur, *interpretationem quoque eius dicemus coram te rex*, vbi primo laudat eius prælationem, diceos, *Tu rex regum es*, hyperbolice loquitur, quia in ſola orientali mundi plaga regnabat. Secundo explicat eius defectionem, *Tu es caput aureum & poſt te conſurget regnum aliud*, ergo to deficies, ſed erit, *minus te*, ideſt, minus dignitate, ſicut argentum indignius auro, *Tertium*, vero, *aliud regnum æreum*, quantum ad dignitatem, ſed latius, *imperabit vniuerſæ* B *terræ*, minus tuo regno quantum ad dignitatem, ſed latius imperabit: ſic patet quod tempore Alexandri regnum Græcorum latius imperauit, quod fuit ſignificatum per æs ſonorum, quia Græci in eloquentia multum clatuerunt: poſtea conſurget quartum regnum, quod reget in virga ferrea, domando omnia, ſicut patet de regno Romanorum, ſed regnum illud habebit quandam partem debilem, quandam fortem, vtraque tamen urget ex virtute dominantium, ſicut ex plantatio ferreo, pedes fictiles & ferreos exire vidiſti. Tertio manifeſtat regni Chriſti promotionem, cum dicitur, *In diebus illis ſuſcitabit Deus cæli regnum*, quia hoc regnum omnium ſæculorum, cuius dominatio in omni C generatione & generationem. Quarto indicat regni Chriſti permanſionem, quia, *conſumet vniuerſa hæc & ipſum ſtabit in æternum*, quia in æternum oon diſſipabitur, vt dicitur ſupra immediate.

Et ſequitur quinta pars principalis totius capituli, in qua tangitur reuelatio populi, in qua primo regis ſuperbia reprimitur & humiliatur, ibi, *Tunc rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuam*. Secundo diuina potentia panditur ſeu manifeſtatur, ibi, *loquens ergo Rex*. Tertio paoperis ſapientia erigitor ſeu exaltatur, ibi, *Tunc rex Danielem in ſublime extulit*. Quarto mœſtitia populi ſolatur ſeu conſolatur, ibi. *Daniel autem poſtulauit à rege*.

Quantum ad totum capitulum, nota quātuor argumenta litteralia. Et eſt primum, quod menti curioſæ D ingerunt ſe gratis ſapientia, ſicut patet hic de Nabuchodonoſor, quod ex vehementi imaginatione eorum, quæ poſt ipſum erant futura, ſomniauit exterminium ſui regni, quia multas curas ſequuntur ſomnia. Eccleſ. 5. Secundum eſt quod omnis humana ſapientia confitetur ſe ignorare futura, ſicut patet hic de ſapientibus Babylonis, dicentibus, Non eſt homo rex ſuper terram qui ſermonem tuum poſſit implere, & Daniel ait, Mihi quoque oon ineſt ſapientia, quæ in me eſt plus, quam in cunctis viuentibus, ſed ſacramentum hoc reuelatum eſt, & infra, Deus magnus oſtendit regi quæ ventura ſunt, nec ego ſopple, nec alius homo. Tertium eſt, quod modus eſt nunciorum, quod quicquid fortunæ aut proſperitatis caſu ſe offert, ſibi attribuaot, vt eorum induſtriæ imputatur, quia ſicut patet hic de Arioth, qui dicit ſe Danielem reperiſſe, qui regi ſolu- E tionem ſomnij indicaret, cum tamen ipſe Daniel per ſeſe obtulerit, non vocatus. Quartum eſt, quod dona & honores poſſunt recipi ab infidelibus, ſi tamen aliqui fructus ſpirituales ſperantur inde ſequi, vt patet hic quod Daniel permiſit ſe à rege honorari, & etiam munera ab eo receperit.

Dubia poſſunt eſſe tria. Primo cum dicat, quod anno ſecundo regni ſui vidit Nabuchodonoſor hoc ſomnium, cum tamen anno ad minus tertio fuerint pueri introducti. Reſpondetur, quod anno ſecundo ſubiugaturæ, quia ſubiugauerat ſibi tam Iudæos quam Gentiles, & fuit Monarcha totius partis orientālis; vidit hoc ſomnium: pueri autem fuerunt anno tertio, regni ſcilicet, introducti. Secundum dubium eſt; quomodo poterat certus eſſe de ſomnio, cum nihil de eius memoria remanſiſſet. Dicendum quod in hoc differt memoria à reminiſcentia, quia memoria eſt plena retentio ſpeciei ſũ, reminiſcēntia autem eſt, quādo ſpecie deleta, retinetur aliquod veſtigium ſpeciei, per quod homo venit in recordationem rei priſtinæ, per aliqua ab aliquo audita, & ex hoc recordatur ſe audiuiſſe, & tale veſtigium in ipſo remanſerat.

Tertium dubium eſt, Vtrum fides ſit ſomniis adhibenda, quia vbi multa ſunt ſomnia, multæ ſunt vanitates. Dicendum quod ſomnia contingunt quinque modis: aliqoando ex nimia euacuatione, ſicut in infirmis, aliquando ex nimia repletione, ſicut in crapuloſis: aliquando ex vehementi imaginatione, ſicut in phantaſticis: aliquando ex diabolica illuſione, ſicut in luxurioſis, & nulli iſtorum modorum fides eſt adhibenda. Quinto autem fit, ſeu coutingit ſomniũ ex ſpiritus ſancti reuelatione, & tunc aliqud ſignificat, & iſto modo vltimo habet quinque differentias, ſecundũ Auguſtinum, de ſpiritu & anima: quia aliquando in ſomnio apparet aliqua perſona ſacra, indicans ſomnianti aliquod futurum, & tunc oraculum, aliquando in ſoomio eſt veræ rei ſpecies, quæ poſtea eſt futura, & tunc dicitur viſio: aliquando eſt res futura ſub aliquo tegmine & velamine figurarum, ſicut ſpicæ pro hordeis, & tunc dicitur ſomnium: aliquando ex magna attētione videntur in ſomniis aliqua diuina, quæ poſtea eueniunt, & dicitor tunc inſomniũ, aliquando partim dormiēs, & partim vigilans homo intuetur, & tunc dicitur apparitio: quando aliquo iſtorum modorum fit, ſi tamē interpretatio ſit à Deo, illi tūc fides eſt adhibēda.

Moralitates ſunt tres de ſtatua. Prima eſt, quod per ſtatuam intelligatur, quæcunque fictio humanæ ſimulationis id eſt vita ſimulata, in qua caput aureũ eſt operatio bona, de quo dicitur Ezech. 7. Aurum eorum in ſterquilinium erit: Pectus argenteum, locutio ſancta, de quo Iſaiæ 1 Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam; venter æreus ſimilitudo ficta: æs enim compoſitum eſt ex aorichalco, quod eſt ſimile auro, quod non eſt aurum ſed metallum fœtidum, & ex ſtanno, quod eſt ſimile argento, per quod vita fœrida deſignatur, & de tali qui talem vitam ducit, dicitur Daniel. 14. Quod eſt intrinſecus luteus, forinſecus æreus, crura ferrea, obduratio ficta, quia quod finxit in corde ſuo, vult omnino tenere, talium peccatum, vt peccatum Iudæ, ſcriptum eſt ſtylo ferreo, vt dicitur Hierem. 17. pedes qui partim erant ferrei, partim fictiles, ſunt ſignum delectationis, quæ ſignificatur per partem fictilem & luteam, & de talibus dicitur in Pſalm. 2. Et tanquam vas figuli confringes eos: & ſignum pertinacis excuſationis deſignatę per partem ferream, quia ſuam carnalitatem ſemper excuſat pallio alicuius ſimulationis, contra quam dicitur Deut. 28. ſit cœlũ quod ſupra te eſt æreum & terra quam calcas ferrea. Talis ergo eſt ſtatua, per quam deſignatur vita ficta ſeu ſimulata, & de tali dicitur Gen. 19. quod verſa eſt cum vxore Loth in ſtatuam ſalis.

Secunda moralitas eſt, quod per caput intelligatur vanitas mundana, per pectus popularis fama, per ventrem temporalis vita, per crura ſecularis potentia, per pedes vero clericalis auaritia ſimul cum luxuria

Tertia moralitas eſt de his qui non poſſunt cognoſcere huius ſtatuæ fictionem: quia non Areoli, per quos deſignātur ſacerdotes ſymoniaci, & ideo, nec ab Areolis aliquid ſciſcitemini, dicitur Leuit. 19. Non Magi, per quos deſignantur vani Philoſophi, & ideo, Non declinetis ad Magos Leuit. 19. Nō Chaldæi, per quos deſignantur collegia ſuperborum, quia, non eſt ſolium filiæ Chaldæorum Iſaiæ 47. Non malefici, per quos

deſignantur Iuriſperiti, contra quos ſaluator Matth. A 23. Væ vobis Iuriſperiti qui tuliſtis clauem ſcientiæ: ipſi non introiuiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis. Sed hanc cognitionem habet Daniel, per quem deſignatur confidentia veritatis, quia; Qui confidunt in illum intelligent veritatem, Sapientiæ tertio. Et ideo Danieli data eſt intelligentia ſermonum, Daniel. primo, Sidrach, per quem deſignatur continentia puritatis, quia qui continens eſt iuſtitiæ: apprehendet illam, & obuiabit illi quaſi mater honorificata, Eccleſ. 15. & ideo Sidrach inter alios data eſt ſcientia & diſciplina in omni libro & ſapientia. Dan. 1. Miſach per quem deſignatur conſiſtentia æquitatis, quia ſtabunt iuſti in magna conſtantia Sapient. 5 & ideo Mi- B ſach data eſt Sapientia ſicut cæteris vt ſupra: Abdenago, per quem deſignatur aſſidentia humilitatis, quia Aſſidentem illam foribus ſuis inueniet, Sapient. 6. & ideo Abdenago obtinuit ſicut & cęteri, vt ſupra.

CAPITVLVM III.

NAbuchodonoſor rex fecit ſtatuam auream. Hic ponitur ſecunda viſio, quæ vna poſt aliam ordinatur, ſecundum Hieron. vt ſicut barbari per primam inducti ſunt ad cognoſcendum Dei potentiam, ita cog- C noſcerent per iſtam ſecundam alium dominum non eſſe adorandum, etiam metu mortis per puerorum cōſtantiam: Et licet hęc viſio ſit de ſe hiſtorica, eſt tamen prophetica propter finem, ſcil. propter apparitionem Angeli filiu Dei aſſimilati, qui deſcendit ad liberandum pueros de fornace, in quo viſio tangit perſonam Chriſti: Et oſtenditur in totali hac viſione præminentia regni Chriſti & iuſtorum, ad regnum Antichriſti & reproborum.

Cauſa autem efficiens ſeu originalis huius viſionis eſt, inſtinctus ſpiritus ſancti, ſicut in prima viſione, habitus ex humilitate puerorum, patientia, & tribulatione. Cauſa finalis eſt, vt Dei magnalia promulgarentur, vnde dicitur circa finem, quod Nabuchodonoſor dixit, *Signa & mirabilia fecit apud me Deus*, vt Sidrach, Mi- D ſach, & Abdenago exaltarentur, vnde dicitur infra ibidem, quod, *tunc promouit Sidrach, & Abdenago in prouincia Babylonis*, & per conſequens Dei populus conſolaretur. Cauſa materialis eſt ſtatua aurea, puerorum conſtantia, ardens fornax, & Angelus. Notandum tamen quod licet hoc factum fuerit totum reale, corporale ſeu viſibile, quantum ad erectionem ſtatuæ aureæ, & puerorum punitionem, ac per hoc hiſtoricum: fuit tamen viſio etiam quid propheticum, propter apparitionem ad puerorum liberationem. Cauſa vero formalis tangitur, in modo deſcribendi & diuidendi hanc viſionem, quæ talis eſt. Nam hæc viſio deſcribitur ad modum cuiuſdam iudicialis ſententiæ, & habet tres facies ſeu tres partes: quia primo ponitur puerorum condemnatio maligna in principio. Secundo eorum libe- E ratio benigna, ibi, *ambulabat in medio flammæ*. Tertio eorum exaltatio condigna, ibi. *Tunc rex Nabuchodonoſor obſtupuit.*

Circa condemnationem malignam & indignam, tria facit ſcriptura: quia primo notat cauſam litigij, in principio. Secundo formam iudicii, ibi, *ſtatim in ipſo tempore aſcendentes*. Tertio pœnam ſupplicii, ibi, *Tunc Nabuchodonoſor repletus furore*. Circa primum, ſcil. cauſam litigii, quæ fuit, quia pueri noluerunt ſtatuam erectam ſeu factā à Nabuchodonoſor adorare, facit ſcriptura quatuor. Primo ponit ſtatuæ conſtitutionem ſeu conſtructionem in principio. Secundo ſtatuæ promulgationē, ibi, *Itaque Nabuchodonoſor miſit*. Tertio ſtatuæ

A dedicationem, ibi, *Tunc congregati ſunt Satrapæ*. Quarto ſtatuæ adorationem, ibi, *Poſt hoc igitur ſtatim vt audierunt*. Circa conſtitutionem ſeu conſtructionem ſtatuæ notandum primo quæ cauſa principalis, fuit enim humana celebritas, quia dicitur, quod, *rex Nabuchodonoſor fecit*, hic eſt enim Nabuchodonoſor qui ſummū proſperitatis locum inter homines aſſecutus, quia Rex regum, vt dicitur ſupra 2. cap. Et cui dedit Deus cœli regnum & fortitudinem & imperium & gloriam & omnia in quibus habitant filii hominum. Improbe autem ſpeciale diuinitatis amplexus eſt initium, quod ſupra, Omne id quod Deus eſt extolletur, vt dicitur infra eodem cap. dicens, Et quis eſt Deus qui eripiet hos B de manu mea, quaſi diceret, nullus huiuſcemodi eſt. Ergo humana celebritas fuit cauſa principalis. Secundo notandum quæ cauſa materialis, quæ fuit mundana proſperitas, & ideo dicitur, quod, *fecit ſtatuam auream*, nam quia ipſe magnis ſuperfluitatibus abundabat, quia vt dicitur ſupra 2. cap. ſub ditione eius, id eſt poteſtate, tunc vniuerſa conſtituit, & ideo ipſe ſignificatur per caput ſtatuæ aureæ, vt ait Daniel ſupra 2. cap. Tu es rex caput aureum, eo quod regnum eius fuit affluentiſſimum, volens oſtendere ſuæ affluentiæ abundantiam ſtatuā fecit auream. Tertio nota, quæ cauſa formalis quæ fuit ſublimitas huius ſtatuæ. Et quantum ad proceritatem, quia altitudine 60 cubitorum: & quan- C tum ad capacitatem, quia latitudine cubitorum ſex, vt perfectionem Deitatis habere videretur, voluit, quod eius proceritas decies ſex, & capacitas ſex haberet, quia ſenarius eſt numerus perfectus, conſtans ex ſuis partibus aliquotis, quia ex vno, duobus & tribus, quæ vnitas ſexies ſumpta reddit ſenarium, dualitas ter ſumpta ſimiliter, ternarius bis ſumptus ſimiliter, vnum duo tria ſumpta ſimul ſimiliter: Eodem modo denarius eſt primus numerus in quo ſtatus eſt, & ideo dicit perfectionem, propter quod ſub his duobus numeris ipſius formam voluit terminari. Quarto nota, quæ cauſa finalis, quæ fuit immanis ſolemnitas, & ideo *ſtatuit eam* id eſt erexit, *in campo Duram prouinciæ Babylonis*. Duram eſt fluuius iuxta quem Gigantes ædificauerāt turrim, vbi eſt campus Sennaar, de quo legitur Geneſ. 11. D quod inuenerunt campum Sennaar, & ſequitur, Et dixerunt faciamus nobis ciuitatem & turrim cuius culmen pertingat vſque ad cœlum, In campo ergo iſto ſtatuit dictam ſtatuam, per idololatriam adorandam, ſicut dicitur infra eodem Cap. In hora qua audieritis, &c. Cadentes adorate ſtatuam auream quam conſtituit Nabuchodonoſor rex. Quantum ad promulgationem ipſius ſtatuæ, nota regis celſitudinem, quia cum dicitur, *Itaque Nabuchodonoſor miſit, &c.* hic eſt Nabuchodonoſor rex Babylonis, qui venit Hieruſalem & obſedit eam, vt dicitur ſupra 1. cap. quia in eo oſtenditur eius validitudo, celſitudo ſeu fortitudo, plebis multitudo, quia *Miſit ad congregandos Satrapas*, id eſt conſiliarios, quia Satrapæ ſunt perſonæ ſapientes ſicut dicit Papias, de iſtis dicitur Heſter 3. quod ſcriptum eſt, vt miſerat Aman ad omnes Satrapas, *Magiſtratus*, qui E ſunt Conſules, quorum nutibus ordinantur communitates, de quibus dicitur Neem. 7. Congregaui optimates & Magiſtratus, *Iudices*, quibus iudiciaria poteſtas erat commiſſa, ad puniendum maleficos, infra 8. cap. Conſtituti ſunt duo ſenes Iudices: *Optimates* magna ſuper omnes prædictos prædin poteſtate, ſicut ſeneſquallus, vel ſeneſcallanus, vnde dicitur 3. Reg. 2. quod Iezabel ſcripſit literas & miſit eas ad optimates, qui erant in ciuitate: *Duces*, qui præſunt potiſſime exercitibus, vnde dicitur Iud. 1. Quis aſcendet ante nos contra Chananæum & erit dux belli? *Tyrannos*, idem quod Rex, niſi quod Tyrannus ſæuit voluntate, Rex iuſtitia, æquitate & neceſſitate, vnde dicitur Iob 35. Propter

pter multitudinem calumniatorum clamabunt, & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum: *Præfectos*, ſunt tribuni, vel qui prætoria præſunt poteſtate, vt dicit Papias, vel inter principes prouinciarum primus, vnde dicitur ſupra 2. cap. quod Rex Danielem in ſublime extulit, & conſtituit eum ſuper omnes prouincias Babylonæ Principẽ & præfectum: *Principes*, ſunt ratione dignitatis ſeu ordinis, quia primo loco ſeu dignitatem vel ſubſtantiam capiunt, vt dicit Papias, vnde dicitur Prouer. 28. quod propter peccata populi multi principes, ideſt multi ſubſtantiam populi capientes: Omnis autem iſta multitudo conuocata eſt, *vt conuenirent*, ideſt ad ſtrenationem, quod idem eſt quod initiatio, in quo notatur ſtatuæ adoratio, vnde vbi nos habemus dedicationem, Hebræi habent ſtrenationem, quia proſternebantur coram ipſa ſtatua ante adorationem, ſicut dicitur infra eodem cap. ſi quis non proſtratus adorauerit eadem hora mittetur in fornacem. Quantum ad ſtatuæ dedicationem, ponitur adunatio vocatorum, ibi, *Tunc congregati ſunt Satrapæ*, quorum expoſitio dicta eſt ſupra. Promulgatio præceptorum, ibi, *& præco clamabat valenter*, ideſt, potenter vel fortiter, ſicut enim inualidus dicitur debilis, ita valens dicitur fortis: Ordinatio agendorum, ibi, *vobis dicitur populis*, ideſt commorantibus in ciuitatibus: *Tribubus*, ideſt diuerſis familus eiuſdem populi, vnde dicuntur duodecim tribus populi Iſrael: *Linguis*, ideſt commorantibus in diuerſis terris: Comminatio tormentorum, ibi, *In hora qua audieritis ſonum tubæ*, ponitur tuba primo, quia inſtrumentum iudiciale, 1. Theſ. 1. Et in tuba Dei deſcendet de cœlo loquens de die iudicij, *Fiſtula*, inſtrumentum paſtorale, *cythara*, inſtrumentum eſt quod plectro tangitur, *Sambuca*, inſtrumentum de bucca, à ruſticis dicitur, & fit vt in pluribus de Sambuco, quod eſt lignum aptum ad perforandum, colligatum tamen in vtre, *Pſalterium*, inſtrumentum eſt magnatorum quod plectro tangitur, & eſt vt in pluribus decem chordatum. Pſal. 143. In Pſalterio decachordo pſallam tibi: *Symphonia*, inſtrumentum vtraque parte concauum pelle tectum, quod virgulis ferreis ducitur, *Si quis autem, his omnibus ſupradictis auditis non proſtratus adorauerit*, ideſt cadens in faciem ſuper terram *mittetur in fornacem ignis ardentis*. Quantum ad ſtatuæ adorationem ponitur inſtrumentorum ſonitus, cum dicitur. *Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt*, adorantium ſtrepitus, cum dicitur, *cadentes omnes populi*, ſicut præceptum erat, ſupra eodem cap. Vobis dicitur populis, &c. Patet ergo quæ fuit cauſa litigii inter regem & inter pueros, quia ſtatuæ aureæ conſtitutio, promulgatio, dedicatio, & adoratio.

Et ſequitur pars in qua habita & poſita cauſa litigii, oſtenditur forma iudicii, cum dicitur, *ſtatimque in ipſo tẽpore*, vbi primo ponitur Chaldæorũ accuſatio, ibi, *ſtatimque in ipſo tẽpore*. Secundo accuſatorum citatio, ibi, *Tunc Nabuchodonoſor in furore*. Tertio citatorum reſponſio, ibi, *Reſpondenteſque Sidrach, Miſach, & Abdenago*. Circa accuſationem Chaldæorum nota primo eorum conſpirationem inſidioſam, cum dicitur, *ſtatimque in ipſo tempore*, nam inuidia tempus & opportunitatem quærit nocendi, & tunc nec nocte nec ſomno nec inertia retardatur, ſi tempus nocendi ſe offerat, & ideo ſcriptura hæc duo poſuit ſcil. ſtatim & in ipſo tempore, cum tamen vnum ſufficere poſſet ad exprimendam feſtinantiam: *Accedentes*, ad regem ſubaudit, *Chaldæi*, hoc eſt indigenæ accuſauerunt Iudæos indigne ferentes ſibi fuiſſe præpoſitos aduenas & captiuos, quod conſtituerat rex ſuper omnia opera Babylonis Sidrach, Miſach, & Abdenago vt dicitur ſupra 2. cap. contra quos ipſi nunc inſidioſe conſpirabant. Secundo nota eorum ſupplicationem malitioſam, cum

A dicitur, *dixeruntque regi, Rex in æternum viue*, bona regi imprecantur vt eum facilius ad vota ſua inclinent, quia hæc eſt ſupplicatio malignorum, ſcil. viuat rex, vt patet 3. Reg. 1. vbi dicitur, viuat rex Salomon. Tertio nota eorum repetitionem pernicioſam, cum dicitur: *Tu rex poſuiſti decretum*, vbi repetunt regi omnia, quæ iuſſerat fieri ad ſolemnitatem ſtatuæ dedicandæ, ſicut patuit ſupra. Quarto nota eorum allegationem calumnioſam, cum dicitur, *ſunt ergo viri Iudæi quos conſtituiſti ſuper opera Babylonis*, & ex hoc apparet eorum calumnia, quia allegant ipſorum promotionem, quia eos conſtituit rex ſuper opera Babylonis. Et in hoc concluditur Chaldæorum accuſatio.

Et confeſtim ſequitur accuſatorum citatio, cum dicitur, *Nabuchodonoſor in furore*, quia contemnebãt ipſius cultum, quia deos tuos non colunt; & ipſius iuſ-
B ſum, quia ſtatuam erexiſti; allegant ipſorum punitionem, quia aliis prælati: rebellionem, quia ingrati erant & rebelles. Circa citationem autem ipſorum, nota primo ipſorum aduocationem. cum dicitur, *Tunc Nabuchodonoſor in furore & ira*, hic ſuccenſus ira cum voce clamoſa & anhelo ſpiritu, vt dicitur ſupra, quod auditis ſermonibus ſapientum Babylonis rex in furore verſus & in ira magna præcepit, vt perirent omnes ſapientes Babylonis, ita & in furore & ira præcepit, *vt adducerentur Sidrach, Miſach, & Abdenago*. Secundo nota ipſorum allocutionem, cum dicitur, *Pronuncianſque Nabuchodonoſor, Verène Sidrach*, &c. quaſi diceret, eſtne hoc verum quod hos ſcilicet, *Deos meos non colitis*, nec ſecundum id ſcil. facitis, quod *ſtatuam auream*,
C quam adorandam ſtatui, ſicut præcepi ſupra, quod ſi quis proſtratus non adorauerit mittetur in fornacem ignis ardentis, hanc *non adoratis*? Et ideo ſtatim ſequitur tertio, & notanda eorum admonitio, cum dicitur, *Nunc ergo ſitis parati*, ideſt ex nunc ego ore tenus vobis præcipio ſicut vobis per præconẽ fuerat promulgatũ, ſitis ergo parati, *quacunq; hora audieritis*, expoſitũ eſt. Et poſt admonitionem concluditur quarto cõdemnatio, cum dicitur, *quod ſi non adoraueritis mittemini in fornacẽ* ſicut ſupra fuit cautum lege & decreto, eſt de poteſtate mea, quaſi diceret nullus: & ideo ſancitũ: *& quis eſt Deus qui eripiat vos de manu mea?* id ſolum debetis colere in cuius totaliter eſtis poteſtate, Et in hoc con-
D cluditur accuſatorum citatio.

Et ideo ſtatim ſequitur eorum reſponſio, cum dicitur, *Reſpondenteſque Sidrach, Miſach & Abdenago*, in qua reſponſione oſtenditur primo ipſorum prudentia, cum præmittitur, *non oportet nos de hac re reſpondere*. &c. quia ſcriptum eſt, Non reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam. Secũdo oſtenditur eorum confidentia, cum dicitur, *Ecce Deus noſter*, dicunt licet nobis non ſit neceſſitas reſpondendi, tamen reſpondemus tibi, *Ecce Deus quem colimus poteſt nos eripere*, quia hic eſt Deus noſter & non æſtimabitur alius aduerſus eum, Baruch. 3. Tertio notanda eorum conſtantia, cum dicitur, *quod*
E *ſi noluerit*, hoc eſt, ſi Deus noſter propter peccata noſtra liberare noluerit, ſcias nos eſſe ita conſtantes, *quod Deos tuos non colimus*, quia ex præcepto Dei noſtri habemus, Non habebis Deos alienos Exod. 20. Et in hoc concluditur citatorum reſponſio.

Et ſequitur pars in qua tangitur pœna ſupplicii, cum dicitur, *Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore*, in qua ſcriptura notat quatuor. Primo regis indignationem, cum dicitur. *Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore*, ſicut aduerſus contumaces & rebelles regiæ iuſſionis: *& aſpectus faciei immutatus eſt*, vt priori diſſimilis appareret, quia cor hominis immutat faciem eius, ſiue in bono ſiue in malo, Eccleſ. 13. Secundo legis promulgationem, cum dicitur, *& præcepit vt ſuccenderetur ſeptuplum*, ideſt multo plus, vt exceſſu pœnali fornacis

tatur Dei iuſtitia, imploratur eius clementia, allegatur eius miſericordia, inuocatur eius potentia. Poſita ergo commendatione ſupernæ æquitatis.

Sequitur condeſcenſio paternæ bonitatis, cum dicitur, *Et non ceſſabant qui miſerant eos miniſtri regis ſuccendere fornacem*, vbi ſcriptura notat quatuor: Primo miniſtrorum incendium, ibi, *Et non ceſſabant qui miſerant eos ſuccendere fornacem*, quia rex præcepit vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum quam ſuccendi conſueuerat, ſupra eodem Cap. & ideo non ceſſabant vt iuſſionem regis implerent: *Naphta*, ideſt oſſibus oliuarum, in quibus remanſerat aliquid pinguedinis, vt eſſent fomentum igneum magis apta; naphta enim, vt dicit Papias, eſt genus fomenti quo incendia nutriuntur apud Perſas, vel oſſa oliuarum quæ proiiciuntur cum amarca. Secundo notat Chaldæorum excidium, ibi, *& effundebatur flamma cubitis quadraginta nouem*, vt erumperet, vehementi enim miniſtratione fomenti ignis flamma effuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem, *incendit*, enim, *quod reperit iuxta fornacem de Chaldais*, quia, Ipſi incendebant ſanctuarium Dei polluebant templum, Pſal. 78. Tertio Angelorum præſidium, ibi, *Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria*, quia ſecundum Hieron. oppreſſa variis moleſtiis anima hominis deſperans de auxilio, & ad Dominum tota mente conuerſa præſidio Angelico liberatur, quia, Immittet Angelũ in circuitu timentium eum & eripiet eos. Pſal. 43. *& excuſſit flammam ignis & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem*, ideſt ventum refrigerantem, vt ardorem ignis refrigeraret eos, iuxta illud Eccleſ. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros? quaſi diceret, imo, ſicut patuit in iſtis: Quarto Puerorum remedium, ibi, *Et non tetigit eos ignis*, iuxta illud Iſaiæ 43. Cum ambulaueris in igne non combureris, & flamma non ardebit in te. Et per hoc patet quod in liberatione benigna Puerorum fuit condeſcenſio paternæ bonitatis, propter miniſtrorum incendium, Chaldæorum excidium, Angelorum præſidium, Puerorum remedium. Et ideo oſtenſa condeſcenſione paternæ bonitatis.

Sequitur pars in qua tangitur exaltatio æternæ Maieſtatis, quæ eſt laudis confeſſio, & gratiarum actio, cum dicitur, *Tunc hi tres*. Secundo commendat ipſum quoad creaturam vitæ ſpiritualis, ibi, *Benedictus es qui intueris abyſſos & ſedes ſuper Cherubin*. Tertio inſtigant ad ipſius laudem creaturam vniuerſalem, ibi, *Benedicite omnia opera Domini Domino*.

Quantum ad laudem quia laudant Dei eſſentiam æternalem, primo laudant ipſum in generali, cum dicitur, *Tunc hi tres quaſi ex vno ore*, iuxta id, Benedicam Dominũ in omni tempore ſemper laus eius in ore meo, Pſalm. 33. Ideſt concorditer laudabant, ſcil. vt conſeruatorem & gubernatorem, quia laus eius in Eccleſia ſanctorum, Pſal. 149. Benedicebant vt creatorem & recreatorem, quia benedictio & claritas & ſapientia, &c. Apocal. 7. Secundo laudant ipſum in ſpeciali, ibi *Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum*, & ibi ſcriptura tangit quatuor, à quibus diuina maieſtas laudatur, glorificatur & benedicitur: Primo eius dominationis excellentiam, ibi, *Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum*, quia tu es de quo dixit Moyſes patribus noſtris Deut. 10. Deus Dominus noſter ipſe eſt Deus Deorum & Dominus dominantium 2. eius nominationis præeminentiam, ibi, *& Benedictum nomen gloriæ tuæ quod eſt ſanctum*, quia hoc eſt nomen de quo pater noſter Dauid canit. Domine Dominus noſter quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Pſalm. 8. Ergo nomini tuo da gloriam, ſuper miſericordia tua & veritate tua, quoniam magnificaſti ſuper omnes nomen ſanctum tuum. Pſalm. 137. Tertio eius habitationis refulgentiam, ibi, *Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ*, de quo templo iterum cantat Pater noſter Dauid. In templo eius omnes dicẽt gloriam Pſal. 28. Quarto eius gubernationis prouidentiam, ibi, *Benedictus es in throno regni tui*, quia de huc throno iterum cantat idem Dauid. Thronus tuus in ſeculum ſeculi: virga directionis virga regni tui. Pſal. 44.

Quantum vero ad laudem quam commendant, quoad creaturam vitæ ſpiritualis, quæ ibi incipit, *Benedictus es qui intueris abyſſos*, commendat primo eius diſcretionis prouidentiam, quia ſcilicet, diſcernit bonos à malis, cum dicitur, *Benedictus es qui intueris abyſſos*, & hoc quoad dimiſſionem culparum & inflictionem pœnarum, quia iudicia tua abyſſus multa, Pſal. 35. *& ſedes ſuper Cherubin*, & hoc quoad intuitionem meritorum & retributionem præmiorum, propter quod Dauid petebat, Pſal. 79. Qui ſedes ſuper Cherubin veni & manifeſtare, excita potentiam tuam & veni vt ſaluos facias nos. Secundo commendant eius prælationis præeminentiam, cum dicitur, *Benedictus es in firmamento cæli*, & quia altitudinis firmamentum pulchritudo eius eſt ſpecies cœli in viſione gloriæ Eccleſ. 43.

Quantum ad laudem ad quam prouocant creaturam vniuerſarum. Notandum, quod omnia inuitantur ad tria, ſcilicet ad benedicendum vt creatorem, ad laudandum vt conſeruatorem, ad ſemper exaltandum, vt conſummatorem, ſed aliter & aliter, quia quoad membra corporalia & bruta propter ſpeciem, modum, & ordinem, quoad hominem propter ſenſum, verbum, & operationem, quoad mentem ſpiritualem propter memoriam, intelligentiam & voluntatem.

Primo autem præmittitur laus generalis omnium creaturarum, cum dicitur, *Benedicite omnia opera Domini Domino*, quia ſcriptum eſt. Pſal. 103. Quia magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in ſapientia feciſti. Secundo ſequitur laus creatorum ſingularis, ſeu ſpecialis, cum dicitur, *Benedicite Angeli Domini Domino*, vbi hortantur ad laudem Dei omnia, à nobilioribus ad ignobiliora, à ſuperioribus ad inferiora deſcendendo, & primo hortantur ad laudem creaturam mentem ſpiritualem, cum dicitur, *Benedicite Angeli Domini Domino*, quia ſcriptum eſt. Pſalm. 102. Benedicite domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum eius. Secundo mundum corporalem, cum dicitur, *Benedicite cæli Domino*, & primo creaturas ſuperiores, in principio, *Benedicite cæli Domino*, ſecundo intermedias & inferiores, ibi, *Benedicite imber & ros*, primo inuitant ad laudes creaturas cœleſtes immobiles, ſicuti cœlũ Empyreum, & ideo dicitur, *Benedicite cæli Domino*, quia cœlum cœli Domino, & ideo, laudate Dominũ de cœlis Pſal. 148. Et cœlum Cryſtallinum: cum dicitur, *Benedicite aquæ quæ ſuper cælos ſunt*, quia ſcriptum eſt, aquæ quæ ſuper cœlos ſunt laudent nomen Domini, Pſal. 148. Secundo creaturas cœleſtes motrices, cum dicitur, *Benedicite omnes virtutes*, quia ſcriptum eſt, laudate eum omnes virtutes eius, Pſal. 148. Tertio creaturas cœleſtes mobiles, cum dicitur, *Benedicite ſol & luna Domino*, circa quod primo tangit ſcriptura earum ornatum, cum dicitur, *Benedicite Sol & Luna, benedicite ſtellæ*, & ſecundo earum ſubiectum in hoc quod dicit, *cæli*, quia ſcriptum eſt laudate Dominum de cœlis laudate eum in excelſis. Laudate eum Sol & Luna, laudate eum omnes ſtellæ & lumen Pſal. 148. Tertio earum effectum, cum dicitur, *Benedicite imber & ros Domino, Benedicite omnes ſpiritus Dei Domino*, qui eſt triplex, quia primus prouenit ex vaporum eleuatorum à terra virtute ſolis, abundanti humiditate, & hic eſt imber, quia cœli poſſunt dare imbres. Hier.

54. Secundus prouenit, ex vaporum eleuatorum virtute ſolis abundante ſubtilitate, & hic eſt ros, Aggæi primo prohibiti ſunt cœli ne darent rorem. Tertius prouenit ex vaporum eleuatorum virtute ſolis abundanti ſiccitate, & hic eſt ventus vel ſpiritus propter hoc dicit, *Benedicite omnis ſpiritus Domini Domino*, quia ſpiritus procellarum quæ faciunt verbum eius. Pſ. 148

Quantum ad creaturas intermedias corporales, dicit ſcriptura, *Benedicite ignis & æſtus Domino*, vbi ſupra oſtendit, quod primo prouocant ad Dei laudem duo elementa ſuperiora, & eorum impreſſiones, ibi, *Benedicite ignis*, ſecundo duo elementa inferiora, & eorum emiſſiones, *Benedicat terra Dominum*. Prima habet duas partes, quia primo prouocant ad Dei laudem ſuperius elementum & eius effectum, cum dicitur, *Benedicite ignis & æſtus*. Secundo in medio elemento ſcil. aere multiplicem expreſſum effectum, ibi, *Benedicite frigus & æſtas Domino*. Et quantum ad hoc, primo tangit ſcriptura impreſſiones factas in medio interſtitio aeris, virtute corporum ſupra cœleſtium, habentes efficaciam, cum dicitur, *Benedicite frigus & æſtas Domino*, & differt æſtus & æſtas, quia æſtus eſt aer ignitus, iuxta illud Apoc. 7. Non cadet ſuper illos ſol neque vllus æſtus: Sed æſtas eſt aer virtute ſolis inflammatus, & dicit differétiam temporis ſicut hyems, æſtus autem dicit differentiã impreſſionis, vnda Gen. 8. Frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies, non requieſcent. Secundo tangit impreſſiones quæ non niſi infra nos ſunt, cum dicitur, *Benedicite gelu & frigus Domino*. Tertio tangit impreſſiones quæ non niſi circa nos reſident, cum dicitur, *Benedicite gelu & frigus Domino. Benedicite glacies & niues*, nix, glacies quæ faciunt verbum eius. Pſalm. 184. Quarto ponit temporis differentias, cauſas & effectum, cum dicitur, *Benedicite noctes & dies*, Ecce temporis differentias, *Benedicite lux & tenebræ*, Ecce differentiarum cauſas: *Benedicite fulgura & nubes*, Ecce duplicem effectum, quorum fulgur de nocte potiſſimum cauſatur, ſed nubes potiſſimum de die eleuantur.

Et ſequitur pars, in qua inuitant duo elementa inferiora & eorum emiſſiones, cum dicitur, *Benedicat terra*, & primo inuitant terram & eius germinationes, in principio. Secundo aquam & eius deriuationes, ibi, *Benedicite maria*, Primo prouocant terram, quantum ad ſituationem, cum dicitur, *Benedicite montes*, ſecundo quantum ad ſcaturitionem, cum dicitur, *Benedicite fontes*. Poſtea inuitant mare & eius deriuationes, cum dicitur, *Benedicite maria & flumina*, quia omnia flumina intrant mare, & mare non redundat ad locum vnde exeunt flumina. Eccleſ. 1.

Et ſequitur pars, in qua inuitant, ad Dei laudem creaturam ſenſibilem, cum dicitur, *Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis*, primo inuitant aquea animalia, in principio, *Benedicite cete* quia creauit Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas Gen. 1. & ideo tenentur ad laudem. Secundo inuitant aerea, ibi, *Benedicite omnes volucres cœli*, volucres cœli & piſces maris. Pſal. 8. coniungunt autem volucres, quia licet diuerſa capiant loca, tamen eandem habent materiam, ſicut patet Geneſ. 1. quia materia vtrorumque eſt aqua. Tertio inuocant terreſtria, ibi, *Benedicite omnes beſtiæ & pecora*, & quia omnia ſunt ſubiecta rationali creaturæ, iuxta illud Pſal. 8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi, volucres cœli & piſces maris, ideo immediate prouocãt ad Dei laudem, creaturam rationalem, cum dicitur, *Benedicite filij hominum Domino*, & hoc habet duas partes, quia primo inuitant omne genus hominum in generali, cum dicitur, *Benedicite filij*

A *hominum*, ſed quia homo cum in honore eſſet, non intellexit, deſcendit ad genus hominum electum in ſpeciali, cum dicitur, *Benedicat Iſrael Dominum*, quia Iſrael eſt facta poteſtas eius, Pſalm. 113. Sed in populo electo ſunt Prælati & ſubditi, ideo primo inuitant immediate Prælatos, cum dicitur, *Benedicite Sacerdotes*, quia ſcriptum eſt. Pſal. 131. Sacerdotes eius induantur iuſtitiam, Secundo inuitant ſubditos, cum dicitur, *Benedicite Serui*, quia ſcriptum eſt ſeruite Domino in lætitia Pſal. 99. Sed quia ſeruitium Deo placere non poteſt, niſi ſit cum ſpiritus feruore, ideo ſtatim adiungunt, *Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum*, vt poſſint dicere cum Apoſtolo. 1. Corinth. 14. Pſallam ſpiritu pſallam & mente: ſed quia feruor non poteſt eſſe ſine reuerentia & honore, ideo adduot. *Benedicite ſancti*

B *& humiles*, quia humilibus dat gratiam, vt dicitur Iacobi 4. Sed quia tunc perfectum ſt opus, cum redit ad ſuum principium, ideo quia à ſeipſis inceperant, in ſeipſis finierunt, cum dicitur, *Benedicite Anania*, vbi benedicunt ipſum vt creatorem, laudant vt conſeruatorem, ſemper exaltant vt conſummatorem, & finaliter recognoſcunt, vt liberatorẽ, quia liberauit eos de periculo pœnarum infernalium, & ideo dicunt, *qui eripuit nos de inferno*, de periculo culparum mortalium, & ideo dicunt, *& ſaluos fecit de manu mortis*, & ideo dicitur, eripuit animam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapſu, Pſal. 117. de periculo pœnarum corporalium, & ideo dicunt, *Et liberauit nos de medio ignis*, ita quod liberaſti me à preſſura flammæ quæ circumdedit me, & in medio ignis non ſum æſtuatus, Eccleſ. vlt.

C Et ſequitur pars in qua ponitur puerorum exaltatio condigna, quæ eſt pars tertia principalis totius cap. cum dicitur, *Tunc Nabuchodonoſor Rex obſtupuit*, in qua ſcriptura notat quatuor, ſcilicet apparitionem Angeli, in principio. Approbationem miraculi, ibi, *& Satrapæ congregati ſunt*, Acclamationem Dei, ibi, *Et erumpens Nabuchodonoſor*. Promotionem populi, ibi, *Tunc rex promouit Sidrach*.

Quantum ad apparitionem Angeli, Nota primo regis admirationem, cum dicitur, *Tunc rex obſtupuit*, quia dicitur, adduxit conſiliarios eius in ſtultum finem, & iudices eius in ſtuporem Iob 12. *Et ſurrexit propere*,

D idest, feſtinanter, vt videret miraculum, ſecundo nota regis inquiſitionem, cum dicitur, *& ait optimatibus ſuis*, illos interrogat, quorum accuſatione eos damnauerat, vt ex reſponſione eorum ſubiungitur. Tertio infert affirmationem, ibi, *Ecce ego video quatuor viros ſolutos & ambulantes in medio ignis, & ſpecies quarti ſimilis filio* Dei, hic autem ſoli Nabuchodonoſor forte oſtenſus eſt, vt non ſua poteſtate, ſed diuina virtute ſciret eſſe pueros liberatos, & ideo quarto profert Dei commendationem, cum dicitur, *Tunc acceſſit rex Nabuchodonoſor*, qui infra dicit, ergo poſitum eſt hoc decretum.

Quantum ad approbationem, Nota primo quod fuit ibi ſapientum admiratio, & ideo præmittitur, *&*

E *Satrapæ congregati ſunt*, vt vbi hi teſtes eſſent miraculi, qui vocati fuerant ad puerorum promotionem; ſupra eodem, Nabuchodonoſor miſit ad congregandos Satrapas. Secundo puerorum contemplatio, & ideo dicitur, *contemplabamur viros iſtos*, ſcilicet de quibus rex dicit, nonne tres viros miſimus in mediũ ignis. Tertio eorumdem illæſio, & ideo dicitur, *quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus eorum*. Zaraballa ſunt cruralia ſeu braccæ in lingua Chaldaica, ſecundum Hieronymum: Nec vlla pœnæ apparitio, & ideo dicitur quod, *odor ignis*, idest, veſtigium aliquod in ipſis vel in eorum veſtimentis non apparebit.

Quantum ad acclamationem Dei, Nota regis

exaltationem, cum dicitur, *& erumpens Nabuchodonoſor*, id eſt, clamabat, erumpe & clama vt dicitur ad Galat. 4. Dei benignitatem, cum dicitur, *Benedictus Deus Deorum Sidrach, Miſach, & Abdenago qui miſit Angelum ſuum.* Ecce quem dixit ſupra ſimilem Dei filio, nunc dicit eſſe Dei Angelum, de quo dictum ſupra fuit quod Angelus Domini cum Azaria: Regis conſtitutionem, cum dicitur, *à me ergo poſitum eſt hoc decretum* ecce viſo miraculo vertitur decretum adorationis ſtatuæ aureæ, in decretum adorationis diuinæ; Dei commendationem, cum dicitur, *Neque enim eſt alius Deus qui ita poſſit ſaluare*, in quo approbat reſponſionem datam ei à pueris ſupra cum ait eis. Et quis eſt Deus qui eripiat vos de manu mea? qui reſponderunt. Ecce enim Deus noſter quem colimus poteſt nos eripere de camino ignis.

Quantum ad promotionem populi, tangitur primo puerorum prælatio, cum dicitur, *Tunc rex promouit Sidrach*, &c. vt ſupra fuerant ſuper opera prouinciæ conſtituti, nunc vero ad principalia ſunt promoti. Secundo litterarum delatio cum dicitur, *Nabuchodonoſor ex omnibus populis*, hanc autem litteram interſerit, quia oportet habere teſtimonium ab his qui foris ſunt. Tertio ſignorum promulgatio, cum dicitur, *ſigna & mirabilia fecit apud me Deus excelſus*, quia hic eſt Deus qui exaltatus eſt ſuper omnes Deos.

Nota moralitatem ex ſtatua ficta, aurea, alta, lata, erecta, dedicata, adorata, in qua deſignatur nota ſimulationis, vitæ vel doctrinæ, nam vita vel doctrina ſimulata, eſt ficta, quia habet falſam puritatem, eſt alta quia habet falſam dignitatem, eſt ſita quia habet falſam poteſtatem, eſt lata, quia habet falſam pietatem ſeu charitatem, eſt dedicata, quia habet falſam celebritatem, eſt adorata quia habet falſam maieſtatem, ſimulatio ergo vitæ vel doctrinæ fictionem habet in his omnibus, & ideo talis vita, vel doctrina, non hominem ſed ſtatuam & imaginem reddit. Pſalm. 72. Imaginem ipſorum ad nihilum rediges: In adorantibus notatur æmulatio, adorant enim Satrapæ, id eſt, nobiles aſpirantes ad nobilitatem generis. Magiſtratus, id eſt, conſiliarij aſpirantes ad familiaritatem principis, Iudices aſpirantes ad authoritatem iudicis, Duces aſpirantes ad celebritatem nominis. Tyranni aſpirantes ad cupiditatem muneris, quia principes dicuntur primo capientes. Hi omnes adorant ſecularem dignitatem, ſeu imperialem poteſtatem, ne honores amittant, quorum exemplo ſubditi ad adorandam ſtatuam faciliter inducuntur. Nam maiores impellunt ſubditos per potentiam, Doctores per falſam eloquentiam, regulantes per ſimulatam vitam.

In inſtrumentis notatur adulatio, quia omnes prædicti ſunt adulatores, & adulantes potentibus, ſecundum ſeptem genera muſicorum, & quidam adulantur ratione timoris, qui ſignificatur per tubam, quæ incutit terrorem, quibus dicitur Amos 2. Morietur in ſonitu Moab, in clangore tubæ: Quidam ratione honoris, vt ambitioſi, qui ſignificantur per fiſtulam: Quidam ratione fauoris, qui deſignantur per Cytharam, vt ſimplices: Quidam ratione temporalis valoris, qui deſignantur per Sambucam, vt ſimplices ſeu populares: Quidam ratione proprii amoris, vt propria diligentes, qui deſignantur per Pſalterium: Quidam ratione decoris, vt carnaliter viuentes, qui ſignificantur per ſymphoniam. Quidam ratione liuoris, vt vindicare de hoſtibus appetentes, qui deſignantur per omne genus muſicorum: iſti adulantur per omne genus muſicorum principibus ſolum quod poſſint de hoſtibus vindicare.

In fornace & pueris notatur quæcunque tribu-

A latio ſeu tentatio, in fornace autem actiue, in pueris vero paſſiue: quælibet autem iſtarum duarum, tam fornax tribulationis quam tentationis ſuccenditur ſeptuplum contra iuſtos, priuſquam eos Deus eripiat. Fornacem tribulationis ſuccendentia ſunt ſeptem, Primum eſt aduerſitas in inſidiis, id eſt de hoſtibus, & de hac erepti ſunt filij Iſrael. Cum educti ſunt de terra Ægypti, de quibus dicit Salomon 3. Reg 8. Populus enim tuus eſt, & hæreditas tua, quos eduxiſti de terra Ægypti, de medio fornacis ferreæ. Secundum eſt, aſperitas in afflictionibus exterioribus, & de hac dicitur Sap. 3. Tanquam aurum in fornace probauit illos. Tertium eſt anxietas in vexationibus interioribus, & de hac Prou. 27. Quomodo probatur in conflato-
B rio argentum, & in fornace aurum: ſic probatur homo ex ore laudantium. Quartum eſt arduitas in difficilibus operibus. Quintum eſt auctoritas in præceptis fortioribus Eccleſ. 27. Vaſa figuli probat fornax. Sextum eſt auſteritas in victu & aliis virtutibus, Hier. 9. Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus veſtris in die, qua eduxi eos de terra Ægypti & de fornace ferrea. Septimum eſt ferocitas in ſeditionibus, Eccl. 27. Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis, de tentatione Dan. 3. Præcepit vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum. Fornax vero tentationis ſuccenditur ſeptuplum contra iuſtos, quia ſecundum ſeptem capita ſeptem ſunt differentiæ tentationum, prima eſt dubia
C de qua neſcit homo quam eligat, ex hac vidit Abraham aſcendentem fauillam de terra, quaſi fornacis fumum Gen. 19. quia ſicut de fauilla ignis ignorat homo ad quam partem vadat, ita de tali tentatione. Secunda eſt occulta, de qua ignorat homo vnde veniat, & de hac aſcendit fumus putei Abyſſi, ſicut fumus fornacis magnæ, & obſcuratus eſt ſol, & aer de fumo putei Apoc. 9. Ne ſcilicet homo poſſit percipere, vnde proueniat. Tertia eſt fraudulenta, quæ hominem allicit per blanditias, atque laudat, de qua Prou. 7. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, ſic probatur homo ore laudantium. Quarta eſt ſubita, quæ hominem permouet, terret & ſubuertit de qua Eccl. 27. Vaſa figuli probat fornax & homines
D iuſtos tentatio tribulationis. Quinta eſt importuna, quæ hominem infeſtat, de qua Eccleſ. 38. Vapor ignis vrit carnes eius, & in calore fornacis concrematur. Sexta eſt perplexa, de qua homo vacillat, & circa talem debet homo multum vigilare, iuxta illud Eccleſ. 38. Cor ſuum dabit vt conſummet lenitionem, & vigilia ſua mundabit fornacem. Septima eſt violenta, quæ, niſi homo ſit cautus, hominem præcipitat, de qua Eccl. 43. In meridiano exurit terram, & in conſpectu ardoris eius qui poterit ſuſtinere: & reſpondens Sapiens ait Fornacem cuſtodiens in operibus ardoris. Vtraque autē iſtarum tam fornax tribulationis quam tentationis ſuccenditur in Naphta, hoc eſt concupiſcentia ambitionis. Pice id eſt concupiſcentia carnalis delectationis, malleolis & ſarmentis deſiccatis hoc eſt
E concupiſcentia acquiſitionis.

Notandum tamen, quod de hac fornace eripiuntur ſoli parui, id eſt innocentes, in quibus ſola macula conſumitur, ſcil. pronitas ad malū & difficultas, alia autem non conſumuntur, ſcil. Zaraballa, id eſt braccæ ſeu cruralia, hæc bona quæ honeſtant & thiaræ, quod eſt genus pallioli, quo Perſæ ornantur: hæc bona quæ delectant, calceamenta non conſumuntur, & remanent intacta. Flamma vero quæ vſque ad 49. cubitos geometricales aſcendit & malos conſumit, pœnæ ſunt infernales, quæ nunquam ad numerum 50. qui eſt numerus remiſſionis, aſcendunt, id eſt ad numerum iubilei.

Notandum quod ſola prudentia deſignata in Daniele, temperantia ſignificata per Aza iam, Iuſtitia deſignata per Michaelem, conſignata conſtantia in Abdenago, liberant iuſtos à tribulationibus tormentorum.

CAP. IIII.

E*Go Nabuchodonoſor quietus eram*, *&c.* hæc eſt tertia viſio, in qua ſignificatur Chriſti prædicatio vitia reſcindentis, ſicuti in prima, conceptio Chriſti Diabolum inuadentis & expellentis, & in ſecunda Chriſti natiuitas ad noſtras pœnalitates deſcendentis & hæc viſio eſt per modum cuiuſdam diuini iudicij futuri contra humanam proſperitatem in ſomnij præoſtenſi prophetica interpretatione reſerati, voce diuina comminati & culpa pro merente inflicti, ad oſtendendum præeminentiam regni Chriſti, & iuſtorum, ad regnum Antichriſti & reproborum.

In hac autem viſione ſicut in præmiſſis cauſa efficiens ſeu originalis, eſt inſtinctus ſpiritus ſancti, quem habuit Daniel, vt deuotus & ſobrius, humilis & ſubiectus, & interpretationibus aſſuetus.

Cauſa vero finalis eſt pronunciatio Chriſti clamantis, trepidatio Dei omnipotentis, emendatio ſeu humiliatio ſuperbientis, exaltatio interpretantis, & ex hoc conſolatio populi ſeruientis.

Continentia vero ſeu cauſa materialis eſt, quod Nabuchodonoſor propter Dei offenſam ſeptem annis verſus fuerit in amentiam herbarum radicibus inter animalia nutritus, ac poſt Dei miſericordia ad regnum reſtitutus Regem cœli laudauit, cuius opera iuſta ſunt, & poteſtas eximia, quæ ſuperbos humiliare poteſt, & cum humiliati fuerint, iterum in quo oſtenditur myſterium dominicæ prædicationis, humanæ proſperitatis finem damnabilem oſtendentis.

Cauſa vero formalis conſiſtit in diuiſione cap. quod prima ſui diuiſione diuiditur in quatuor partes; quia primo ponitur continentia viſionis in principio. Secundo eminentia ſeu ſapientia interpretationis, ibi, *Tunc Daniel*, Tertio euidentia adimpletionis, ibi, *omnia hac venerunt*, Quarto efficacia correctionis, ibi, *igitur poſt finem.*

Circa continentiam viſionis notat ſcriptura quatuor, primo conſpectum inſpirationis internæ in principio; Secundo defectum expoſitionis humanæ, ibi, *& per me propoſitum eſt decretum*, Tertio proceſſum oſtenſæ apparitionis, ibi, *Viſio capitis mei in cubili meo* Quarto exceſſum illuſtrationis ſupernæ, ibi, *Tu ergo Balthaſar.*

Quantum ad conceptum internæ inſpirationis, notat ſcriptura regis ſoporem, cum dicitur, *Ego Nabuchodonoſor eram quietus in domo mea*, hic eſt Nabuchodonoſor de quo ſupra 3. dicitur. Tunc rex Nabuchodonoſor obſtupuit, nunc vero abſque omni ſtupore quietus erat, ideſt, à nullo inquietatus, qui Monarchiam abſque omni contradictione tenebat, & ideo rex regum dictus, ſupra 2. Tu rex regum es, hic ergo quietus in domo ſua, hoc eſt in hæreditate propria, quaſi in hæreditaria manſione, ita vt poſſet dicere illud Sapient. 8. intrans in domum meam quieſcam in aula: Regis decorem quia. *florens in palatio meo*, ideſt omnibus quæ ad decorem humanum faciunt, ad nutum affluentibus, ac per hoc caducus, quia homo natus de muliere quaſi flos egreditur & conteritur Iob. 14 Regis terrorem quia, *ſomnium vidi quod perterruit me*, ſicut ſupra 2. ca. ca. per ſomnium quod vidit Nabuchodonoſor, contritus eſt ſpiritus eius, ſic

A modo cum perterruit ſomnium, quia forte in ſomnio ſui regni exterminium tenebat regis ſtuporem. & ideo, *cogitationes*, quæ ſomnium ſunt ſecutæ, *conturbauerunt me*, ideſt prioris quietis ſoporem à me amouerunt, quia ex ſomno ipſo in me turbatum eſt cor meum. Pſ. 142.

Quantum ad defectum humanæ expoſitionis quæ tangitur, ibi, *& per me propoſitum eſt decretum*, notat ſcriptura ſapientum citationem, cum dicitur, *Et per me propoſitum*, litera patet; Somnij relationem, cum dicitur, *Tunc ingrediebantur Arioli*, expoſita ſunt ſupra hęc vocabula; ſolutionis abſconſionem ſeu priuationem, ibi, *Et ſolutionem eius non indicauerunt mihi*, quia quis talis vt ſapiens, & quis nouit ſolutionem B verbi, quaſi diceret, nullus, Eccleſ. 7. Danielis prælationem, ibi, *Donec collega*, id eſt par mihi in honore quia primum ipſum poſt ſe in toto regno conſtituerat ſupra 2. ca. Tunc rex Danielem in ſublime extulit, *Daniel cui nomen Balthaſar ſecundum nomen Dei mei*, quia Deum quem colebat Balthaſar nominabat & illo nomine nominabat Danielem; Danielis commendationem, ibi, *qui habet ſpiritum ſanctorum Deorum in ſemetipſo*, quia ſenſus eius & ſapientia, ſenſus humanos & humanam ſapientiam excellebat, & ideo in ipſo aliquid maius eſſe credebat propter quod Spiritum Deorum ipſum habere dicebat, & vltra, ſacramentum id eſt ſecretum non eſſe ei impoſſibile ad diſſerendum aſſerit, infra confeſtim eodem cap. Regis allocutio- C nem, ibi, *Balthaſar Princeps Ariolorum*, *&c.* vt ſupra immediate, hæc omnia expoſita ſunt,

Quoad Proceſſum oſtenſæ apparitionis, quæ tangitur. ibi, *Viſio capitis mei in cubili meo*, notat ſcriptura conditionem arboris viſæ, cum dicitur, *videbam & ecce arbor & altitudo eius magna*, ideſt ſupra aliarum menſuram eleuata, *magna*, quantum ad omnem dimenſionem, *fortis*, robore ſcilicet, quantum ad valetudinem, omni vento & tempeſtati reſiſtere potentē, *proceritas*, ideſt, longitudo eius in altum protenſa, *contingens cælum*, parabolica locutio eſt, ideſt, vſque ad nubes; *aſpectus illius vſque ad terminos vniuerſæ terra*, quia tantæ erat altitudinis, quod vmbra eius terminos terræ obumbrare poſſet, & ab omnibus ter- D minis terræ videri poterat, ita erant rami eius expanſi *folia eius pulcherrima*, viridia ſcilicet & condenſa, *& eſca vniuerſorum in ea*, hyperbolica locutio eſt, *ſubter eam cuncta animalia*, domeſtica ſcilicet, *& beſtia*, indomita quæcunque, *& ex ea veſcebatur omnis caro*, id eſt, omne genus animalium, Sic, *videbam in viſione*, id eſt ſic contuebar ſicut per ſomnium videri poterat: 2. arboris conſtitutionem, cum dicitur, *Et ecce vigil & ſanctus de cælo* ideſt Angelus, qui vigiles alii dicuntur, quia cuſtodiæ inuigilant cui praficiuntur, vnde infra dicitur, in ſententia vigilum decretum eſt; Tertio arboris ſubuerſionem, ibi. *ſuccidite arborem*, ideſt abſcindite arborem: Quarto ramorum præciſionem, ibi, *& pracidite ramos eius*, Quinto arboris excuſſionem E ibi, *excutite folia eius*, Sexto fructuum diſperſionem, ibi, *& diſpergite fructus eius*, Septimo germinis relictionem, ibi, *verumtamen germen radicum eius*, ideſt, radicem ad germinandum, *in terra ſinite*, ideſt relinquito. *& alligetur vinculo ferreo & æreo*, ideſt, forti & durabili, *in herbis qua foris ſunt & rore cæli*, ideſt in ſaltibus & ſiluis, *pars eius in herba terra*, quia herbas ſicut feræ in cibum ſumet, *cor eius ab humano commutetur*, nam intelligentiam per amentiam perdet, *& cor feræ detur ei*, ideſt ſenſus bruti: Octauo notat temporū mutationem, cum dicitur *& ſeptem tempora*. ideſt ſeptem anni, totum ponitur pro parte *mutentur ſuper eum*. hoc eſt ſuccedant. quia, *in ſententia vigilum*, hoc eſt ad petitionē ſanctorum, qui in terra ſunt, *decretū eſt*, in cœlo

Angelorum

Angelorum, ſic exequi contra eum, iuxta imperium Dei, vt ipſe ſolus rex potens cognoſcatur.

Quantum ad exceſſum ſupernæ illuſtrationis, quæ tangitur, cum dicitur, *Tu ergo Balthaſar*, notat ſcriptura ſapientum Babylonis ignorantiam, in principio, & Danielis ſapientiam, ibi, *Tu autem potes quia ſpiritus ſanctorum Deorum eſt in te*, ſupra eodem, Balthaſar princeps Ariolorum.

Et ſic terminata eſt prima pars totius cap. Et ſequitur pars ſecunda principalis totius cap. in qua ſcriptura notat interpretationis eminentiam, ſeu ſapientiam, quæ ibi incipit. *Tunc Daniel cuius nomen Balthaſar*, & quia viſio tangebat Regis perſonam, fortunam, vindictam & gratiam, ideo ſcriptura notat quatuor; primo in Daniele pœnalem anxietatem propter gradum pœnæ in principio, ſecundo regalem proſperitatem propter ſtatum fortunæ, ibi, *Arborem quam vidiſti*. Tertio legalem ſeueritatem propter caſum vindictæ ſeu ſententiæ, ibi, *quod autem vidit rex vigilem*. Quarto finalem benignitatem propter fructum pœnitentiæ, ibi, *quod autem præcepit vt relinqueretur germen radicum*. Pœnalem autem anxietatem oſtendit anxia cogitatio, cum dicitur, *Tunc Daniel cui nomen Balthaſar cœpit intra ſemetipſum tacitus cogitare*, intellexit enim contra Regem eſſe ſomnium, dolens ſcilicet pro eo, quod ſibi plurimum honoris impenderat: timorem ſeu dolorem cordis, vultus pallore ſignificabat, quod difficile eſt, non prodere vultu, cum dolore tangitur animus, & ideo, *cogitationes eius conturbant eum*, ita vt poſſet dicere, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum, Iob 17. Hinc ſequitur regia exhortatio, dicitur, *Reſpondens autem rex ait Balthaſar, &c.* hoc eſt rex reſpondet interiori locutioni, per ſignum expreſſi paſſionis aſſecutatur eum, vt audeat proferre quod ſentit dicens, *Balthaſar*, quaſi diceret, ne timeas dicere interpretationem nec conturberis in prolatione, quia tibi data eſt interpretatio ſermonum. 1. Corinth. 12. & intelligentia viſionum, ſup. primo: Benigna interpretatio, cum dicitur, *Domine mi*, &c. ne contra regem ſiniſtrum quid dicere videatur, in aduerſitatem hoſtium ſermonem vertit, dicens, *Interpretatio eius hoſtibus tuis*, quia in talibus interpretationibus minatæ ſunt turbæ, Eccleſ. 47. Quantum ad Regalem proſperitatem propter gradum fortunæ, quæ tangitur, cum dicitur, *Arborem quam vidiſti*, notat ſcriptura primo ſomnij replicationem, in principio. vt patet. ſecundum ſomnij explicationem, cum dicitur, *Tu es rex*, vbi abſque regia iniuria explicat veritatem, vt non ipſum ſuperbiæ videatur arguere, ſed potentiam attribuere, & ideo ait, *Tu es rex qui magnificatus*, &c. quia, vt dicitur ſup 2. Tu es rex regum, & Dominus cœli regnum & fortitudinem dedit tibi, &c. quæ ibi dicuntur, in quo ſatis patet, quod tu per viſam arborem deſignaris.

Quantum ad legalem ſeueritatem propter caſum vindictæ ſeu ſententiæ, quæ tangitur, cum dicitur, *quod autem vidit rex*, notat ſcriptura primo ſententiæ prædictæ replicationem, ſicut prius de ſomno, cum dicitur, *quod autem vidit rex vigilem dicentem ſuccidite arborem & vinciatur ferro*, vt ſolent furioſi ne ſe ipſos præcipitent, vel alios inuadant: minatur autem ferro ad crudelitatem ſuam domandam, quia ferrum domat omnia ſupra 2. cap. & ære ad carnalitatem ſuam oſtendendam, vel reprimendam quia in ære miniſtrantur carnalia. Secundo ſententiæ applicationem, cum dicitur, *hæc eſt interpretatio quæ peruenit ſuper dominum meum regem*. auſteritatem ſententiæ verborum temperat blandimentis.

A Quantum ad finalem benignitatem propter fructum pœnitentiæ notat ſcriptura primo Regis aſſecurationem, cum dicitur, *quod autem præcepit vt germen radicum eius relinqueretur, ideſt arboris, regnum tuum tibi manebit*, cum dura præceſſerant, releuat animum contriti mitioribus repromiſſis. Secundo Danielis conſultationem, cum dicitur, *quamobrem rex conſilium meum tibi placeat*, quia qui agunt omnia cum conſilio reguntur ſapientia, Prouerb. 13. *& peccata tua eleemoſynis redime*, quia Deus non hominibus ſed vitiis iraſcitur, *& iniquitates tuas miſericordiis pauperum*, &c. nam operatur miſericordia impunitatem, quia Eleemoſyna ab omni peccato & morte liberat, Tob. 12. Et ſic terminatur pars ſecunda totius capituli principalis.

B Et ſequitur tertia pars principalis totius cap. in qua tangitur adimpletionis euidentia, cum dicitur, *omnia hæc venerunt ſuper Nabuchodonoſor poſt finem dierũ duodecim*, id eſt à viſo ſomno quod audiuerat, vel ſecundum Hieronymum quia conſilio Danielis fecit Eleemoſynas, dilata eſt ſententia vſque ad vnum annum. Vbi ſcriptura facit tria, primo notat ſuperbam Regis cogitationem, cum dicitur, *Non hæc eſt Babylon*, cogitans enim ſomnium & ipſius interpretationem, de quibus forte tum actu cogitabat ait, *Nonne hæc eſt* quaſi diceret talem ædificaui ciuitatem, habentem tantam ſpacioſitatem, quia, *Babylon Magna*, quia per quatuor quadras, habebat decem Leucas, & ita quadraginta per gyrum. C Tantam nobilitatem quia, *in domum regni mei*, quia regnum, id eſt fortitudo data eſt mihi ſuprà 2. cap. Tantam ſtabilitatem, quia, *in robore fortitudinis meæ*. quia fortitudinem & imperium habeo ſupra 2. cap. Tantam ſpecioſitatem, quia, *in gloria decoris mei*, glorianter locutus eſt, & quia gloriabatur, bonum miſericordiæ adeptæ perdidit malo ſuperbiæ. Nota quod non dicit quam ego ædificaui ſimpliciter. ſed in domum regni mei, quia antequam ipſe regnaret erat ædificata, ſed ipſe fecit eam caput Monarchiæ. Secundo notat ſcriptura ſupernam comminationem cum dicitur, *cumque ſermo adhuc eſſet in ore regis. &c.* non differtur ſententia, ne videatur non profuiſſe Eleemoſyna, & ideo ſtatim per ſuperbiam D perdidit, quod miſericordia conſeruauit: *vox de cœlo ruit*, potius quam venit, quia cum nimia feſtinatione vix facto regis ſermone: *Tibi dicitur Nabuchodonoſor, &c.* ſicut ſupra interpretatus eſt Daniel, *Donec ſcias*, magna Dei miſericordia conſolatio data, dum in tormentis ponitur pro ſpe ſecutura. Tertio notat feſtinam executionem, cum dicitur, *eadem hora ſermo impletus eſt ſuper Nabuchodonoſor*, quia ſermo illius Dei, ſcilicet dantis ſententiam contra ipſum, poteſtate plenus eſt, Eccleſ. 8. *& ex hominibus abiectus eſt, &c.* quia ſtatim in furorem conuerſus ligatus eſt, & de regni ſolio expulſus: *Donec capilli, &c.* non ſolum capitis, ſed & totius corporis ſicut pili creſcentes inter plumas aquilarum, ſecundum Andream.

E Et ſequitur quarta pars principalis in qua tangitur correctionis efficacia, cum dicitur: *igitur poſt finem dierum* & quia ad efficaciam correctionis vltra pœnalitates & afflictiones concurrit contritio, confeſſio: & tandem continuatio, ideo primo à ſcriptura ponitur humiliatio ſuperbi, quantum ad contritionem, cum dicitur, *igitur poſt finem dierum*, ſequitur, *Oculos meos leuaui*, miſericordiam implorauí vt vere contritus, poſtquam in me Deus cœli potentiam ſuam oſtendit, dicens, Ad te Domine leuaui animam meam qui habitas in cœlis, Pſalm. 142. *Senſus meus redditus eſt mihi* in hoc ſe oſtendit formam non amiſiſſe, ſed mentem, ſi enim figuram humanam amiſiſſet, ipſius reſtitutio-

nem non tacuiſſet. Secundu ponitur magnificatio ſeu glorificatiu excelſi, quantum ad confeſſionem, cum dicitur, *& altiſſimo benedixi*, id eſt laudaui, *quia poteſtas eius*. quam ego in libro experientiæ legi, *poteſtas ſempiterna, & regnum eius in generationem & generationem*, ideo ſcriptum eſt, gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Pſalm. 144. *& omnes habitatores terræ*, litera patet, & quia potentiam & duminium altiſſimi recognouit, maieſtatemque ipſius adeo ſupplex ac humilis laudauit, magnificauit & exaltauit, inde reſtituta ſunt ei omnia bona, & honores cum regno, & plus magnificatus eſt quam antea, cum dicitur, *in ipſo tempore ſenſus meus reuerſus eſt ad me & figura mea*, ideſt decor in conſpectu figuræ priſtinæ, ſecundum Andream & Hieronymum, quoniam longa ſeptem annorum negligentia poſitus fuit in formam bouinam, vt dicit Ioſephus, *optimates mei & magiſtratus, &c. mei requiſierunt me: & magnificentia*, *id eſt magna gloria*, litera patet. Tertio ponitur continuatiu propoſiti, quantum ad perdurationem, cum dicitur, *nunc igitur ego Nabuchodonoſor*, poſt correctionem factam, conferenti ſibi beneficia gloriam tribuit *glorifico*, glorioſa opera Dei: iuſtamque ſententiam magnificat, vt ab hominibus audientibus, magnus & glorioſus habeatur, ſecundum Andream, *& gradientes in ſuperbia humiliat*, id eſt depoſuit, ex hac propria confeſſione Nabuchodonoſor, qui poſtquam ſeptem annis pœnas ſuſtinuerat, quia contra Deum ſuperbierat humiliatus eſt, colligitur illum vere fuiſſe Deu conuerſum, ſicut Hieronymus & Andreas ſentiunt.

Argumenta literalia ſunt quatuor. Primum eſt quod quandoque omnium æquipollet viſioni manifeſtæ, vt patet hic; Sciendum eſt, quod expoſitio ſomniorum, nunquam haberi poteſt per humanam ſapientiam, ſicut hic patet, quod ſapientes vocati, interpretationem non potuerunt indicare. Tertium eſt, quod maioribus dicenda eſt veritas, cauendo ſemper ab omni iniuria prouocante, quia aliter non audirent nec reciperent, ſicut patet quod fecit Daniel. Quartum eſt: quod quantum meretur pietas & miſericordia, tantum demeretur ſuperbia, vt patet hic de rege, cui propter Eleemoſynas, dilata fuit punitiu, & propter ſuperbiæ reſiduum, fuit poſtea punitiu ſubſecuta.

Pro moralitate nota primo in arbore hominem poſitum in tali proſperitate, quia homo eſt arbor euerſa ſecundum Philoſophos, qui quidem eſt in medio terræ propter affluentiam, quia à medio fluit virtus ad extrema, ſed eſt arbor alta propter excellentiam, quia homo excellit omnes alias creaturas Geneſ. primo. Præſit piſcibus maris, &c. fortis quantum ad reſiſtentiam, quia terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animantia Gen. 9. proceritas eius contingens cœlum quantum ad ſuperbiam: ſupra aſtra cœli exaltabo ſolium meum. Iſai 13. Aſpectus eius vſque ad terminos vniuerſæ terræ, quia omnia aduertit & aſpicere ſe credit: cuius aſpectus inſenſatu dat concupiſcentiam. Sap. 15. folia eius pulcherrima quantum ad eloquentiam, quia verba habet ita ordinata & moderata, vt vnicum verbum non cadat in terra iuxta illud, folium eius non defluet. Pſalm. 1. Fructus eius nimius, quantum ad abundantiam, quia fructu frumenti, vini & olei ſui multiplicati ſunt, Pſalm. 4. Eſca vniuerſorum in ea, quantum ad redundantiam, tribuunt enim aliis non intuitu pietatis, ſed potius vanitatis, vt dicatur, tu das eſcam illorum in tempore opportunu: Subter eam habitant animalia & beſtiæ, quantum ad appetentiam quia tum animalibus, id eſt, viris & ſimplicibus & manſuetis, quia animal dicitur, quod manu alligatum; tum beſtiis id eſt peruerſis hominibus, quia beſtia quaſi veſtæ, quæ ſtandu volunt ſacrificare, vt

A ab hominibus famam acquirant, Duminantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram Baruch. 3. & in ramis conuerſabantur volucres cœli, quantum ad laſciuiam quia per volucres deſignantur garruloſi, leues & mendoſi; tales enim in auibus cœli ludunt Baruch. 3. Et ex ea veſcebatur omnis caro quantum ad petulantiam, quia omnis caro corruperat viam ſuam Geneſ. 6. Sententia contra talem arborem quod ſuccidatur per animæ ſeparationem, quod rami eius præſcindantur: quantum ad operationem, quod folia excutiantur: quantum ad locutionem; quod fructus diſpergantur: quantum ad mutationem, quod fugiant beſtiæ quæ ſubter eam ſunt: quantum ad ſubiectionem, quod volucres de ramis eius: quantum ad aſſociationem,
B quod germen eius in terra ſinatur: quantum ad putrefactionem.

Nota pro moralitate ſecunda de arbore, quod eſt ſpiritualis proſperitas, de qua Matth. 7. bona arbor bonos fructus facit, & ideo accipienda eſt per arborem vita virtuoſa, quæ eſt alta per iuſtitiam, fortis per conſtantiam, quanta per temperantiam, ramoſa per continentiam, frondoſa per eloquentiam, diffuſa per miſericordiam, fructifera nimis per deuotionis exuberantiam, omnes paſcuntur ex ea per fraternam ædificationem, ſubter ea beſtiæ agri & volucres per omnium ſenſuum & motuum exteriorum & interiorum moderationem & refrænationem. Talis eſt arbor ſpiritualis proſperitatis, quæ ſi ſinat bonos facere, ſucci-
C detur, id eſt ſi cadat, in peccatum vel ſuperbiam eleuetur, ſtatim adeſt ſententia diuinæ ſeueritatis, & æquitatis dicens: præcidite ramus eius.

Sententiæ dubiæ ſunt ibidem octo. Prima eſt quantum ad totam viſionem, vtrum ſcilicet hæc viſiu poſſit intelligi ad literam de Nabuchodonoſor Rege; & arguit Porphyrius damnator ſcripturarum, quod non; ſed quod debet intelligi de Lucifero primo, nam impoſſibile eſt quod rex tam delicatus potuiſſet viuere tanto tempore ad frigus, pruinam & rorem, & crudis herbis nutriri, quin moreretur.

Ad huius dubij ſolutionem aduertendum eſt ſecundum Hieronymum & Auguſtinum, quod aliquando facta quæ ſecundum ſe impoſſibilia videntur, oſten-
D duntur poſſibilia, dum ſimilia facta conſpiciuntur, vnde cum nos videamus quod homines phrenetici & amentes, non commorentur in villis ſed ſub diu, adeo vt potius videantur beſtiæ, non eſt mirum quod Nabuchonoſor redactus in amentiam & phreneſin pari paſſu, cum cæteris amentibus & phreneticis graderetur. Vnde ad illud quod obiicitur de delicatione, dicendum, quod phrenetici longiſſimo tempore viuunt abſque humano cibo, quod forte contingit, propter magnam multitudinem ſpirituum, furia enim facit hominem multa agere & pati, quæ aliter nunquam poſſet. Secunda dubitatio eſt, cum in terra illa ſit multitudo leonum, vrſorum, & aliarum ferarum, quomodo eſt veriſimile, quod fuerit cum eis tanto tempore conuerſatus quin fuiſſet deuoratus ab iis & dila-
E ceratus.

Sed ad hoc dicendum quod volens Deus ſuam iuſtitiam exercere; vt humiliaretur Nabuchodonoſor, oſtendit ſuam potentiam præſeruandu illum à leonibus cæteriſque feris. Tertia dubitatiu eſt, quomodo eſt credendum quod regnum tam nobile tanto tempore fuit abſque rege & rectore, cum regnum eſſet ita magnum; quod ſi fuerit alius rex interim poſitus, quomodo eſt credibile, quod ille permiſiſſet hunc iterum regnum accipere qui deſtiterat.

Ad hoc dicendum quod principes & Barones interim regnum gubernabant, & cuſtodiebant ne ab aliu vſurparetur, expectantes quem finem haberet

res infirmitas Domini ſui, qui regnum valde amplifi- A caueras, & maxima bona regno conquiſiuerat, & principaliter Monarchiam bene fortem; interim pertulerunt aliquem qui regeret conſilio Danielis, & voluntas Dei fuit ne interim bella inſurgerent.

Quarta dubitatio eſt, quomodo poſſit eſſe verum, quod dicit, quod aſpectus arboris erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ, per quod poteſtas regis deſignatur, ipſe enim non regnauit in Græcia, nec in occidente, & multa alia regna non fuerant ei ſubiecta.

Sed reſpondetur primo quod fuit hyperbolica locutio, ſicut ſupra, interpretatione literæ notatum fuit, Secundo reſpondetur ſecundum Hieronymum quod hoc non fuit verum ad litteram, ſed vt oſtendat Regis ambitionem & ſuperbiam, qui hoc ambiebat, & putabat ſe dominaturum ſuper vniuerſum orbem. B

Quinta dubitatio eſt, quomodo Daniel ponit ſub dubio, quod prius ipſemet decreuerat & affirmauerat, maxime cum ſtatim poſt duodecim menſes fuerit ſecuta ſententia, ipſe vero pollicetur Dei ſententiam per eleemoſynam reuocari.

Dicendum quod Daniel non dixit determinate quod Deus ignoſceret Regi, ſed dixit forſan ignoſcet Deus, ſententia enim Dei, qua punit pro delictis duobus modis poteſt intelligi, vno modo ſecundum exigentiam meritorum, & hanc aliquando Deus mutat, quia nouit Deus mutare ſententiam, ſi homo nouit mutare delictum: alio modo ſecundum præfixam prædeſtinationem futurorum, & hanc ſententiam Deus non mutat, poſuit tamen ſub dubio propheta ignorans, C ſub qua iſtarum caderet regia ſententia.

Sexta dubitatio eſt, vtrum Rex Nabuchodonoſor ſecundum veritatem mutatus fuerit in effigiem beſtialem.

Dicendum quod non, ſed hoc dicitur propter diſtortionem membrorum, quam forte habebat vt furioſi: amentes enim mutant aſpectum & faciem, & omnia membra diſtorquent: vel dicendum, quod hoc dictum ſit quantum ad æſtimationem ſuam, ipſe enim opinabatur, & æſtimabat de ſe quod eſſet beſtia, propter quod dicitur quod reſtitutus eſt ei ſenſus eius, ſcilicet quo cognouit ſe non eſſe beſtiam.

Septimo dubitatur vtrum hic Nabuchodonoſor ſaluus ſit. Dicendum quod Auguſtinus de prædeſtina- D tione ſanctorum, ſecundum aliquos, ſaluum eum exiſtimat, quia ponit Nabuchodonoſor, ſub numero prædeſtinatorum, Pharaonem vero ſub numero præſcitorum, vt dicitur 23. q. 5. ca. de cætero, quod incipit Nabuchodonoſor, vbi dicitur, quod vnus fuit flagellatus ad damnationem, alius vero ad ſalutem ſic dicens, Nabuchodonoſor pœnitentiam meruit fructuoſam, nam poſt innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat rurſus accepit, Pharao vero ipſis flagellis durior effectus periit, ſed quidam dicunt Auguſtinum intellexiſſe quod meruit pœnitentiam fructuoſam, quoad terreni regni reſtitutionem, quod littera Auguſtini videtur ſonare.

Vltimo dubitatur an idem fuerit hic Nabuchodo- E noſor qui & ille ſub quo fuit facta hiſtoria Iudith.

Reſpondetur ſecundum quoſdam, quod duo fuerunt Nabuchodonoſor: Vnus iſte qui ſaluus eſt, alter ſub quo facta fuit hiſtoria Iudith, de quo dicitur Iſaiæ 14. ſub nomine Luciferi, quomodo cecidiſti de cœlo lucifer, &c. qui damnatus eſt, ſed ſecundum Hieronymum in originali ſuper hiſtoriam, idem fuit iſte qui & ille.

CAPITVLVM V.

B*Althaſar rex fecit grande conuiuium.* Hęc eſt quarta viſio in qua deſignatur per manum ſcribentem in pariete Chriſti paſſio Diabolum exterminantis, ſicut in prima Chriſti conceptio, in ſecunda Chriſti Natiuitas, & in tertia Chriſti prædicatio vitia reſcindentis, & notatur in tota hac viſione, primo præeminentia regni Chriſti, & iuſtorum ad regnum Antichriſti ac reproborum.

B Cauſa autem efficiens & ſuæ originalis huius viſionis fuit inſtinctus Spiritus ſancti, in deuoto & ſobrio, humili & ſubiecto, & interpretationibus aſſueto, datus de re imminente, vnde iſta viſio fuit ſimplex reuelatio & non ſomnium.

Cauſa vero finalis fuit ad oſtendendam Dei iuſtitiam, ad innuendam Chriſti victoriam, ad extollendam Danielis prudentiam, ad mulcendam & leniendam plebis mœſtitiam.

Cauſa vero materialis fuit Dei ſententia de deſtructione regni Chaldæorum per Medos & Perſas, per digitos ſcribentes in pariete indicata, per Danielem interpretata, in qua eſt deſtructio regni Diaboli, ſeu Antichriſti & ſuorum membrorum, per Chriſti paſſionem ſignificata.

C Cauſa vero formalis in diuiſione cap. conſiſtit, & diuiditur hoc caput in quatuor partes. Primo tangitur videndi occaſio in principio. Secundo videntis perturbatio, ibi, *Exclamauit itaque rex fortiter.* Tertio videntis reprehenſio, ibi, *ô rex Deus altiſſimus, regnum & magnificentiam.* Quarto expoſitio viſionis, ibi, *Idcirco ab eo miſſus articulus manus.*

Circa videndi occaſionem notat littera, quod ſententia lata fuit per contemptum & contumaciam, & ideo ſcriptura notat quatuor. Primo conuictum laſciuiæ, in principio, cum dicitur, *Balthaſar rex.* Secundo contemptum blaſphemiæ, ibi, *præcepit autem iam temulentus.* Tertio conſpectum ſententiæ, ibi, *in eadem* D *hora apparuerunt digiti.* Quarto concurſum iuſtitiæ, ibi, *Tunc regis facies commutata.*

Quantum ad conuictum laſciuiæ notat ſcriptura tria, quæ inducunt laſciuiam. Primum eſt ferculorum abundantia, & ideo dicitur, *Balthaſar rex fecit grande conuiuium*, vbi notandum quod ſcriptura prætermittit tres reges, ſcilicet Euilmerodach qui à Milma captus fuit qui vt quidam dicunt à Nabuchodonoſor patre ſuo, poſtquam fuit in ſuum regnum reſtitutus, poſitus fuit in carcere, eo, quod fuit accuſatus, quod tempora infirmitatis Patris multa mala geſſiſſet, & fuit in carcere cum Ioachim Rege Iuda & poſtquam regnauit ſubleuauit Ioachim de carcere, vt dicitur 4. Reg 25. Poſt Euilmerodach autẽ regnauit Egeſſanus qui Ne- E glizar dictus eſt. Poſt hunc Lamboſardacus, poſt hunc vero Nabar qui Balthaſar cognominatus eſt. Neglizar & Lamboſardacus & Balthaſar fratres fuerunt filij Euilmerodach. Quidam tamen tradũt Balthaſar fuiſſe filium Lamboſardaci, & ita Nabuchodonoſor fuiſſe ipſius proauum. & quia nihil tempore ſcilicet Euilmerodach. Neglizar & Lamboſardaci actum eſt propter quod Dei gloria panderetur, ideo ſcriptura eos prætermittit, & incipit à Balthaſar, qui vt dicit ſcriptura fecit grande conuiuium, in quo notat ſcriptura conuictum laſciuiæ, quãtum ad ferculorum abundantiam; ſicut de Rege Aſſuero Heſter primo, qui fecit grande conuiuium cunctis principibus. Secundo notat laſci-

uiam quantum ad ſociorum aſſiſtentiam, cum dicit, *optimatibus ſuis mille*, hoc eſt multis: millenarius enim & ſeptenarius, & denarius pro indeterminato numero ſæpe in ſcriptura ponuntur, & forte mille erant exceptis aliis: Erant autem mille, inter quos melior erat vnus timens Dominum ſcilicet Daniel, quam mille filij impij Eccleſ. 16. Tertio notat ſcriptura laſciuiam quantum ad poculorum affluentiam, cum dicitur, *& vnuſquiſque ſecundum ſuam bibebat ætatem*, hoc eſt quilibet vinum poterat accipere ſecundum ætatem ſuam: barbari enim inuitatos cogebant ad bibendum, & ideo vltra vires frequenter bibebant, quia melior potator erat victor cæterorum: hic autem nullus cogebatur quia hoc regis magnificentiam decebat, & ideo nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. Heſter. 1. ſed quilibet iuxta ſuam bibebat ætatem.

Quantum vero ad contemptum blaſphemiæ ibi, *præcepit*, notat ſcriptura tria: primo temeritatem præceptionis, cum dicitur, *præcepit autem iam temulentus rex*, temulentus ideſt ebrius, quia temetum optimum genus vini, lentus autem, Græce plenitudinem ſignificat, & ſic ſomnolentus plenus ſomno, vinolentus plenus vino, & ſic dicitur, temulentus temeto, ideſt vino optimo plenus, vnde ſecundo Reg. 13. cum temulentus fuerit Amnon vino, percutite eum. Secundo notat temeritatem allationis, cum dicitur, *Tunc allata ſunt vaſa aurea*, hæc ſunt vaſa de quibus dicitur, & reprehendit ipſum infra Daniel: Vaſa domus eius allata ſunt coram te, quæ aſportauerat Nabuchodonoſor in terra Sennaar. Tertio notat temeritatem illuſionis, cum dicitur, *bibebant vinum & laudabant Deos ſuos*, inſultantes Deo Iudæorum, quaſi Diis ſuis victoriam tribuentes, rebibebant in vaſis Dei: laudabant autem, *Deos aureos & argenteos*, res ſtulta, bibentes in auro, Deos lapideos & ligneos adorabant.

Quantum ad conſpectum ſententiæ, cum dicitur, *in eadem hora*, notat ſcriptura tria: primo dictantis ſimilitudinem, cum dicitur, *in eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus hominis*, ideſt forma non ſubſtantia, quia miniſterio Angeli hoc fiebat, ſicut dicitur Ezechielis primo: Secundo luminis aptitudinem oſtendit, cum dicitur, *contra candelabrum*, vt melius appareret aulæ regiæ, & vt rex ad ſe pertinere ſciret. Tertio notat aptitudinem intuentis, cum dicitur, *& rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis*, de quibus dicitur ſupra immediate, apparuerunt digiti quaſi manus hominis.

Quantum ad concurſum iuſtitiæ, quod ibi notatur, cum dicitur, *Tunc facies regis commutata eſt*, notat ſcriptura aſpectus immutationem, cum dicitur, *Tunc facies regis commutata eſt* cui infra regina ait. Ne facies tua immutetur, affectus perturbationem, cum dicitur, *& cogitationes conturbabant eum*, cui infra regina ait. Non te perturbent rex cogitationes tuæ: effectus perſecutionem, cum dicitur, *& compages renum ipſius ſoluebantur*, quia in magno timore ſanguine ad cor fugiente, membris rigidis & deſtitutis iuncturæ ſolui videbantur, & corpore trementes, *& genua collidebantur*, qua genua eius infirmata erant, ſed non à ieiunio, ſicut Dauid Pſalm. 108.

Et ſic terminatur pars prima cap. principalis, in qua tangitur videndi occaſio.

Et ſequitur pars ſecunda principalis, in qua tangitur videntis perturbatio, cum dicitur, *Exclamauit itaque rex*, & ibi tangitur ipſius perturbatio, & horrore & admiratione rei viſæ, & non intellectæ, in quo notat ſcriptura quatuor. Primo defectum humanæ ſapientiæ in explicando cum dicitur, *exclamauit itaque rex*. Secundo conſultum fœmineæ prouidentiæ in dirigendo, ibi, *regina autem pro re quæ acciderat*. Tertio recurſum humanæ indigentiæ, in ſupplicando ſeu conſulendo. cum dicitur, *igitur introductus eſt Daniel coram rege*. Quarto reſponſum diuinæ confidentiæ in exponendo, ibi, *Ad quem reſpondens Daniel ait*. Quantum ad defectum humanæ ſapientiæ in exponendo notat ſcriptura regis exclamationem, cum dicitur, *exclamauit itaque rex fortiter*, tunc enim exclamando quis vocem emittit, cum de humano auxilio diffidit, ſicut patet de Tobia 6. cum inuaderet eum piſcis, exclamauit. Domine inuadit me, de auxilio deſperans humano, *vt introducerent magos*, oblitus enim eorum quæ Nabuchodonoſor acciderant, iuxta errorem gentis, non Dei Prophetam, ſed magos conuocat Chaldæos: Regis propoſitionem, cum dicitur, *& proloquens*, non alium expectat qui cauſam aperiat, cum fuerint vocati, ait, *Quicunque legerit ſcripturam*, de qua ſupra dictum eſt, quod apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis: Regis obligationem, cum dicitur, *Purpura veſtietur & torquem auream habebit in collo*, & vnus de tribus primis principibus regni mei erit. Rei occultationem, cum dicitur, *Tunc ingreſſi ſunt omnes ſapientes regis, nec potuerunt ſcripturam legere* ſicut nec ſupra 4. cap. ſolutionem arboris viſæ à Nabuchodonoſor potuerunt indicare, de quibus ait Nabuchodonoſor, Tunc ingrediebantur Arioh, Magi, &c. & ſolutionem eius non indicauerunt mihi: *ſed & optimates eius turbabantur*, eo quod videbant regem turbatum & afflictum quem nullatenus iuuare poterant.

Quantum ad conſultum fœmineæ prouidentiæ in dirigendo, quæ tangitur, cum dicitur, *Regina autem*, notat ſcriptura quatuor. Primo reginæ introgreſſionem domus conuiuij, cum dicitur, *Regina autem pro re quæ acciderat regi ingreſſa eſt domum conuiuij*, de quo fuit ſupra dictum, Balthaſar rex fecit grande conuiuium, Regina autem hæc erat auia ipſius ſecundum Ioſephum, mater ſecundum Origenem, vnde nouerat præterita quæ rex ignorabat. Secunda Reginæ conſolationem regis ſei. ſilu, cum dicitur, *rex in æternum, non te conturbent*, &c. quia vt dictum eſt, ſupra eodem, rex Balthaſar valde conturbatus eſt, & vultus eius immutatus. Tertio Reginæ recordationem primi ſomnij, cum dicitur, *eſt vir in regno tuo qui ſpiritum ſanctorum Deorum in ſe habet*, hoc enim audierat à rege Nabuchodonoſor marito ſuo ſupra 4. Daniel inquit, cui nomen Balthaſar ſecundum nomen Dei mei, qui ſpiritum ſanctorum Deorum habet in ſemetipſo, *& in diebus patris tui*, ideſt proximi, qui iuxta morem ſcripturæ pater dicitur, *ſcientia & ſapientia inuenta ſunt in eo*, quia ipſe de numero eſt eorum, quibus dedit Deus ſcientiam, ſupra primo. Mira Danielis conuerſatio inter Barbaros, quem per virtutum magnitudinem mater regis ſic extollit: cætera patent ex declaratis in ſecundo Cap. Quarto Reginæ propoſitionem ſani conſilii, cum dicitur, *Nunc itaque Daniel vocetur & narrabit interpretationem*, quia hic eſt interpretationibus aſſuetus, propter quod rex pater tuus ait ei ſupra 4. Tu ergo Balthaſar interpretationem narra feſtinus.

Quantum ad recurſum humanæ indigentiæ in ſupplicando ſeu conſulendo, quæ tangitur, cum dicitur, *Igitur introductus eſt Daniel coram rege*, notat ſcriptura Danielis admiſſionem, cum dicitur, *Igitur introductus eſt Daniel*, &c. qui ſupra 2. ait, Arioch introduc me in conſpectu regis, & ſolutionem regi narrabo, Danielis allectionem, cum dicitur, *Ad quem præfatus rex ait, tu es Daniel?* nunc ipſum allicit ad lectionem ſcripturæ & ipſius interpretationem cum multipliciter commendando, ſicut patet ex textu, & ſapientes Babylonis vituperando, de quibus, ait, quod, *nequiuerint, ideſt non potuerint, ſenſum ſer-*

monis

monis edicere, ideſt pronunciare nec exponere: Regis obligationem, cum dicitur, *Si vales ergo ſcripturam legere, purpura veſtieris, & torquem auream circa collum tuum habebis*, iſta torques aurea eſt circulus aureus in collo pendens, ſicut nunc in calculis qua antiquitus filij regum conſueuerant iura exequi.

Sequitur reſponſum diuinæ confidentiæ in exponendo, cum dicitur, *Ad quæ reſpondens Daniel ait coram rege, Munera tua tibi ſint*, triſtitia annuncians, munera recuſat & contemptis terrenis gratis profert veritatem, quam gratis accepit, dicens, *munera tua*, quia qui odit munera viuet. Prouer. 15. *& dona domus*, quia dona excæcant oculos iudicum Eccleſ. 20. Exod. 23. non accipies munera quæ excæcant etiam prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. Et ſic terminatur ſecunda pars in qua tangitur perturbatio videntis.

Et ſequitur pars tertia principalis totius cap. in qua tangitur videntis reprehenſio, cum dicitur, *ô rex Deus altiſſimus regnum & magnificentiam. &c.* vbi notat ſcriptura quatuor: inducit enim exitum exceſſus Patris à quo ipſe corrigi debuit, qui propter abuſum cecidit ex honore, & ideo ex parte Patris præmittit duo. Primo honorem prælationis, quantum ad vſum, cum dicitur, *ô rex Deus altiſſimus*. Secundo horrorem ſeu rigorem deiectionis propter abuſum, ibi, *quando autem eleuatum eſt cor eius*, econtra ponit alia duo ex parte filii. Primo timorem præſumptionis quantum ad applauſum, ibi, *Tu quoque filius eius Balthaſar*. Secundo errorem profeſſionis, quantum ad cultum, ibi, *Deos quoque argenteos*,

Quantum ad honorem prælationis, & ipſius vſum, notat in patre primo eius excellentiam, cum dicitur, *ô rex Deus altiſſimus regnum*, &c. vt dicitur ſupra 2. quod ideo pater tuus ſignificatur per caput ſtatuæ, quia Deus cœli regnum, fortitudinem & imperium, & gloriam dedit ei. Secundo violentiam eius, cum dicitur, *quos volebat interficiebat, &c. & quos volebat exaltabat*, quia cor eius nimium exaltatum, & ideo ruit, quia ante ruinam exaltatur cor hominis.

Quantum ad rigorem ſeu originē deiectionis propter abuſum proponit ſcriptura, ſeu notat alia duo. Primo regis ſeu Patris ſuperbiam, cum dicitur, *quando autem eleuatum eſt cor eius & ſpiritus eius obfirmatus eſt ad ſuperbiam*, quia ſuperbia eorum qui Dominum oderunt, aſcendit ſemper, Pſalm. 75. Secundo Dei iuſtitiam, cum dicitur, *Depoſitus eſt*, &c. per eum ſupple qui depoſuit potentes de ſede, Lucæ primo, cætera parent ſupra 4. cap. iſta autem ei reducit ad memoriam vt concludatur ipſum ex ſimilibus ſimilia ſuſtinere, & ideo poſt rigorem paternæ deiectionis propter abuſum, ſtatim induit præſumptionem timoris ipſius propter applauſum, cum dicitur, *Tu quoque filius eius*, vbi primo oſtendit ipſum eſſe participem paterni ſceleris, cum dicitur, *Tu quoque filius eius Balthaſar non humiliaſti cor tuum*, aperit ei quare illa de Nabuchodonoſor replicauit, quaſi diceret, tu, talia patri tuo ſciens propter eius ſuperbiam contigiſſe, contra Dominum cœli te eleuare ſuperbe, ſicut ipſe, non debuiſti, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam Iacob. 2. Secundo oſtendit ipſum eſſe municipem diuini cultus, cum dicitur, *& vaſa domus Dei*, quaſi dicat vaſa ſacra quæ ſolis diuinis vſibus ſunt dedicata, eius vſibus, vxorumque tuarum & concubinarum indebite vſurpaſti, & ideo diuinum cultum tibi attribuiſti, & ex hoc propheta infert, errorem profeſſionis, quantum ad cultum, cum dicitur, *Deos quoque argenteos*, vbi primo notat ſcriptura erroris occaſionem & abuſionem, cum dicitur, *Deos quoque argenteos qui non vident*, & in hoc apparet magna abuſio, bibebat cum auro & adorabat lapides. Secundo erroris completionem, cum dicitur, *Porro Deum qui habet flatum tuum*, ideſt vitam, *in manu ſua*, ideſt in poteſtate, *& omnes vias tuas*, à quo debuiſti quærere vt vias tuas dirigeret, Tob. 4. *Non glorificaſti*, ſicut patet ſupra quarto de Nabuchodonoſor qui ait, altiſſimo benedixi; & viuentem in æternum laudaui & glorificaui.

Et in hoc pars tertia principalis cap. terminatur, in qua tangitur videntis reprehenſio; ſequitur pars quarta principalis cap. in qua tangitur viſionis expoſitio, cum dicitur, *Idcirco miſſus eſt ab eo articulus*, vbi à ſcriptura notantur quatuor: primo occaſio viſi, ibi, *idcirco*, quia Deum non glorificaſti, *miſſus eſt articulus*, diminutiuum de artibus, quod eſt membrum, vnde articulus, ideſt digitus manus, *qua ſcripſit hoc quod exaratum eſt*, ideſt impreſſum, Iob 19. Quis mihi det vt exarentur, &c. Secundo notatur intentio ſcripti, cum dicitur, *Hac eſt autem ſcriptura quæ digeſta eſt*, digeſta ideſt ſeria ſcriptura, *MANE THECEL PHARES*, tria tantum verba erant ſcripta, quæ nec legere ſapientes Babylonis poterant, nec ſenſum etiam eis lectis percipere, *Hac autem eſt interpretatio ſermonis: MANE numerauit Deus regnum tuum*, ideſt annos & dies quibus regnaſti, *& compleuit illud*, hoc eſt finem illis impoſuit, imminet enim tibi gladios qui iam te diſſoluet, *THECEL appenſus es in ſtatera & inuentus es minus habens*, & eſt ratio quia ponderatis eius operibus in æquitate iudicij, quaſi in ſtatera inuenta ſunt minus æquo habentia, *PHARES, diuiſum eſt regnum tuum & datum eſt Medis & Perſis*, & hæc eſt concluſio vtriuſque, quaſi diceret, regnum quod in te vnum erat in duo diuiſum eſt, ſcilicet in Darium & Cyrum. Tertio notatur probatio dicti, cum dicitur, *Tunc iubente rege indutus eſt Daniel purpura*, vbi ideo recepit honorem regium, vt futuro regi ſcilicet Dario fieret notior & per notitiam honoratior: *& prædicatum eſt de eo*, & dum prophetam honorat ſperat ſe veniam conſecuturum, aut forte credebat longe poſt quam propheta dixerat implendum, & forte magis erat ſacrilegium, quam honoris indicium. Quarto notatur impletio facti, cum dicitur, *Eadem nocte interfectus eſt Balthaſar*, ſcilicet eadem nocte qua lecta eſt ſcriptura.

De modo interfectionis Balthaſar regis variæ ſunt ſententiæ: alii enim dicunt, quod Cyrus & Darius fuerunt intra ciuitatem homagio facto cum Balthaſar excepti ad conuiuium, qui videntes regem turbatum propter ſcripturam & Danielis interpretationem, cæteroſque conuiuas ebrios, occiderunt eum: alii vero aſſerunt, quod Cyrus expugnauit ciuitatem, & interfecit Balthaſar: alij vero, quibus conſentiunt Hebræi, dicunt, quod pugnando Balthaſar cum Dario & Cyro illos ſuperant, & ciuitate libera ab obſidione ſolemne inſtituit conuiuium, attamen Cyrus & Darius ſimulantes fugam, procul à ciuitate fluuium Euphratem diuiſerunt per plures alueos, ita vt alueum qui fluebat per ciuitatem vadibilem facerent, per quem ingreſſi ſunt ciuitatem latenter, ceperuntque illam, & regem interfecerunt.

Notandum quod cauſa conuiuii fuit ſecundum aliquos quod rex legerat in Hieremia, quod populus Iſraeliticus, qui tum erat in Babylone captiuus ſeptuageſimo primo anno debebat liberari, de manu ipſius & credebat quod illa die iam fluxiſſent illi anni, & tamen nondum erant liberati, & ideo gaudebat cum Principibus & fecit apitari vaſa quæ pater eius aſportauerat de templo Dei in Hieruſalem ad menſam ſuam. Nota etiam quod ſacrilegium & blaſphemia,

plus diſplicuit Deo de vxoribus & concubitus quam A de aliis, & inſuper in toto hoc blaſphemauit Deum viuentem.

Argumenta literalia ſunt quatuor. Primum eſt quod inter omnia diuinam iram prouocantia eſt ſacra vaſa diuinis vſibus dedicata, humanis vſibus ſeu quibuſuis applicare. Secundum eſt, quod interdum non eſt contemnenda fœminea prouidentia maxime ſi ſit antiqua; ſic patet in hac regina, Iudith, & Heſter, licet de communi lege parum habeant diſcretionis. Tertium eſt, quod pro nulla reuelatione diuina eſt ex pacto aliquid accipiendum pro mercede. Quartum eſt, quod aliquando ex cauſa, maxime pro volitate animi poteſt aliquid accipi ab infideli, ſicut fecit hic Daniel, poſtquam interpretatus eſt ſcripturam, vt B poſtea glorificaretur Deus pro facto regio, in cuius rei memoriam ipſe munera accepit & ſe ſuſtinuit honorari.

Dubitationes quæ ſuper hoc caput moueri poterant, ex dictis in literæ expoſitione ſunt ſolutæ: reſtat tamen vna, nempe quare ponitur Darius plus ſuccedere Balthaſar in regno quam Cyrus, cum ambo ſimul obſederint & ceperint ciuitatem.

Dicendum quod Darius erat auunculus Cyri, & erat antiquior Cyro, & ideo regnauit prius, Cyrus nepos eius poſt ipſum.

Sententiæ morales ſunt quod contra vitium cupiditatis & carnalitatis datur iudicium æquitatis & ſeueritatis: vbi nota in conuiuio gulam, in vino ineptam C lætitiam, in vxoribus indebitam accedendi licentiam, ad ſolemnia conuiuia, in concubinis manifeſtam luxuriam, in optimatibus applaudentiam, in vaſis vero aureis ſuperbiam, nam tales homines in ſuperbis vitam conſumunt; vnde ſecundum Auguſtinum de verbis Domini, non quæritur ſuperfluitas ſeu rerum abundantia, niſi propter ſuperbiam, quia vermis, vt ait, diuitiarum ſuperbia eſt. Sed quantum ad vitiũ cupiditatis, quod eſt idololatria, quia ſecundum Apoſtolum ad Galat. 4. auaritia eſt idolorum ſeruitus, & ſecundum Hieronymum, vnuſquiſque in re quam ſibi in dilectione proponit, Deum ſibi facit, ideo in Diis aureis nota opulentiam, in argenteis apparentiam, quia argentum eſt ſonorum, in aureis fraudulentiam, æs enim aurum apparet, ſed non eſt, in ferreis violentiam, quia D ferrum domat omnia, in ligneis petulantiam, in lapideis pertinaciam.

Sed modo contra hoc nota iudicium æquitatis & ſeueritatis, & proceſſum diuinæ iuſtitiæ ſeu dictationis ſententiæ. Nota ergo quis ſcribens quod Pater; manus, Filius; digiti, Spiritus ſanctus: nam ſicut digitus ſcribens pendet à manu & brachio, ſic Spiritus ſanctus à Patre & Filio procedit: promptitudo natæ imaginis ſita eſt in manu, quæ prompta eſt ad operandum & in Filio eſt radix, & virtus ſororiarum omnium rerum: in Spiritu ſancto ſanctitudo ſpirati flaminis, in quo ſicuti in digito Dei eiiciuntur Dæmonia. Luc. 11. in aula vero pulchritudo vteri virginis, ſed in ſcriptura deſignatur E arctitudo extremi examinis, quod erit tale, Mane, Thecel, Phares: Mane numeratio: nam in finali examine Deus omnes actiones numerabit, Thecel ideſt appenſio, quia omnes circumſtantias ponderabit: Phares diuiſio, quia omnes factiones ſeparabit: in candelabro limpitudo tanti luminis in omnibus iſtis perſcrutandis.

Ad iſta autem omnia ſequitur terror affectionis, quod notatur in mutatione faciei: error cognitionis, quod notatur in perturbatione cogitationis: mœror afflictionis, quod notatur in colliſione gentium. Ecce quam terribile iudicium contra idololatras cupidos, auaros, & contra carnales luxurioſos, elatos ſeu ſuperbos. Item nota, quod ad vitium carnalitatis impingunt affluentia terrenorum, opulentia ferculorum, applaudentia adulatorum, excellentia oculorum.

CAP. VI.

PLacuit Dario, & conſtituit ſuper regnum Satrapas, &c. Hæc eſt quinta viſio quæ licet ſit hiſtorialis, quia narratiua rei geſtæ per Principes Perſarum & Medorum contra Danielem: dicitur tamen viſio & prophetia propter apparitionem Angeli ad Danielis tuitionem, in qua quidem viſione deſignatur Chriſti reſurrectio infernum exſpoliantis. Eſt autem cauſa efficiens ſeu originalis, huius viſionis apparitio Angelica, hoc merente Danielis innocentia, cum deuotione & patientia. Cauſa vero finalis fuit, vt innocentia tueretur, vt Dei iuſtitia agnoſceretur, vt Dei potentia panderetur, vt plebis moleſtia leniretur. Cauſa vero materialis eſt, Principum æmulatio. Danielis in lacum miſſio.

Hic deeſt integrum folium quod originali manuſcripto exſciſſum erat.

SEquitur autem in eodem cap. & abiit rex in domum ſuam, in quo oſtenditur mœſtitia, quantum ad dimiſſionem cibi, quia: *dormiuit incœnatus*: nam mente ſollicitus, & corde afflictus, cibum capere non potuit, *inſuper & ſomnus receſſit ab eo*. Nota quod paulo ante dictum eſt, quod Rex dormiuit incœnatus, & iam dicitur, quod ſomnus receſſit ab eo, ſed in hoc nulla eſt contradictio, quamuis appareat: in tantum enim dictum eſt quod dormiuit, eo quod dormitum abiit, cubiculum intrauit, lectum aſcendit, ſed anxietas & ſollicitudo, qua mens premebatur propter Danielem, ſomnum non admiſit. Hieron. Ecce quanta Regis beneuolentia, nec die nec nocte comedit, ſomnum oculis non conceſſit, ſed cum periclitante propheta ſemper affectum pependit; quod ſi Rex Deum neſciens, tantum fecit pro altero de diſcrimine liberando, quanto magis debet quiſque facere pro ſeipſo.

Quantum ad quartum principale, in quo notatur ex parte Dei tenor liberationis, cum dicitur: *tunc rex primo diluculo conſurgens*: cuius erat Rex ſollicitus, notat ſcriptura tria. Primo notat innocentiam liberari, cum dicitur: *tunc Rex primo diluculo*, vbi primo tangitur circa Danielem ſollicitudo, cum dicitur, *tunc Rex primo diluculo*: ideſt cum primo luceſceret, *feſtinus*, aliis portatus amoris, *ad lacum*, lacum vocat foueam depreſſam, vel arentem ciſternam, in qua leones nutriebantur, licet lacus nunc aquarum dulcium congregatio nuncupetur: *voce lachrymabili inclamauit* amici compatiens iniuriæ, cordis affectum indicat lachrymis, & oblitus dignitatis regiæ, victor ad captiuum, Dominus ad ſeruum venit. Secundo Regis contra ipſum Danielem neceſſitudo, cum dicitur, *Daniel ſerue Dei viuentis*: dicit ad differentiam idolorum, quæ ſunt ſimulachra hominum mortuorum: *Putaſne valuit te liberare Deus à leonibus*: non dubitat de Dei potentia, vt patet ſupra, ſed ſententiam temperat, vt cum illæſus apparuerit, quanto res incredibilior, tanto contra Principes iuſtior ſit indignatio. Tertio oſtenditur Danielis erga regem viciſſitudo, cum dicitur, *rex in æternum viue*: nota, quod honorat honorantem, & vitã imprecatur æternã: *Deus meus miſit Angelum ſuum & concluſit ora leonum*: quaſi diceret, non eſt im-

mutata leonum feritas, ſed eorum rabies ab Angelo eſt concluſa, quia iuſtitia cum confidentia liberauit me. Quarto Regis circa Danielem manſuetudo, cum dicitur, *tunc vehementer rex gauiſus eſt*, ſaluatus ergo Daniel eductus eſt de lacu, coram rege ſcilicet & primatibus ſuis, quorum annulo erat ſignatus, *& nulla læſio inuenta eſt in eo*, quod fuit factum miraculum *quia credidit Deo ſuo*, dum contra edictum ſcilicet regis eum adorauit, credens quod Deus ſuus eum ab omni periculo liberaret. Secundo notat inuidentiam lacerari, cum dicitur, *iubente autem rege*, vbi primo ſcriptura notat inuidorum deprehenſionem, cum dicitur, *iubente rege adducti ſunt, &c.* tradit Ioſephus quod accuſatores Danielis dixerunt, leones carnibus fuiſſe ſatiatos, & ideo Danielem non tetigiſſe, ſed rex iuſſit vt quantis vellent leones carnibus ipſi ſatiarent, quo facto in lacum miſſos à leonibus eſſe diſcerptos, ac per hoc à Deo ſaluatum fuiſſe Danielem. Secundo inuidorum lacerationem, cum dicitur, *& non peruenerunt vſque ad pauimentum laci donec arriperent eos leones*, quia finis æmulationis eſt laceratio. Tertio notat Dei magnificentiam prædicari, cum dicitur, *Tunc Darius rex ſcripſit vniuerſis populis*, quia promulgatio Dei magnificentiæ fuit delata per vniuerſum regnum Darij, per modum literarum, ideo ſcriptura primo notat literarum ſalutationem, cum dicitur, *tunc Darius rex ſcripſit vniuerſis populis*, ideſt multitudinibus, *tribubus*, familiis, *linguis*, diuerſis gentibus ſeu prouinciis, *pax vobis multiplicetur*, in ſignum beneuolentiæ. Secundo notat literarum narrationem, cum dicitur *à me conſtitutum eſt decretum, vt in vniuerſo imperio & regno meo tremiſcant & paueant Deum Danielis*, qui Deus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum, ſupra eodem. Tertio notat literarum concluſionem, cum dicitur *ipſe eſt Deus viuens*, non vt Dij gentium qui ſunt mortui, *æternus in ſæcula*, ideſt æternaliter perſeuerans, *faciens ſigna & mirabilia in cœlo*, ſigna dicit quoad minora, mirabilia quoad maiora? audierat enim, quid fecerat in cœlo per Ezechielem, & ideo dicit, in cœlo & quid in terra, pro pueris quos de fornace liberauit, & ideo dicit, *& in terra, qui liberauit Danielem de lacu, vel de manu leonum*, vulgaris modus eſt loquendi, ideſt de vnguibus, *Porro Daniel perſeuerauit vſque ad regnum Darij, regnumque Cyri Perſæ.*

Argumenta literalia ſunt hic quatuor de ſuperna æmulatione. Primum eſt, quod æmulator ſemper quærit occaſionem detrahendi. Secundum eſt, quod æmulator ſemper interpretatur omnia dicta & facta eius, cui æmulatur in malum, vt patet in iſtis qui inuenerunt Danielem orantem. Tertium eſt, quod æmulator non ceſſat laborare ad confuſionem fratris quantumcunque cognoſcat fratris innocentiam, vnde ſecurius eſt, eſſe inter leones, quam inter æmulatores, propter quod poſitus fuit lapis ſuper lacum cum ſigno ſeu ſigillo regis. Quartum eſt, quod æmulator quocunque vtitur ingenio & induſtria, etiam fictionibus & mendaciis, vt eum cui æmulatur ſubuertat & perſundet.

Dubitabilia ſunt quatuor.

Primum eſt, videtur quod præpoſtero ordine viſio huius capituli ſcribatur, nam quæ in proximis duobus capitulis continentur, ſucceſſerunt priuſquam hæc, nam illæ ante mortem regis Balthaſar, hæc vero poſt eiuſdem obitum contigerunt.

Reſpondetur, quod Propheta in referendo viſiones non ſeruat ordinem rei geſtæ, ex decem enim præfatis viſionibus, quinque primæ ſunt hiſtoriales, ideſt, in quibus plus de hiſtoria miſcetur: aliæ vero ſunt puræ viſiones: propheta autem prius omnes Hiſtoriales

A ponit, & abſque vlla intermiſſione ab illis ſe expedit, & poſtea meras viſiones refert.

Secunda dubitatio eſt de hoc quod dicit textus, quod Daniel perſeuerauit vſque ad regnum Cyri Perſæ & ſimiliter ſuperius, in capitulo primo dictum eſt, quod fuit vſque ad primum annum Cyri regis, ſed tamen inferius in capitulo decimo dicetur, quod tertio anno Cyri regis fuit ei oſtenſa viſio.

Reſpondetur, quod non eſt ſenſus in dictis locis Danielem perſeueraſſe, in vita vſque ad tempus præfatum duntaxat, ſed quod perſeuerauerit in dignitate & honore in Chaldæa vſque ad annum primum Monarchiæ Darij, qui tunc Danielem tranſtulit, ad regnum Medorum etiam cum eodem gradu dignitatis & poteB ſtatis.

Tertium dubium eſt, cum Darius ita nobilis Rex eſſet, & potens, quare non eripuit Danielem de manibus æmulorum, cum multum ad eum afficeretur, & eum ſciret innocentem.

Dicendum quod Darius erat tunc nouus Monarcha, & timens ſeditiones quæ ſolent in principio regni ſeu innouatione accidebat, nolebat reſiſtere ſententiæ Conſiliariorum ſuorum principalium, qui iudicabant Danielem, vt præuaricatorem decreti regalis.

Quartum dubium eſt, quare Darius mulieres & natos æmulorum Danielis fecerit mitti in lacum leonum cum illi videantur fuiſſe innocentes, & ſcriptum ſit, filius non portabit iniquitatem Patris.

C Dicendum quod filius non punitur propter iniquitatem Patris, niſi quantum filius eſt res Patris, & in tantum punitur in eo, vel dicendum quod filius non punitur propter peccatum Patris, niſi in quantum eſt imitator paterni ſceleris ſeu criminis, & ideo illi puniti fuerunt, quia fuerunt parentibus conſentientes, filij tamen nunquam puniuntur pro parentibus morte æterna, niſi, vt dixi, fuerunt paternorum ſcelerum imitatores.

Sententia moralis poteſt extrahi ex hoc textu, in quo proceſſus æmulationis deſcribitur, nam ſic poteſt ex iam dictis colligi. In æmulis præcedit ambitio, & hanc ſequitur elatio, & ex hac ſequitur æmulatio, & ex hac oritur indagatio ſeu exploratio, & ex hac naſD citur accuſatio, deinde obſtinatio, & ſequitur vltimo æmulorum deiectio. Ad euitandam autem æmulationem, recurrendum eſt ad orationem eo modo quo Daniel orauit: dicitur enim in textu, quod Daniel ingreſſus domum ſuam, in quo notatur conſideratio mortis, & apertis feneſtris orabat contra Hieruſalem, in quo notatur attentio legis, in cœnaculo ſuo, in quo notatur prudens & cautus orandi modus. In his datur intelligi, quod homo debet ſe cuſtodire ab æmulis ſuis & non debet eis dare occaſionem detrahendi, & propter hoc Daniel intrauit domum & orauit in cœnaculo, non in publico, tribus temporibus in die, ſcilicet hora tertia, ſexta, nona, in quo notatur ordinatio temporis, flectebat genua ſua, in quo notatur humiliatio cordis, confitebatur coram Domino, in quo noE tatur accuſatio oris. Deinde penſandus eſt modus liberationis, in quo notantur duo ex parte æmulorum, ſcilicet anxietas quam Danieli inferebant, quæ notatur in lacu, ferocitas qua ſæuiebant, quæ notatur in leonibus. Alia duo notantur ex parte Regis, ſcilicet firmitas, quæ notatur in lapide, fidelitas quæ notatur in annulo. Alia duo notantur ex parte Danielis, ſcilicet pietas, quæ notatur ex deſcenſu in lacum, poteſtas ex parte Angeli in concluſione faucium leonum. Vltimo alia duo notantur ex parte Dei, ſcilicet ſeueritas & æquitas in diſſipatione æmulorum.

CAP. VII.

A*Nno primo Balthaſar regis*, Supra poſitæ ſunt quinque viſiones, quæ tangunt primum aduentum Chriſti, quæ pro maiori parte ſunt hiſtoricæ: ex nunc autem ponuntur vſque ad capitulum 13. quinque aliæ viſiones, tangentes ſecundum aduentum, quæ ſunt mere propheticæ, quarum ſolus propheta conſcius fuit, quæ tangunt magnificentiam regni Chriſti, in vltimo ſtatu Antichriſti, in quarum prima præſenti, proceſſus tribulationis deſcribitur: quia oſtendit magnificentiam regnorum mundi per ſucceſſionem, & B egreſſionem Antichriſti ſub ſimilitudine vnius cornu inter decem cornua orti, & tria illorum conterentis, alijs ſeptem colla ſubmittentibus, & vltimo oſtendit magnificentiam regni Chriſti comminuentis omnia illa ſub ſimilitudine iudicis victoris vbi throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedens, filio hominis conferens regiminis plenam poteſtatem.

Huius autem viſionis cauſa originalis fuit inſtinctus Spiritus ſancti factus per modum ſomnij Danieli ſollicito & deſideranti, regna. facta, ac tempora mundi breuiter comprehendens.

Cauſa finalis eſt cautela & prouidentia futurorum regnorum, ſeu futuræ tribulationis, vt oſtendatur; quod perſerſorum moleſtia eſt contra fideles pugnatura, & C iuſtorum modeſtia eſt tandem victura, & Antichriſti potentia eſt finaliter peritura, & Chriſti militia eſt penitus regnatura, ſicut finis viſionis oſtendit loquens de iudicio & Filio hominis, quod nulli alij poſſunt illa conuenire quæ ibi dicuntur.

Cauſa vero materialis eſt de quatuor regnis principalibus, vſque ad tempus Antichriſti, & de diuiſione vnius regni in decem, & de regno Antichriſti ſubijcientis ſibi ſeptem regna de illis decem, & tria regna de illis decem comminuentis, & de regno Chriſti omnia regna illa finaliter deſtruentis.

Cauſa vero formalis in diuiſione cap. conſiſtit, vnde quia totum iſtud cap eſt de quatuor regnorum viſione & viſionis interpretatione, ideo primo diuiditur in D duas partes, quia primo præmittitur viſionis inſpiratio in principio. Secundo ſubiungitur viſionis expoſitio ſeu interpretatio, ibi, *Horruit ſpiritus meus*, circa viſionis inſpirationem notat ſcriptura quatuor. Primo exceſſum ſomnij quaſi materiam indaginis in principio, ſecundo proceſſum mundi, id eſt cauſam originis ibi, *videbam viſionem media nocte*, tertio egreſſum Antichriſti quaſi germen malæ propaginis, ibi, *conſiderabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum eſt*: quarto ſucceſſum regni Chriſti quaſi finem certaminis ibi, *aſpiciebam donec throni poſiti ſunt*, circa exceſſum ſomnij notat ſcriptura duo, quia primo oſtendit illud, vt futuræ rei ſignum, quia viſum imaginarie, cum dicitur, *Anno primo Balthaſar*, ibi nota, quod hactenus ſeriatim proſecutus eſt de his quæ barbaris nota E fuerunt: Abhinc autem vſque ad finem, de ſuis agit ſomniis & viſionibus, quarum ipſe ſolus fuit conſcius, declarat tantum ſub quo rege viderat, vt apud poſteros eorum memoria quæ viſa ſunt perſeueraret, cum dicitur, *viſio autem capitis eius in cubili ſuo, & ſomnium ſcribens breui ſermone*, quaſi diceret ideo ſcripſit Daniel breui ſermone ſomnium & viſionem hanc quia optat vt memoriæ commendaretur, iuxta illud Iob. 19. Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei? Circa ſecundum vbi ponitur proceſſus regnorum mundi, qui eſt origo temporis Antichriſti, & ſunt

A quatuor regna ſub figura quatuor beſtiarum poſita, diuerſis corruptis moribus diſſona, tangit primo ſcriptura cauſam primariam, quæ eſt aduerſitas tribulationis, ex inſtabilitate, cum dicitur, *videbam in viſione media nocte*, hoc dicit eo quod viſiones videntur aliquando de die, hæc autem hæc viſio oſtenſa eſt de nocte, cum ſurgeret ad mediam noctem ad confitendum Domino, iuxta illud, Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, Pſalm. 118. *& ecce quatuor venti*, Hieron. Hi ſunt quatuor Angelicæ poteſtates, quatuor principalibus regnis mundi præſidentes, vnuſquiſque pro regno ſibi credito certans, ſecundum illud Deut. 32. cap. Quando diuidebat altiſſimus gentes: *in mari magno*, id eſt, oceano, hoc enim eſt mare magnum & ſpatioſum manibus, Pſalm. 103. *&* B *quatuor beſtiæ*, quæ ſunt quatuor principalia regna ferali crudelitate diſpoſita: vt patet Angelo exponente, infra. Secundo formam variam, quæ eſt cupiditas ambitionis ex inſatiabilitate, ibi, *Prima quaſi leæna*, & ibi deſcribit ſcriptura quatuor regna ſecundum figuram quatuor beſtiarum, & primo deſcribit regnum Chaldæorum, quantum ad ipſius acceſſum, quia fuit quaſi leæna propter crudelitatem ſæuitiæ, & importunitatem luxuriæ, regnum enim Babylon, non leoni, ſed leænæ comparatur, quia ſicut leæna fortior eſt leone & ſemper geſtiens ad coitum, ſic illa gens cæteris eſt immitior, & ad libidinem pronior vt dicit Hieron Secundo deſcribit idem regnum quantum ad eius proceſſum, cum dicitur, *& alas habebat aquilæ*, C propter elationem ſuperbiæ, quibus per ſuperbiam dicit Rex ipſius, ſe aſcenſurum ſuper aſtra Dei. Iſai. 14. ſuper aſtra cœli & exaltabo ſolium, ſed ſi exaltatus fueris vt aquila, & inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus, in Abdiæ prophetia.. Tertio deſcribit ipſum quantum ad finalem ipſius cauſam, cum dicitur *aſpiciebam donec euulſa ſunt alæ eius*, quando Medi & Perſæ, quibus duobus regnis ſuper omnia ferebatur, ab eo defecerunt, & ſublata eſt de terra, quando gentibus expugnantibus caput imperij, Babylon ſubuerſa cecidit, euulſæ ſunt alæ eius, vnde dicitur Hierem. 2. cap. In alis tuis inuentus eſt ſanguis animarũ pauperum, & innocentium *& ſublata eſt dextera*, quia corruit in terram qui vulD nerabat gentes Iſai. 14. *& ſuper pedes quaſi homo ſtetit*, quia natio Babylonica imperio deſtructo, & ſeruituti edomita, volare per dominium deſiit, & non in æternum *ſicut falſo ſe iactabat Iſai.* 14. *Similis ero altiſſimo* regnare ſe nouit, *& cor hominis datum eſt ei*, quod erat, prius quaſi cor Dei, quia ei dicitur Ezech. 28. Et dediſti cor tuum quaſi cor Dei, quod ad modum beſtiæ mutatum eſt, vt fragilitatem propriam cognoſceret, quando vno die venerunt ſuper eum viduitas & ſterilitas, ſicut minatur ei Dominus. Iſai. 47. Venerunt tibi hæc duo ſimul in die vna ſterilitas & viduitas. Secundo deſcribit regnum Medorum & Perſarum, cum dicitur, *& ecce beſtia alia ſimilis vrſo*, vbi primo deſcribit ſcriptura regni Medorum & Perſarum initium E quod fuit ex regis Chaldæorum victoria, quia hæc beſtia prioris alas euulſit, de terra eam ſuſtulit, crudelis quidem ipſa, ſed tanto priori mitior quanto viſus leone manſuetior, ſimilis vrſo in ſufferentia, parcimonia & crudelitate: viſi enim laborum & verberum ſunt patientiſſimi, & ita paruo cibo contenti, quod magna parte anni nihil cibi ſumere credantur, de quorum crudelitate nemo dubitat. Sic Perſæ infrangibiles laboribus, & bellis inſuperabiles, vt narrat Trogus Pompeius eorum Hiſtoriographus, adeo parci in victu ſunt vt pene ſicco pane ſemper vtantur, niſi gratia hoſpitum, vel feſti cauſa: ſua vero crudelitate ſemper ſanguinem

guinem ſitientes. Secundo deſcribit regni prædicti proceſſum, qui fuit reſpectu primi in quadam modeſtia, & etiam in excellentia, cum dicitur, *in parte ſtetit* hoc eſt ſingularis fuit hæc beſtia ab aliis, quia principatus eius nimius præ cæteris populo Dei crudelis extitit, *& tres ordines*, ideſt tres verſus dentium in ore beſtiæ ſeriatim collocatorum, qui ſignificabant in tres principatus regnum Perſarum fuiſſe diuiſum, ſicut dicitur ſupra 6. cap. quod placuit Dario, & conſtituit ſupra regnum centum & viginti Satrapas, & ſuper eos principes tres, vel tres ordines ſignificabant tria regna, videlicet Babyloniorum, Medorum, & Perſarum, vel tres principales reges cæteris eminentiores, & potentiores, ſcilicet Cambyſen filium Cyri, qui regno patris Ægyptum addidit, & Crœſum Magnum, qui montes velificauit, & Darium vltimum, qui cum Alexandro pugnauit, vt dicit Andreas. Tertio deſcribit regni prædicti finalem terminum, qui fuit in malitia cum dicitur, *& ſic dicebant ei ſurge, comede carnes plurimas*, cuidam ſcilicet regi eiuſdem, ideſt Aſſuero quem ſeptuaginta Artaxerxem vocant, quaſi diceret ſcriptura, ſubminiſtrarunt regi arma ſcilicet & ſuis, vt totam gentem Iudæorum perderet, ſicut patet Heſter. 3. Sed quia iniquus conatus non eſt rei exitum cónſecutus, ideo non dicit ſcriptura deuorauit, ſed quod ſuadebant ei. Tertio deſcribit regnum Græcorum, cum dicitur. *Poſt hæc aſpiciebam, & ecce alia quaſi Pardus*, vbi primo deſcribit initium quod fuit ex præcedenti, occidit ſcilicet Alexander Darium, & regna Perſarum ſibi ſubiugauit, ſicut dicitur 1. Mach. 1. Secundo deſcribit proceſſum, qui fuit, cum feſtinatione immenſa, quia *erat quaſi pardus & alas habebat*. quia hoc regnum ſumma cum feſtinatione orbem terrarum occupauit, Pardus enim eſt beſtia velox, & præceps fertur in ſanguinem, & ſaltu in montem ruit, vt dicit Hieron. *& alas habebat quatuor*, quibus ad quatuor mundi partes volauit citiſſime, quia pertranſit vt dicitur 1. Machab. 1. vſque ad fines terræ, *& quatuor capita erant in beſtia* quia regnum Alexandri erat diuiſum in quatuor regna principalia, in quibus regnauerunt Alexandri ſucceſſores, Ptolomæus in Ægypto, Seleucus in Syria, Philippus in Macedonia, in Aſia Antiochus. Tertio deſcribit ipſius terminum qui fuit à diuina prouidentia, quia, *poteſtas data eſt ei*. quia non ſua propria virtute ſed diuina poteſtate, & voluntate in tam breui tempore principatum obtinuit. Quarto deſcribit ſcriptura regnum Romanorum, cum dicitur, *Poſt hæc aſpiciebam in viſione noctis*, vbi primo deſcribit ipſius exitum, quia ipſius exitus terribilis, cum dicitur, *& ecce beſtia quarta terribilis*, quia nomen Romanorum omnibus terrorem, & honorem ac admirationem incuſſit. Secundo eiuſdem regis proceſſum, quia beſtia ipſa fuit indomabilis, *fortis admirabilis & dentes ferreos habebat* quia quanto ferrum cæteris metallis erat fortius, & omnia alia domat, tanto Romanorum imperium fuit potentius aliis regnis, quia Romani in terra marique potentes, vt dicitur, Machab. 8. *diſſimilis autem cæteris beſtiis*, ex diſſimilitudine cum cæteris, dat ipſius ſimilitudinem, quia propter ſui ferocitatem, non inuenerunt beſtiarum ferocitatem, cui eam aſſimularent vt quicquid ferocius cogitaueris Romanos intelligas, quia quicquid fuit ferocitatis in aliis, hoc fuit coniunctim iſti, hunc dicunt Hebræi aprum de Sylua. Tertio eiuſdem regni deſcribit terminum, qui fuit deteſtabilis cum dicitur, *& habebat cornua decem*, quod per cornua decem, Reges decem ipſius Regni accipi debeant, ipſo Angelo docente inſtruimur, vbi dicitur. Porro decem cornua decem reges ipſius regni erunt, quod autem regnare debeant, & non per ſucceſſionem quaſi decem principales, litera ſequens oſtendit

A quod aurem decem Reges Romanorum regnauerint, nondum viſum eſt, vt Andreas dicit.

Circa tertium vbi oſtenditur egreſſus Antichriſti, quaſi germen malæ propaginis ex decem cornibus, id eſt, ex decem regibus tempore Antichriſti futuris, vt habetur. Apoc. 17. Primo oſtendit ſcriptura ipſum Antichriſtum oriri ex poteſtate reproborum, ibi, *conſiderabam cornua*, id eſt diligentius cornua intuebar: *& ecce cornu aliud*, ecce quod illud cornu paruulum aliud eſt à prædictis, & tamen de medio eorum exortum: ac per hoc neceſſe eſt inter illa fuiſſe vt hoc ſit vndecimum, *& tria de cornibus primis*, ne forte diceres ideo dictum eſt de medio eorum, quia quibuſdam tranſactis, quibuſdam nondum exortis, illud vndecimum inter prima & vltima, ac per hoc de medio eorum emerſerit: Audi, quod tria principalia ex decem ab
B iſto paruulo ſint euulſa, erant ergo iſta decem, quando & illud erat, ac per hoc regnum in decem ſimilia diuiſum erit, oſtendit eius malitiam oriri, & ex prauitate & petulantia peccatorum, cum dicitur, *& ecce oculi quaſi oculi hominis erant*, quaſi diceret licet multa mira ex multis artibus acturus vel facturus ſit Antichriſtus, vt ex hoc vt Deus habeatur, homo tamen & non Deus erit, quia oculos, ideſt aſpectum hominis habebit, oculos tamen ſublimes, quos Deus odit. Prou. 6. *& os loquens magnalia*, promittens mirabiliter ſe multa facturum, quæ nunquam faciet, quia ſedebit in templo Dei oſtendens ſe quaſi ſit Deus.

Quantum ad quartum vbi oſtenditur ſucceſſus regni Chriſti, quaſi finis certaminis. cum dicitur, *aſpi-*
C *ciebam donec throni poſiti ſunt*, ſcriptura notat duo. Primo Chriſti iudicialem ſententiam ex parte dictantis, cum dicitur, *aſpiciebam donec throni poſiti ſunt*, Secundo Chriſti receptam bonitatem, cum dicitur, *aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce in nubibus cæli filius hominis*, quantum ad iudicialem ſententiam, notat primo ſcriptura iudicis authoritatem, cum dicitur, *& aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit*, Apoc. 15. Vidi thronum magnum & candidum & ſedentem ſuper eum iudicis maieſtatem, quia, *veſtimentum eius candidum*, quantum ad innocentiam, quia in candore veſtis bonitas & innocentia deſignatur, & ideo in transfiguratione veſtimenta Chriſti ſunt candida velut nix Marc. 9. *& capilli capitis quaſi*
D *lana munda*, quia veſtimentum dixerat candidum, vt innocentia in iudice oſtenderetur, ideo vt maturitas ſententiæ comprobaretur, conſequenter capillos albos habere adiungit, ideſt, canos Eccleſ. 15. Quia ſpecioſum canitiei iudicium eſt, Secundo Iudicis ſeueritatem quia, *thronus eius flamma ignis*, quia Dei iudicia flamma ſunt, nam Deus ignis conſumens, Deut. 4. Vt peccatores tormento ignis torqueantur, & iuſti quaſi per ignem ſaluentur, iuxta ſententiam Apoſt. Pat. 1. Cor. 3. Flamma ergo in throno ſeueritas iudicii eſt, *rota eius ignis accenſus*, ignis vero in rotis diuina iuſtitia, & vltio eſt, quibus velociter circumfertur Deus ad puniendos malos, fluuius vero igneus egrediens à facie eius, eſt
E comminatio ſententiæ, trahens peccatores prædictorum regnorum in infernum. Tertio Iudicis nobilitatem, quia, *millia millium miniſtrabant ei*. gloriam & poteſtatem iudicis deſcribit, non quod iſte definitus eorum ſit numerus, qui ei aſſiſtunt, ſeu ſeruiunt, quia maiorem multitudinem humanus ſermo explicare nequiuit, ſicut dicitur in Pſ. 67. currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium. *decies millies centena aſſiſtebant ei*, quia nutu Dei alii diſcurrunt, alij aſſiſtunt, Hieron. alij iuſtis præmia retribuunt, alij ſingulis ciuitatibus præſunt, Quarto iudicis ſocietatem; quia, *iudicium ſedit & libri aperti ſunt*. iudicium ſedit; dicit quo ad eos qui aſſiſtere ei debent in iudicio, qui-

bus dictum eſt Matth. 16. Sedebitis & vos ſuper ſedes A iudicantes duodecim tribus Iſrael, *& libri aperti ſunt*, quia peccata prædictorum regnorum quæ iudicanda ſunt, omnibus reuelanda erunt vt conſtet, quod pro menſura culpæ, ſit futura menſura pœnæ. Quinto iudicis legalitatem, cum dicitur, *aſpiciebam propter vocem ſermonum* vbi primo tangitur contra Antichriſtum ſententiæ latio, cum dicitur. *Aſpiciebam*, ideſt, attendebam quæ ſententia daretur in illam horribilē beſtiā, id eſt, in regnum Romanorum propter ſermones ſuperbiæ. quorum ille Rex vndecimus loquebatur, *& vidi quod interfecta eſſet*, hoc eſt ad interficiendum iudicata, & ſic ſententia contra ipſum data, quia ſcilicet in vno Romano imperio, propter Antichriſtum blaſphemantem, omnia regna ſimul delenda ſunt, & B nequaquam vltra Romanorum erit imperium, ſed ſanctorum conuerſatio, & poſtea aduentus filij hominis triumphantis Apoc. 1. Secundo tangitur ſententiæ executio, cum dicitur, *& periſſet corpus eius, & traditum eſſet ad comburendum igni*, modum tradidit prius executionis, quia cum hominibus fautoribus ſuis, ille fluuius igneus eum tracturus ſit ad gehennam. Tertio oſtenditur aliquibus ad pœnitendum data dilatiō, cum dicitur, *aliarum quoque beſtiarum eſſet ablata poteſtas*, non quod penitus delenda ſunt, ſed poteſtatem principandi amiſſura, *& tempora vitæ conſtituta*, quia cum Antichriſto, & ſibi parentibus non omnia regna peritura ſunt, ſed potius aliqood ſpatium pœnitendi concedetur à Iudice deſignatum, vt dicit Andreas. C

Quantum ad receptam authoritatem ſeu poteſtatem ex parte humanitatis, quæ tangitur, cum dicitur, *aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce*. Notat primo ſcriptura ipſius, cui tradita eſt poteſtas, innocentiam, cum dicitur, *aſpiciebam*, vt ſcilicet viderem, cui poteſtas regia, quæ ab ipſis ablata eſt, traderetur, *& ecce*, quia hactenus de quatuor regnis in quatuor beſtiis actum eſt, quorum erat tollenda poteſtas, modo agit de regno, quod non peribit in æternum, *quaſi filius hominis veniebat*, quia quantum diſtat à beſtiali feritate manſuetudo, tantum regnum Chriſti à primis diſtare innuit, *in nubibus cæli*, quia priores regna terrena cœleſtibus, hic vero terrenis cœleſtia præponit, *& vſque ad antiquum dierum peruenit*, vbi beſtiis propter peruerſam conſcientiam acceſſum denegat, ibi D hominis pura innocentia accedendi propius fiduciam præſtat, *& in conſpectu eius obtulerunt eum*, ſcilicet Angeli eum exhibuerunt. Secundo notat eius traditam, cum dicitur, *& dedit ei poteſtatem*, ſcilicet iudex homini, *Poteſtatem, honorem, & regnum*, ecce potentiæ magnitudo, *& omnes populi, tribus, &c.* ecce potentiæ latitudo, *quæ non auferetur*, ſicut ab iſtis ablata eſt; ecce potentiæ certitudo, *non corrumpetur*, ecce potentiæ valetudo, quæ nullam boni ſtatus patitur violentiam: Si enim eſſet longa & arcta, vel ſi ampla. & curta, vel ſi magna & dubia, vel ſi certa & inualida, poſſidentis animum non repleret.

Sequitur ſecunda pars principalis totius cap. vbi ponitur viſionis interpretatio qua notat, in ſcriptura qua- E tuor: quæ comprehendit eodem ordine, quo viſionis inſpirationem, quia primo exponit myſterium, quantum ad exceſſum ſomnij, ibi, *Horruit ſpiritus meus*. Secundo quantum ad proceſſum mundi ibi, *Acceſſi ad vnum* Tertio quantum ad egreſſum Antichriſti: ibi *poſt hoc volui diligenter diſcere*, quarto quantum ad ſucceſſum Chriſti, ibi, *& iudicium ſedebit, vt auferatur potentia eius* Circa primum in quo ponitur viſionis expoſitio, quantum ad exceſſum ſomnij, quæ incipit, *Horruit ſpiritus meus*, notat ſcriptura tria, quia primo incurrit Daniel horrorem propter iudicij diſcretionem quia de terra horribilis viſio dura nunciata eſt mihi Iſai. A 21 cap. Secundo tremorem propter iudicij executionem, ibi, *ego Daniel territus ſum in his*, quia terrores tui turbauerunt me. Pſal. 87. tertio timorem propter iudicij dilationem, ibi, *& viſiones capitis mei conturbauerunt me*, quia nondum didiceram Angelo exponente quibus confuſio, & quibus exaltatio diuino iudicio adueniret, & ideo horrui cum audirem, & turbatus ſum cum viderem. Iſai. 21. & in his tribus oſtenditur altitudo huius ſomnij. Circa ſecundum vbi notatur expoſitio myſterij, quantum ad proceſſum mundi ibi, *Acceſſi ad vnum*, notat ſcriptura tria, quia primo Daniel requirit ſpiritualem ſenſum, ibi, *Acceſſi ad vnum*, non de adminiſtrantibus, ſed de aſſiſtentibus, veritatem quærit, quia ſapientia tempore otij, non turbatio- B nis inuenitur, *& veritatem quærebam*, id eſt veram non fictam interpretationem deſiderabam: Secundo Angelus deſcribit temporalem deſurſum, cum dicitur *Hæ quatuor beſtiæ*, quaſi digito demonſtrans ſententiam, & viſionem exponit, *magnæ*, myſtica rerum ſignificatione, ſicut & quantitate, *quatuor regna ſunt*, id eſt, ſignificant, ſicut petra eſt Chriſtus, quia ſignificat Chriſtum, Petra autem erat Chriſtus. 1. Cor. 10. *quæ conſurgent de terra*, id eſt, terrena amplectentur, quaſi diceret, regna terrena deficient, ſicut illæ quatuor beſtiæ: Tertio ſubiungit earum finalem caſum, cum dicitur *ſuſcipient autem regnum ſancti Dei altiſſimi* hoc eſt regnis terrenis ſublatis, de quibus dicitur infra regnum obtinuerunt ſancti, regnum enim alterum non C terrenum, ſed cœleſte eſt ſanctorum, in quo Dei cultores regnaturi ſunt, ſicut terrenum fuit, in quo cultores terrenorum dominati ſunt. Circa tertium autem, vbi notatur expoſitio myſterij quantum ad egreſſum Antichriſti, ibi, *Poſt hoc volui, &c.* notat ſcriptura tria Primo præmittit, quid interpretandum, *Poſt hoc volui diligenter diſcere de beſtia quarta*, id eſt diligentius propter diſſimilitudinem quam cum aliis habebat, ſcire volebam, *vngues ferrei*, hæc ſupra non expreſſerat, de cornu illo apertius exprimit, de quo cornu ſcire voluit quia iſta ſunt interpretanda: Secundo interpretandum cum dicitur, *aſpiciebam*, id eſt, attente illud cornu intuebar, *& ecce illud faciebat bellum*, hoc ſupplet quia nec hæc prædixerat, & præualebat eis, ſcilicet ſanctis D ſcilicet bellum datum à beſtia: *Donec venit antiquus dierum*, id eſt, donec iudiciaria ſententia eo ſucciſo regnum ſanctis aduenit: Tertio ſubiungit quid interpretatum, cum dicitur, *Et ſic ait*, ſcilicet Angelus exponens, *Beſtia quarta regnum quartum erit in terra*, quia terrena concupiſcet, quia qui de terra eſt, de terra loquitur. Ioan. 3 *quod maius erit omnibus regnis*, præmiſſis ſupple ſeu præteritis, *& deuorabit vniuerſam terram* id eſt vniuerſa ſuo ſubdi volens imperio, & conculcabit ſcilicet pedibus ferreis, id eſt, potentia, violentia, & ferali aliorum omnium dignitatem, *Porro cornua*, ſupple ipſius beſtiæ, *& decem reges erunt*, ſimul ſupple regnantes, vndecimus vero in cornu paruulo deſignatus, quaſi regno in terra partito in decem regna, ſed eis tranſactis vndecimus potentior eſt futurus, & E ideo dicitur; *& ipſe potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit*, ſecundum Hieron. Regem Ægypti, Æthiopiæ & Aphricæ, *& ſermones contra excelſum loquetur*, cuius potentiam ſibi vſurpabit ſedens in templo Dei. 2. Theſſ. 2. *& ſanctos altiſſimi conteret*, quia Antichriſtus pugnabit contra ſanctos, & ſuperabit eos ſecundum Hieron. *& putabit quod poſſit mutare tempora*, in tantam ſuperbiam erigetur, vt leges Dei & cæremonias eius mutare conetur, *& tradentur in manu eius vſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis* ideſt regnabit ad tres annos & dimidium, iuxta proprietatem Hebraici ſermonis. Circa quartum vbi ponitur expoſitio myſterij, quantum ad ſucceſſum Chriſti

ibi, *& iudicium ſedebit*, notat ſcriptura, tria: quia primo ponitur condemnatio ſeu exterminatio reproborum, cum dicitur, *& iudicium ſedebit vt auferatur potentia*, tranſacto prædicto tempore, *iudicium*, id eſt ſancti quos illud paruulum cornu oppreſſit, *ſedebit*, ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael, Matth, 19. vt per eorum ſententiam auferatur Antichriſti potentia, *vt diſpereat vſque in finem*, id eſt æternaliter: Secundo ponitur exaltatio electorum: cum dicitur, *regnum autem & poteſtas*, quia regia poteſtas, ſemper ac altum & amplum regnum dabitur Chriſto & populo eius, quia tota terra & omnes Reges ſubdentur Eccleſiaſticæ poteſtati, & forte omnes Prælati & religioſi ſancti erunt, ſicut primo Apoſtoli Chriſti: Tertio ponitur excitatio viatorum, cum dicitur, *Huc vſque finis verbi*, id eſt, tenor viſionis oſtenſæ, *& ego Daniel multum cogitationibus conturbabar*, ſcilicet quia viſionem celare debebam, *verba autem in corde meo conſeruaui*, quia ſupple viſum eſt mihi eſſe celandum, vel forte ab indicatis tot regnorum ſubmerſionibus, & rerum mutationibus conturbabar cogitans, quanta mala temporibus illis populum Dei opprimerent.

Argumenta literalia ſunt quatuor. Primum eſt, quod omnis diſſenſionis & perturbationis cauſa eſt ambitio & cupiditas cum ſuperbia, quod notatur in decertatione & pugna animalium. Secundum eſt, quod neceſſe eſt dare perſonam diſtinctam, ſcilicet Filium hominis ab antiquo dierum, id eſt, à Patre ſibi conſubſtantialem & in gloria coæqualem, vt patet per textum. Tertium eſt, quod regnum Antichriſti non durabit niſi per tres annos cum dimidio.

Sententiæ dubiæ ſunt quatuor. Prima eſt, an viſio de cornu paruulo intelligatur de Antichriſto, vt communis interpretatio eſt, an vero de Antiocho Epiphane. Porphyrius autem deprauator ſcripturarum exiſtimat de Antiocho Epiphane: qui fuit acerrimus & ſingularis perſecutor populi Iudaici, eſſe intelligendum Ad fundandum autem ſuum propoſitum Porphyrius duo aſſerit. Alterum eſt, quod per tertiam & quartam beſtiam non deſignantur duo regna, vt communiter exponitur, nempe regnum Græcorum & Romanorum: ſed hoc expreſſe eſt contra textum vbi in eodem capite ab Angelo viſionem exponente dicitur, Hæ quatuor beſtiæ magnæ, quatuor erunt regna, item beſtia quarta regnum quartum erit in terra quod maius erit omnibus regnis. Secundum quod dicit Porphyrius eſt, quod decem Reges per decem cornua ſignificatos, inter quos diuidendum eſt regnum, per vltimam beſtiam deſignatum, ſunt computandi, vt ipſe computat, nempe ab Alexandro, vſque ad Antiochum Epiphanem, in quo manifeſte Porphyrius ſupponit falſum, decem ſcilicet Reges tantum fuiſſe ab Alexandro vſque ad Antiochum Epiphanem, vt patet per Hieronymum qui continuatim computat.

Secunda dubitatio eſt, An quod hic dicitur de filio hominis, intelligendum ſit de Chriſto, vt communiter exponitur, an vero de Iuda Machabæo, idem enim Porphyrius de Iuda Machabæo intelligendum putat. Sed hæc interpretatio fatua eſt adeo, vt reſponſionem non mereatur.

Tertia dubitatio eſt, an omnes Angeli ſint aſſiſtentes, & omnes miniſtrantes. Dicendum quod ex cœleſtibus ſpiritibus alij ſunt, qui per elatam Dei viſionem diuina mandata circa gubernationem rerum corporalium in diuina eſſentia, immediate percipiunt, & hos duntaxat proprie vocamus Angelos aſſiſtentes: alij vero qui per ſuperiores Angelos de diuinis mandatis inſtructi, illa executioni mandant, & hos tantum proprie vocamus angelos miniſtrantes, poſſunt nihilominus inferiores Angeli etiam aſſiſtentes vocari, largo

A tamen modo eo quod Deo etiam aſſiſtunt per claram diuinæ eſſentiæ contemplationem, & in hoc ſenſu accipit Gregorius, cum 2. Moralium ait quod ſemper aſſiſtere aut videre faciem Patris poſſunt, qui ad miniſterium exterius mittuntur pro noſtra ſalute: Superiores quoque Angeli poſſunt etiam largo modo appellari miniſtrantes qua parte exequuntur diuinum mandatum illuminando inferiores Angelos, & ſic intelligitur illud ad Hebræos 1. cap. Omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus.

Quarta dubitatio eſt, an plures ex Angelis ſint aſſiſtentes, quam miniſtrantes. Dicendum quod ſex ſunt ordines miniſtrantium, & tres duntaxat ordines aſſiſtentium, nihilominus in maiori numero ſunt aſſi-
B ſtentes quam miniſtrantes, quia ſuperiora in entibus ſine comparatione excedunt inferiora, & hæc eſt ſententia Dionyſij in libro de cœleſti Hierarchia, quæ eſt conformior huic textui Danielis.

Sententiæ morales ſunt duæ: Vna eſt de beſtiarum pugna, alia eſt de antiquo dierum ; palma & victoria, vbi notandum quod quatuor ſunt beſtiæ. Prima eſt, leæna, Secunda vrſus, Tertia Pardus, Quarta eſt diſſimilis omnibus. Per primam leænam intellige ſæuitiam Tyrannorum, de qua Ioh. 10. Propter ſuperbiam quaſi leænam capies me. Per vrſum perfidiam hæreticorum, de qua Thren. 3. cap. Vrſus inſidians factus eſt mihi: Per Pardum fallaciam ſimulatorum, de qua Eccl. 8. Quaſi Pardos lædet eos lingua: Per beſtiam diſſimilem aliis, malitiam æmulatorum: Per
C primam quæ eſt leæna, deſignatur Sæuitia Tyrannorum, & deſcribitur habere corpus leonis, in quo notatur crudelitas hominis, & habebat duas alas, quarum vna deſignat nobilitatem ſanguinis, altera auctoritatem regiminis, hæc enim duo maxime ad crudelitatem hominis viam parant: de quibus Hierem 2. In alis tuis inuentus eſt ſanguis, ſed ſi alæ auellantur ſtat ſupra pedes ſuos, quaſi homo humanus & humilis: Quia vniuerſa vanitas hominis homo viuens, Pſ. 38. & cor eius datum eſt ei per cognitionem ſui ſeu dilectionem proximi, nam cum ablata ſunt ab eo nobilitas & autoritas, quæ fecerant eum quaſi cor habere Dei. Ezech. 28. cap. fuit humilis & humanus, qui erat ſuperbus & crudelis, & fit cor fortium Moab, ſicut cor mulieris Here. 48. Secunda beſtia eſt quaſi vrſus in
D qua notatur perfidia hæreticorum, quia ſicut vrſus habet caput debile, ſic hæreticus fundamentum debile, iſta à parte ſtetit quia hæretici ſtant ad partem, eo quod ſemper ab Eccleſia ſeparati, & præciſi per excommunicationem, de qua Thren. 3. In prima Eccleſia, vrſus inſidians factus eſt mihi. Deſcribitur autem habere tres ordines dentium, quia licet Hæretici debile habeant fundamentum, habent tamen tres modos, quibus ſe muniunt, quaſi tres ſpiritus immundos ad modum ranarum. Apoc. 16. Nam aliquando ſuum fulciunt errorem, authoritatibus Canonicis, male tamen intellectis. Aliquando articulis philoſophicis & ſophiſticis: aliquando rationibus ſcientificis ſed falſo
E applicatis, & cum iſtis deuorant quicquid poſſunt, quibus dicitur, Surge comede, quia tales comederunt & locum eius deſolauerunt, Pſ. 78. Tertia beſtia eſt Pardus qui eſt totus varius, in quo ſignatur fallacia ſimulatorum: quia ſimulator ſemper eſt varius & diuerſus, eſt enim alter in ore, alter in corde, alter in verbo, alter in facto, alter in via, alter in foro, de quo Eccleſ. 28. Pardus lædens eos. Dicitur autem habere quatuor alas, quibus aſcendere & promoueri nititur: prima ala eſt amicitia ſeu ſapientia parturiens qua quantum poſſunt faciunt vt habeant intentum, & iſta eſt ala Cherub, quæ tangit parietem 3. Reg. 6, Secunda ala eſt abundantia largiens, quia ſi non

poſſunt prima via obtinere, quod volunt, ſtatim vertunt ſe ad munera, & eſt ſimilitudo manus ſub alis eorum Ezech. 18. Tertia ala eſt apparentia mentiens, quia fingunt & prætendunt exterius mirabilem ſanctitatem, quaſi ſit aquila grandis per contemplationem magnarum aquarum. Ezech. 18. Quarta eſt applaudentis blandiens, applaudunt enim maioribus vt deſiderata adipiſcantur, quod ſumme debet cauere prælatus, quia tali dicitur Iſa. 18. Væ terræ Cymbalo alarum, quæ eſt trans flumen Æthiopiæ, quæ mittit mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas, & ideo dixit, quoddam per hunc, cui adulanti & laudanti ſe. Quid me mihi laudas, nunquid tu me mihi vendere vis? Sed hæc beſtia deſcribitur habere quatuor capita in capite vero intentio deſignatur, quia tales ad quatuor principaliter intendunt, ſcilicet vel à natiuitate ſuperbire, vt præ aliis exaltentur, talis fuit Abſalon, cuius caput adhæſit quercui 2. Reg. 18. vel ad voluptatem luxuriæ, vt in ipſa volutentur, Eccl. 25. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri: vel ad voluptatem laſciuiæ, vt in ipſa recreentur, contra quos Pſal. 7. Conuertetur dolor eius in caput ipſius, vel ad voluntatem maledicentiæ, ſeu duritiæ, vt in ipſa firmentur, contra quos Pſal. 139. Caput circuitus eorum. Quarto beſtia eſt innominabilis, & terribilis, & aliis dominatrix, habens dentes ferreos, &c. in qua deſignatur æmulatorum malitia, iſta eſt beſtia de qua Geneſ. 37. Fera peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph, in hac enim beſtia, omnes malitiæ præcedentium includuntur, quia æmulator omnia mala aliorum comprehendit. Vnde & habet ſæuitiam tyrannorum & ideo dicitur: beſtia terribilis, & ideo terribilem habet ſeſſorem 1. Machab. 3. & perfidiam Hæreticorum, & ideo dicitur terribilis, Pſal. 92. Mirabiles elationes maris, quia ſola elatio facit, Hæreticos à Catholicis diſcrepare, & fallaciam ſimulatorum, & ideo dicitur, fortis nimis, de quibus Pſal. 53. Fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt, &c. Deſcribitur autem quod dentibus deuorat, pedibus calcat, cornibus pugnat. Per dentes deſignantur ſeductores per pedes ſaltatores, per cornua certatores habent enim æmulatores ſuos ſeductores, à quibus alij ſeducuntur, & hi dentes ipſorum. Pſ. 56. Filij hominum dentes eorum: habent ſuos ſectatores qui eos imitantur, & hi pedes eorum. Prou. 1. Pedes eorum ad malum currunt: habent ſuos certatores qui pro ipſis prælientur, & hi cornua eorum: hæc ſunt cornua ferrea quæ fecit ſibi Sedechias Canaan dicens: his ventilabo Syriam 3. Reg 22. Sed nota quod cornua erant decem, ex quibus tribus euulſis ſeptem remanſerunt: quia decem ſunt modi detractionis, quibus æmulatores detrahunt, & ſeptem Diabolis ſubiiciuntur, tria vero diripiuntur. Primum cornu eſt in abſentia male loqui, & detrahere: Secundum eſt, modis quibus poteſt malum inquirere: Tertium eſt, malum quod ſcit diuulgare: Quartum eſt deſpectio, ſi audit malum de aliquo, deſpicit, & mouet caput, nec loquitur ore ſed nutu dicens: bene ſcimus quis & qualis eſt ille, & facit peius quam ſi decies loqueretur, ingerendo aliis ſuſpicionem. Quintum eſt denegatio, Si enim audit, audet confeſtim denegare dicens, non fecit, non fecit iſta intentione. Sextum eſt adulatio, quia ſi non poteſt aliter detrahere, adulatur Prælato, vt poſſit eum confundere. Septimum eſt accuſatio: quia innocentem ſemper accuſat: Et hæc ſeptem cornua in ortu cornu paruuli deſtruuntur, per quod intelligitur Diabolus cui detractores huiuſmodi ſubiiciuntur, cum quibus pugnat contra innocentes, de quo ſcribitur Daniel. 7. Et ecce aliud cornu faciebat bellum contra ſanctos, ſic tria alia cornua deſtruuntur, ſcilicet conſcientia ſui, amicitia proximi, reuerentia ſeu honore Prælati: Æmulator enim quando vult detrahere, dicit, quod conſcientia illum mouet, vel amicitia proximi dicendo: Ego diligo eum, vel reuerentia Prælati, dicendo prælato: Ego dico hoc propter reuerentiam, vel honorem veſtrum, ne vllum malum poſſit ſub regimine veſtro fieri vel vos latere, & tamen iſta non dicit niſi vt poſſit ſolum detrahere, ſeu voluntate detrahendi, & ſic nec eſt conſcientia ſui nec amicitia proximi, nec reuerentia Prælati, propter quod Pſ. 74. dicitur, omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iuſti.

Secunda moralitas eſt, quantum ad palmam ſeu victoriam, vnde nota quod omnia prædicta deſtruuntur per iudicem quem deſcribit ſic dicens: Quod erat antiquus dierum, & veſtimentum eius quaſi nix, & capilli eius quaſi lana, &c. In antiquitate notatur ſapientia Iob. 12. in veſtimenti candore ſeu venuſtate, pudicitia de quo Eccleſ. 9. Omni tempore veſtimenta tua ſint candida, in capillorum albedine ſeu canitie, reuerentia, quia capilli eius ad cuius pedes cecidit Ioannes Apocal 20. & cui viginti quatuor ſeniores honorem exhibebant, erant candidi tanquam lana alba: in throno iuſtitia Pſ. 44. Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi virga directionis virga regni tui: in rotarum velocitate ſtrenuitas, quia vngula equorum eius vt ſilex, & rotæ eius quaſi impetus tempeſtatis Iſa. 5. in fluuij rapiditate, celeritas Iſa. 59. Timebunt, qui ab Occidente nomen Domini, & qui ab ortu ſolis gloriam eius, cum venerit quaſi fluuius violentus, quem Spiritus Domini cogit: in aſſiſtentia Angelorum celebritas, qui ipſi aſſiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ, Zach. 3. in miniſterio eorundemque, nobilitas, quia omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi Hebr. 1. in millenario multiplicato perfectio gloriæ Apocal. 5. Numerus eorum millium, dicentium voce magna, dignus es agnus. &c. in centenario, perfectio gratiæ, quia qui ſunt in gratia centuplum accipient, & vitam æternam poſſidebunt Mat. 19. in denario autem perfectio naturæ Angelicæ deſignatur

Quantum ad victoriam Chriſti nota, quod venit in nubibus per humanæ naturæ aſſumptioné Luc. 21. Videbunt filium hominis venientem in nubibus, peruenit ad antiquum dierum. per æternam durationem, vnde ſapiẽtia increata dicit Prou. 8. ab æterno ordinata ſum & ex antiquis antequã terra fieret, & in conſpectu eius oblatus eſt ad noſtram redemptionem, per mortalem & crudelem paſſionem Iſai 53. Oblatus eſt quia ipſe voluit. Hebr. 10 Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata, & dedit ei poteſtatem ad peruerſorum correctionem, Matt. vltimo. Data eſt poteſtas in cœlo & in terra: Et honorem & regnum ad electorum promotionem, Apoc. 5. Dignus es Domine accipere librum, ſequitur, feciſti nos Deo noſtro regnum, & omnes populi, quantum ad actiuos dicentes. Nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius confitebimur ei in ſeculum. Pſalm. 99. tribus, quantum ad Prælatos. Quia illuc aſcenderunt tribus, tribus Domini teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini Domini. Pſal. 121 linguæ, quantum ad deuotos ſeu contemplatiuos, ſeruient ei dicentes, lingua mea exultabit in iuſtitiam tuam. Pſalm. 15. Et poteſtas eius poteſtas æterna quæ non auferetur per violentiam, quia non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt Gen 49. Et regnum eius quod non corrumpetur per indeficientiam, quia regnum meum non eſt de hoc mundo. Ioa. 18. Regi ergo hinc ſeculorũ immortali, & inuiſibili ſoli ſuper honor & gloria in ſecula ſeculorũ, Amẽ.

CAP.

CAP. VIII.

ANno tertio regni Balthaſar, &c. Hic ponitur ſeptima viſio, quæ facta eſt poſt duos annos ab altera, in viſione autem præcedenti habitus eſt principalis proceſſus vltimæ tribulationis, in iſta autem & ſequentibus excitatur conflictus, præcedens vltimam tribulationem. Cauſa autem originalis huius viſionis fuit inſtinctus Spiritus ſancti factus propter affectum deuotionis, & conatum attentionis: Cauſa autem finalis, eſt expoſitio initij præcedentis viſionis. Cauſa vero materialis eſt; de pugna regni Medorum & Græcorum, ſub ſimilitudine arietis & hirci, inter Antiochum exorti, pugnantis contra Iudæos quaſi cornu modicum: ex ſignificatione vero principali hiſtoriæ notatur de pugna Eccleſiæ & Chriſtianorum contra Antichriſtum, ſicut patet infra per verba Gabrielis, quia in nouiſſimo, id eſt in fine temporum, dicit eam eſſe implendam, & ideo verba addita cogunt, eam intelligendam eſſe, quantum ad aliud tempus, ſecundum vnam regulam in principio datam, quæ eſt regula ſeptima in qua dictum eſt, quod ſecundum Hieronymum ſuper Iſaiam, ſemper in fine cuiuſlibet prophetiæ ſubnectentur aliqua; in quibus declaratur attentio prophetalis, vnde hæc viſio eſt de prælijs futurorum Regum in fine temporum, ſeu tempore Antichriſti. Quantum ad formam vero viſionis primo notanda eſt hiſtoria: Forma autem viſionis talis, quia ponitur viſionis apparitio in principio: Secundo viſionis expoſitio ibi *factum eſt autem cum viderem ego Daniel.* Circa primum notat ſcriptura tria, primo decurſum arietis ſeu regni Medorum in principio: Secundo occurſum hirci, ſeu regni Græcorum: ibi, *Ecce autem hircus caprarum veniebat.* Tertio occurſum cornu modici ſeu Antiochi Epiphanis contra populum Iudæorum, ibi, *de vno autem ex iis egreſſum eſt cornu modicum,* Per ſimile autem cogit expoſitio intelligi viſionem de tempore Antichriſti, quia ponet oues à dexteris, hædos autem à ſiniſtris. In ariete enim intelligitur potentia ritus Eccleſiæ ſanctorum: in hirco vero potentia Eccleſiæ malignorum, in cornu vero modico, exterminium potentiæ Antichriſtianorum.

Quantum ad decurſum regni Medorum ſignificatum per arietem notat primo ſcriptura ſtatum eius initialem, cum dicitur, *Anno tertio regni Balthaſar*, hactenus de quatuor regnis in ſomno Nabuchodonoſor, in ſua viſione Propheta diſſeruit. quod enim hic ſignificatur per beſtiam, illic per ſtatuæ membra, quod hic per filium hominis venientem in nubibus ibi, *per lapidem abſciſſum ſine manibus*, quod hic facit iudiciaria condemnatio, vt ſubderet ſibi omnia ibi contritio ſtatuæ, quia comminuta ſunt omnia: hic populus ſanctorum totum occupat orbem, ſicut ibi; lapis totam terram occupat; creſcens in magnum montem: hæc autem dicta ſunt hic, quanquam pertineant ad præcedentem; quia hæ & ſequentes ſunt quaſi expoſitio præcedentis, *Anno ergo tertio regni Balthaſar*, id eſt poſt duos annos præcedentis viſionis, *viſio apparuit mihi*, quaſi ſubito vt inferatur, *poſt id quod videram in principio*, id eſt in primo anno regni Balthaſar, *cum eſſem in Suſis caſtro*, hæc eſt metropolis regionis Ædamitarum, & dicitur caſtrum propter fortitudinis firmitatem, vbi Daniel turrim excelſam in quadro ædificauit ex marmore, ſecundum Ioſephum, *ſuper portam Vlai*, nomen proprium eſt portæ ciuitatis Suſis, ſupra quam propheta ſe eſſe vidit, ſicut Romæ dicitur porta Tyburtina, *& leuaui oculos meos*, primo in cœlum ad

A Dominum leuauit, & deinde quæ inferius erant vidit ſcilicet arietem & paludem, aliter magis eſſet demittere quam leuare, vel leuaui, id eſt aperui, ideo, quia vt in ſomnijs non videmus aliud, niſi oculis eleuatis, *& ecce aries ante paludem habens cornua excelſa*, cornua excelſa arietis ſunt duo Reges excelſi ſcilicet Darius & Cyrus, Rex Medorum & Perſarum, *vnum autem excelſius altero*, quia Cyrus maioris gloriæ fuit quam Darius, & adeo *ſuccreſcens*, vt in breui totam ſibi Aſiam ſubiugaret: Secundo notat ſtatum ipſius ſeu decurſum linealem medium ſeu principalem, cum dicitur, *poſtea vidi arietem*, ſcilicet ipſum regnum Medorum, licet per alium Regem, quia per vltimum Darium, qui pugnauit contra Alexandrum, vt dicitur 1. Machab. 1. à quo fuit victus, *ventilantem*, id eſt agi-
B tatione capitis mouentem orbem, *contra occidentem, & contra aquilonem, & contra meridiem*, quia poteſtas Perſarum in crudelitate præcipua fuit, contra cunctas mundi partes, quas cornibus ventilabat, *& omnes beſtia*, id eſt, nulli feroces terræ Reges Regibus Perſarum potuerunt ſuis viribus reſiſtere, *neque de manu eius* proprijs laboribus liberari. Tertio notat ipſius ſtatum finalem, cum dicitur. *fecitque ſecundum voluntatem ſuam* ſupple de regnis alijs, vſque ad regnum Alexandri filij Philippi, de quo dicitur primo quod obtinuit regnum Medorum, *& ego intelligebam*, ex ſuperioribus deſignari regnum per ſuperbiam & ampliari ipſum per magnificentiam, Secundum quod regnum hoc expoſuit Danieli infra Gabriel, ſeu docuit eum

Quantum ad occurſum regni Græcorum ſignificati
C per hircum, cum dicitur, *ecce autem hircus caprarum*, notat primo ſcriptura regni Græcorum ſicut in præcedenti ſtatum initialem, cum dicitur *ecce autem hircus caprarum veniebat ab occidente*, quia ab occidente in orientem erat præcipua poteſtas Perſarum, *ſuper faciem totius terræ. & non tangebat terram*, quia Alexander contra vltimum Darium Regem Perſarum cum tanta feſtinatione venit, vt potius volaſſe quam veniſſe videretur. *Porro hircus habebat cornu inſigne*, id eſt Alexander fortitudinem magnam habebat, quo in toto orbe nullus fortior, *& venit vſque ad arietem ſtantem in porta*, quam ſupra dixerat ante paludem, vbi contra Perſas irruit, quia circa vicinum fluuium Darij Duces
D ſuperauit, *& efferatus eſt in eum*, id eſt feruidiore more impegit in eum, *& percuſſit*, id eſt, occidit, ſicut patet 1. Machab. 1. ad extremum Darium, *& comminuit duo cornua*: id eſt duas partes principales, ſcilicet Medos & Perſas ſubiugauit, totum regnum ſibi ſubiecit. Secundo notat ipſius decurſum linealem, cum dicitur, *cumque miſiſſet eum in terram*, ſcilicet arietem *conculcauit*, id eſt, humiliauit eius ſuperbiam, quia ſuper omnes orbis partes leuabatur, *& nemo quibat liberare eum de manibus eius*, quia nemo ei auxiliatus eſt. Tertio notat ipſius terminum finalem, cum dicitur, *Hircus autem caprarum magnus factus eſt*, quia Alexan-
E der cunctis regionibus imperauit, vt dicitur 1. Mach. 1 *cumque creuiſſet fractum eſt cornu magnum.* Quæ ſequuntur ex nunc, inferius ab Angelo exponuntur: *orta ſunt quatuor cornua*, quia mortuo Alexandro in Babylone trigeſimo anno ætatis ſuæ, quatuor Duces eius ſibi imperium diuiſerunt, vt ſupra dictum, *per quatuor ventos cœli*, id eſt, per quatuor partes principales mundi, ex quibus oriuntur principales venti.

Quantum ad occurſum Antiochi Epiphanis contra populum Iudæorum ſignificati per cornu modicum, cum dicitur *De vno autem ex eis egreſſum eſt cornu vnum modicum*, notat primo ſcriptura ſtatum ipſius initialem, cum dicitur, *de vno autem ex eis*, id eſt de regno Syriæ, de poſteris Seleuci, qui fuit vnus ex quatuor, ſucceſſoribus, *egreſſum eſt cornu modicum*, quia ex illo

ortus eſt Antiochus Epiphanes, qui fuit primo modicus, poſtea grandis, *Contra meridiem*, id eſt Ægyptum *Orientem*, id eſt, Perſidem, *fortitudinem*, id eſt Iudæam, eo quod electi ſunt fortes, vallati cuſtodia Angelorum, *& eiecit de fortitudine & de ſtellis*, quia plurimos Iudæorum idololatriæ ſobiecit, ſicut patet 1. Machab. 1. *& vſque ad principem fortitudinis magnificatus eſt*, ita vt contra Dei fortitudinem quæ in Iudæa principabatur, inſurgeret, & eius cultum euacuare niteretur; nam primo cootra Ptolomæum Regem Ægypti dimicaoit, ſicut patet, 1. Machab. 2. poſtea res nouas moliebatur, imperfide tandem contra Iudæos veniens, ſimulachrom Iouis in templo ſtatuit, *& ab eo tulit iuge*, id eſt quotidianum, *ſacrificium*, ne ibi offerretur, *& deiecit locum ſanctificationis eius*, ſcilicet Hieruſalem, vbi templum erat ſanctificatum, in quo idolis immolabant. Secundo nota decurſum ipſius linealem, cum dicitur, *Robur autem datum eſt ei contra iuge ſacrificium propter peccata*, quia propter peccata Iſraelitarum in Hieruſalem permiſit regnare hypocritam ſuper eos. *& proſternetur veritas in terra*, id eſt verus Dei cultus & lex, cultu idolorum præualente: *& proſperabitur*, ſupple idololatria, *& faciet*, idololatria quicquid voluerit contra Hieruſalem, & templum proſperis ſucceſſibus. Tertio notat ipſius ſtatum ſeu terminum finalem, cum dicitur: *& audiui vnum de ſanctis loquentem*, quia videbatur ei in ſomnis, vnum Angelum colloqoentem vni, quæſiuiſſe ab eo, cui loquebatur, *vſquequo viſio & iuge ſacrificium* i deſolaretur, *& peccatum*, propter quod acciderat illa deſolatio expiaretur. & templum & ſanctus populus conculcaretur: viſio, eſt lex illuminans, & lux vt dicit Sapiens: fortitudo, eſt populus: Angelus, vates, *& dixit ei vſque ad veſperam & mane*, quaſi diceret, deſolatio durabit diebus & noctibus ſuccedentibus per duo millia, & trecentos dies qui ſunt anni ſex, & tres menſes, qoibus durabit vaſtitas Hieruſalem ſub Antiocho, de qoibus tres fuerunt contaminationes templi & ſexto anno cum menſe per Iudam Machabæum templum purgatur, vt habetur 2. Machab. ſecundum Hieron.

Sequitur ſecunda pars principalis totios cap. in qua tangitur viſioois expoſitio, cum dicitur, *factum eſt autem*, vbi notat ſcriptura tria. Primo exponit myſterium arietis, quod eſt contra regnum Medorum & Perſarum, cum dicitor, *factum eſt autem cum viderem ego Daniel*. Secundo myſterium hirci, quod eſt regnum Græcorum ibi, *Porro hircus caprarum rex Græcorum eſt*. Tertio myſterium cornu modici, quod eſt regnum Aſſyriorum, id eſt Antichriſtianorum, cum dicitur. *& poſt regnum eorum cum creuerint iniquitates*.

Quantum ad myſterium arietis, primo Daniel intelligentiam requirit, cum dicitur, *factum eſt autem, &c.* cum videret omnia ſupradicta, & à Deo eorum quæreret intelligentiam, in forma hominis ante oculos apparuit, ſed quia Angeli apparent vt plurimum alati, ideo dicit, *quaſi ſpecies viri*, non omnino viro ſimilis. Secundo Michael ei eam dari præcepit, cum dicitur, *audiui vocem inter Vlai*, id eſt, audiui vocem excuntis inter muros Vlai dicentis, *Gabriel fac intelligere, &c.* quia viſio hæc eſt de regnorum certaminibus, & regnorum ſucceſſibus, ideo Gabriel præpoſitus prælii, huic officio mancipatur, nam Gabriel fortitudo Dei interpretatur, *intelligere viſionem*. non ergo omnis Propheta quæ videt intelligit. Tertio Gabriel illi eam aperit, cum dicitur, *& venit & ſtetit*, cum tamen veniſſet, *corrui*, fragilitatis meę conſcius, coram tam excellenti viro, *& ait ad me intellige fili hominis*. Ezec. Daniel, quia ſæpe inter Angelos ſe eſſe nouerat, ne eleuentur, filij hominis nuncupantur; vt homines ſe

A eſſe nouerint: *Quoniam in tempore finis complebitur viſio*, non in proximo, nec in tempore tuo, ſed in fine ſeculi cooiplebitur. Ex quo patet quod id, quod ſub Antiocho factum eſt, non cogit ſub Antichriſto in veritate non eſſe complendum, *cumque loqueretur ad me collapſus ſum*, prius ergo eum erexerat, & iterum his auditis perterritus in faciem corruit, vt ſupra hominem ea quæ dicuntur, oſtendat: *& tetigit me*: id eſt confortando erexit, *in gradu meo*: ſcilicet ſuper pedes meos, vt audirem & intelligerem quæ diceret, *dixitque mihi ego oſtendam tibi quæ futura ſunt in nouiſſimo maledictionis*, id eſt in vltimo tempore deſolationis, quæ indicatur Deuter. 27. tranſgreſſoribus legis, vel vltimo tempore illius maledicti hominis qui hoc facturus eſt: *Quoniam habet tempus finem ſuum*, id eſt, non ſemper B maledictio durabit: *Aries quem vidiſti rex Medorum eſt*: exponit viſionem, vt ſupra dictum eſt.

Quantum ad myſterium hirci, cum dicitur, *Porro hircus caprarum*, exponit primo, quid ſignificatur per hircum, in principio, *Porro hircus caprarum rex Græcorum eſt*, & patet: Secundo quid per cornu magnum ibi: *& cornu grande*: ipſe eſt rex primus, ſcilicet Alexander, qui primus regnauit in Græcia 1. Machab. 10. Tertio quid per cornu perditum & fractum, & ſucceſſum aliorum qoatuor, ibi: *Quod autem fracto illo*, quia per cornu fractum deſignatur mors Alexandri i per ſucceſſum quatuor cornuum, ſucceſſus qoatuor Regum, qui diuiſerunt poſt ipſum ſibi imperiom & regnauit Ptolomæus in Ægypto, Seleucus in Syria C Philippus in Macedonia, Antiochus in Aſia. Hi fuerunt de gente eius ſcilicet Macedones, vel de familiaribus, aut principibus eius? Sed non ſucceſſerunt in fortitudine eius, quia oullus æquiparatus eſt Alexandro in potentia, & imperio.

Quantum ad myſterium corno modici; quod eſt regnum Antichriſtianorum, cum dicitur, *& poſt regnum eorum cum creuerint iniquitates*, vbi oſtenditur Antichriſtus contrarius toti Trinitati, notat ſcriptura tria; quia primo notat ipſum fore contrarium diuinæ poteſtati, cum dicitur, *Poſt regnum eorum dum creuerint iniquitates*, cum multiplicata fuerint mala in terra, vt dicitur, 1. Machab. 2. *conſurget rex impudens*, quem nollam turpitudinem committere pudebit, *intelligens* D *propoſitiones*, id eſt calliditates aliorum ſua aſtutia præueniens, & obſcura dicta adoertens, quia Antichriſtus omnium mores & conditiones ſua aſtotia aduertet & ſecundum qood videbit vnumquemque inclinatum ſecundum hoc trahet ipſum ad ſuum cultum, vt ſi quem viderit ambitioſum, præferet eum, & ſic de cæteris conditionibus, *& roborabitur fortitudo, ſed non in viribus ſuis*, id eſt licet magna faciet & magna oſtendet, non ſua virtute hoc faciet, nec ei aſcribendum eſt, ſed demeritis aliorum, quia propter peccata populi permittet Deus regnare hypocritam. Iob. 34. Secundo oſtendit ipſom fore contrarium diuinæ ſanctitati, cum dicitur: *& ſupra quam credi poteſt, vniuerſa vaſtabit, & interficiet robuſtos*, ſicot Antiochos Ma- E chabæos & Iudæos, ſic Antichriſtus populum ſanctorum, veros cultores Dei, & Chriſtianos qui ei acquieſcunt: *& dirigetur dolus in manu eius*: quia doloſe machinabitur & proſpere ſuccedet ei: Tertio oſtendit contrarium fore diuinæ veritati, eum dicitur, *cor ſuum magnificabit*, quia priori fortuna prouocatus magna facere tentabit: *& in copia rerum*, id eſt in ſtipendiis *occidet plurimos*, id eſt, decipiet: *& contra principem principum conſurget*: propter copiam militum: *& ſine manu conteretur*, quia ſicut Antiochus rediens de Perſide infectus morbo horribili & triſtitia periit, ſic Antichriſtus peribit non per manum hominis, ſed eum interficiet Dominus ſpiritu oris ſui, vt dicit Apoſt. 2. Theſſ.

Theſſ. 2. & Iſai. 11. Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium: *Et viſio mane & veſperi quæ dicta eſt vera eſt*: id eſt per ſucceſſionem temporum, ſicut mane ſuccedit vbique veſperi, veritas viſionis apparebit, vt dicit Hieron. *tu ergo viſionem ſigna*, id eſt commenda memoriæ aliquam enunciationem, faciendo ne excidat: *quia poſt multos dies* id eſt non niſi poſt multa tempora complebitur, quaſi diceret, obſcura ſunt, quæ dicuntur nec intelligi poterunt quouſque rebus & operibus impleantur: *& ego Daniel langui*, hic incitat nos ad amorem Dei, timorem & humilitatem: *langui* terrore concuſſus, quia corpus magna ieiunij attenuatione macerauerat: *& faciebam opera*: à Rege ſupple imperata, vt redderet omnia omnibus: *& ſtupebam ad viſionem*: id eſt ſuper profunditate viſionis: *& non erat qui interpretaretur*: quia licet reges & regna B cognouerit per Angelum, tamen perſonas Regum ſingulares, & tempora quibus implenda eſſet viſio, neſciebat: & ideo dubius fluctuabat, nulluſque audiens ab eo interpretari ſciebat.

Argumenta literalia ſunt tria. Primum eſt, quod ſecundum Hieron. non poſſunt fieri viſiones in ſomnis, ſine aliquo aſpectu mentis: & ideo dicitur: leuaui oculos meos: Secundum eſt, quod Prophetis aliquando factæ ſunt viſiones, abſque plena reuelatione ſignificationis ipſarum, vt patet hic. Tertium eſt, quod aliquando Deus Prophetis reuelat myſterium viſionis quoad vnam partem, non quoad aliam vt patet hic, quod Danieli facta fuit reuelatio, quoad perſonas in communi, tamen non quoad certas perſonas in ſingulari.

Sententiæ dubiæ ſunt tres. Prima eſt, vtrum hæc viſio poſſit intelligi, de tempore Antichriſti, quod non videtur, quia dicitur, quod hæc tribulatio durabit per bis mille circiter dies; id eſt, per ſex annos cum tribus menſibus, ſed tribulatio Antichriſti non durabit niſi per tres annos cum dimidio. Dicendum quod hæc viſio non ſolum tangit tempus tribulationis Antichriſti, ſed etiam tempus præcedens ipſam. Secunda dubitatio eſt, de hoc, quod dicit quod ceſſabit iuge ſacrificium: Si enim hæc viſio tangit tempus Antichriſti, cum in Eccleſia Dei non ſit aliud iuge ſacrificium, niſi ſacrificium altaris, videtur quod tunc illud debet ceſſare: quod eſt contra illud Matt. vltimo, Ecce ego D vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi, quod intelligitur de ſacramento altaris. Dicendum quod tunc ceſſabit, quantum ad ſolemnitatem ſolum, quia tunc miſſæ publice non celebrabuntur, ſed occulte ſicut fuit in primitiua Eccleſia. Tertia dubitatio eſt de eo, quod dicit, quod non erat, qui ei interpretaretur viſionem, contra quæ ſtatim dixerat, quod Michael dixit vni de aſſiſtentibus: fac ei cognoſcere viſionem, & ſtatim Gabriel interpretatus eſt ei. Dicendum quod viſio fuit ei interpretata, quoad vnam partem, & non quoad aliam, ſcilicet quoad perſonas imperſonaliter ſumptas, hoc eſt in generali: ſed non in ſpeciali, & hoc deſiderabat ipſe ſcire.

Sententia moralis. Prima eſt quantum ad viſionis E modum, in quo deſcribitur tempus viſionis ſcilicet trium annorum: locus ſcilicet Suſis eleuata ſuper portam Vlai: qui enim vult viſionem futuræ tribulationis intelligere, oportet quod eam requirat tribus gradibus ſignificatis per tres annos: Primus gradus ſeu annus eſt exercitium virtutis: Secundus gradus ſeu annus eſt exercitium meditationis: Tertius gradus ſeu annus eſt exercitium deuotionis, oportet etiam quod ſit in Ælam, quod interpretatur ſuperliminare. per conſiderationem diuinæ poteſtatis, quod ſit in Suſis quod interpretatur reprehenſio ſui per conſiderationem propriæ fragilitatis: quod ſit ſuper portam Vlai, quod A interpretatur palus à palude, quæ modo viteſcit, modo deſiccata albeſcit, per conſiderationem mundanæ mutabilitatis. Secunda moralitas eſt de ariete, in quo notatur poteſtas electorum: per hircum vero poteſtas peruerſorum, vnde omnes reges deſignati per arietem ampliauerunt cultum Dei, deſignati vero per hircum impediuerunt: Aries enim dux eſt ouium, quæ erunt à dextris, hircus vero dux eorum qui erunt à ſiniſtris. Iſte aries duo habebat cornua, quibus quatuor partes mundi ventilabat, & vnum illorum erat excelſius reliquis: per arietem intelligitur prælatus, qui debet eſſe dux ſimplicium, duo cornua ſunt duæ poteſtates in Eccleſia, ſcilicet poteſtas diuinæ corrigibilitatis & humanæ, quorum vnum eſt excelſius reliquo, & in eo plus confidendum: vel duo cornua ſunt prædicatio & correctio, & his duobus ſcilicet per inſtantiam B prædicationis debet ventilare contra Orientem humanæ lætitiæ, contra Occidentem humanæ triſtitiæ, contra Aquilonem humanæ ſæuitiæ, contra Meridiem humanæ aſtutiæ. Tertia moralitas eſt, de hirco habente cornu inſigne, inter oculos, & frangitur inter quatuor cornua, ex quibus oritur cornu modicum. In hirco notatur peruerſitas malorum Prælatorum ſeu Principum iniquorum, & dicitur hircus propter fœditatem luxuriæ: hircus enim animal lubricum, & propter facultatem ſuperbiæ: ſemper enim vult præcedere: propter voracitatem vanæ gloriæ, quia ſemper depaſcitur arborum ſummitates. Sed habet cornu inſigne ſcilicet auſum temeritatis, ſemper enim credit ſe plus valere, & melius regere quam alij, ſed in cornu C ſcilicet temeritas frangitur in quatuor, ſcilicet in præſumptionem quia ſemper aſpirat ad maiora: Secundo in machinationem, quia ſemper machinatur contra omnia, ſi quid videat ſibi præeſſe: Tertio in æmulationem, quia ſemper aliis æmulatur: Quarto in defenſationem, quia ſemper propria mala defendere conatur, vnde ſi arguatur, dicit non feci, vel ſi feci, bene feci, vel ſi male feci, non multum male feci, vel ſi multum male, non mala intentione, aut non feci ſolus, at ſi conuincatur, ſtatim aliena ſuaſione ſe excuſare nititur: Vnde ſemper ſe defendit, & ex iſtis præcipue, & iſta vltima oritur nequiſſima ſcilicet obſtinatio malitioſorum, talis enim obſtinatur in ſua malitia, & facit bellum, & eleuatur aduerſus cultum D Dei, & contra omne quod eſt honoris Dei, amoris proximi, timoris diuini iudicij, ſeu diuinæ punitionis, vigoris, ſanctæ operationis, & hæc per ordinem poſuit textus.

CAP. IX.

IN anno primo Darii filii Aſſueri, &c. Hæc eſt octaua viſio, facta primo anno Darij. Habita ergo prima viſione: quia deſcribit vltimæ tribulationis decurſum, & ſecunda qua deſcribit vltimæ tribulationis E conflictum. Sequitur iſta tertia, quæ deſcribit vltimæ tribulationis ſolatium, ex conſideratione paſſionis & Chriſti paſſi. Cauſa autem originalis huius viſionis eſt inſtinctus Spiritus ſancti factus Danieli oranti, ſecundum affectum, & confitenti ſuum, ſeu populi peccatum ac poſtulanti remedium. Cauſa autem finalis eſt, vt oſtendatur tempus expiationis peccati, liberationis populi, occiſionis Chriſti, deſolationis templi, & conſolationis temporis Antichriſti. Cauſa autem materialis eſt de ſeptuaginta hebdomadibus abbreuiatis à tempore reædificationis Hieruſalem, vſque ad paſſionem Chriſti, ex cuius conſideratione erit ſolatium, tempore Antichriſti, quo tempore erit maxime

A orationi & meditationi Chriſti inſiſtendum. Cauſa autem formalis in diuiſione cap. conſiſtit; quæ talis eſt; primo ponitur orationis meritum in principio, ſecundo oſtenſionis, ſeu reuelationis terminus, infra: *cumque adhuc loquerer, & orarem & confiterer peccata mea*: Circa orationem notatur primo; collectio ſeu conditio orantis in principio: Secundo, confeſſio peccantis, ibi; *& oraui ad Dominum Deum meum*: Tertio confuſio petentis ſeu poſtulantis, ibi; *& nunc Domine qui eduxiſti populum tuum de terra Ægypti*: Quantum ad collectionem, ſeu conditionem orantis, notatur primo à ſcriptura tempus & hora; cum dicitur *in primo Anno Darii*, vbi notandum; quod licet Da- B niel intellexiſſet, ex verbis Hieremiæ Prophetæ ſeptuaginta hebdomadas, de captiuitate populi ſui impletas, poſt quas ſcilicet debebat populus liberari, & hoc Deus ordinaſſet, ſicut prædixerat Hierem. 29. cap. quia tamen propter peccata populi poterant differri; ſicut in vindicta acceleratum fuit diluuium per centum annos, propter peccata populi, ideo orauit Daniel, ne vltra liberatio populi differretur. & merito ſuæ orationis illud, & plura alia, obtinuit; *Anno primo Darii filii Aſtyagis*, qui alio nomine dictus eſt Aſſuerus, *de ſemine Medorum qui imperauit ſuper regnum Chaldæorum* ſigna ponit, ſcilicet genus Medorum, & victoriam Babyloniorum; ne propter ſimilitudinem alium Darium eſſe credamus, qui imperauit, ſupple primus ſuper regnum Chaldæorum; vnde cum dicit *ego Daniel intellexi in libris*, nempe apud Hieremiam Prophetam c. 25. Et ſeruient ei omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis, & 29. c. Cum cœperint impleri in C Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos, &c. Secundo tangitur motiuum & cauſa orationis: cum dicitur, *vt complerentur deſolationes Hieruſalem ſeptuaginta anni*, ſicut dictum eſt, &c. intellexit quod iam implebantur deſolationis Hieruſalem ſeptuaginta anni, ſicut prædictum erat per Hierem 29. c. Tertio tangitur modus & forma; cum dicitur, *& poſui faciem meam*, id eſt, totam intentionem conuerti, quia ad rem cui diligenter attendimus, faciam non dorſum vertimus, *Ad Dominum meum rogare in ieiunio*, id eſt abſtinentia, quantũ ad auſteritatem, carnem macerans *& cinere*, quantum ad humilitatem ſeipſum humilians, in pulD uere ſedens rogat Dominum vt ſuæ promiſſionis memor captiuitatem ſuam in terram ſuam reuerti faciat. Quantum ad confeſſionem peccantis, abſumit peccatum populi per charitatis affectum qui ipſe non erat talis ætatis; quando fuit ductus, vt poſſit talia commiſiſſe, quod tangitur ibi; *& oraui Dominum Deum meum*, vbi primo referat malitias deprauantes, ſcilicet omiſſionis, & commiſſionis, contra fidem. vel bonos mores; cum dicit, *& oraui, &c.* non quia eſſet incredulus promiſſioni diuinæ de populi liberatione, ſed ne ſecuritas negligentiam, negligentia ſuperbiam, ſuperbia vero pariat offenſam, offenſa vero reuocet, E vel retractet, vel retrahat promiſſum, quod per ſuam Deus clementiam promiſit; *confeſſus ſum & dixi*, & hoc debet primo in orationa fieri, *obſecro Domine Deus* blanditur illi à quo impetrare oſtendit; oſtendens eum potentem efficere quod promitit, in promiſſo autem veracem, quia; *cuſtodiens pactum*, ideſt veritatem impletam fuiſſe, niſi peccata eorum quibus promiſerat obſtitiſſent; & ideo dicit; *diligentibus te*, ergo *Domine*, quia Dominus cui debemus ſeruire, *Deus*, cui velle eſt facere, *magne* incomprehenſibilis ſapientia, potentia, & ſtrenuitate, *terribilis*, & ideo captiuantibus nos terrorem incutere poteſt, ſicut olim Pharaoni & Syſaræ, vt neceſſario Patres noſtros haberent dimittere. *Cuſtodiens pactum*, ideſt, non retractaſſes promiſſum clementer factum, ſi cuſtodiſſemus mandata tua, & dilexiſſemus te, *peccauimus*, & ideo iuſte pro peccatis noſtris flagellamur, & offenſis, quia Daniel vnus erat ex populo: præterea peccata populi enumerat; quaſi ſua, *peccauimus*, tuam iuſtitiam deſerendo, *iniquitatem fecimus*, malum pro bono; *impie egimus*, irreligioſe contra diuinum cultum operando, *& receſſimus*, à mandatis tuis gradiendo, *declinauimus à mandatis*, non formidando, *ac à iudiciis tuis*, iudicia ſunt præcepta in quibus pro culpa certa imponitur pœna. Secundo annullat circumſtantias excuſantes: quæ ſunt ignorantia & infirmitas cum dicitur, *non obediuimus ſeruis prophetis*, his qui ſcà te miſſos conteſtabantur, *qui locuti ſunt de nomine tuo regibus*, quidam enim ſolis Regibus, quidam principibus, quidam populo, quidam ſimul omnibus prophetice loquebantur, *Tibi Domine iuſtitia*, ex quo enim ſic docuiſti, iuſte patimur quod meruimus, *nobis autem confuſio faciei*, quia vt inobedientes & iniuſti, ad te oculos noſtros leuare confuſi ſumus, *ſicut eſt hodie*, ideſt, hoc tempore, *viro Iuda*, duobus regnis nominatis, ſcilicet Iuda & Iſrael, gradum ſacerdotalem impoſuit ſcilicet habitatores Hieruſalem, quia omnes communiter peccauerunt, & ideo omnes confuſio inuoluit, *propter iniquitates eorum*, quaſi diceret, de terra noſtra nos eieciſti, non tuæ crudelitati, ſed eorum iniquitati attribuendũ; *eorum*, dicit, non noſtræ, quia paruulæ ætatis erat tempore eiectionis ſuæ, & ideo non poterat talia commiſiſſe, *Tibi autem miſericordia & propitiatio, &c.* ſuperius attribuerat iuſtitiæ, nunc attribuit clementiæ, vt animum iudicis ad pietatem conuertat, *& non audiuimus vocem Domini Dei noſtri vt ambularemus in lege eius, quam poſuit nobis per ſeruos ſuos Prophetas*, licet decalogus proprie dicatur lex, tamen dicta Prophetarum communiter loquendo ſunt lex, quia talis quam tranſgredi non licet, *omnis Iſrael*, dicit quia tanta fuit paucitas legem cuſtodientium, vt neminem exciperet, *& declinauerunt ne cuſtodirent vocem tuam*, quia diuertebant à locis vbi prophetæ eius prædicabant, vel prædicare volebant. Tertio exaggerat conditiones aggrauantes, quæ ſunt obſtinatio in peccatis, & ingratitudo in beneficiis, cum dicit, *& ſtillauit ſuper nos maledictio*, ideſt minutatim ſicut pluuia ruit, quaſi diceret non totam infudiſti iram ad confundendum, ſed miſiſti ſtillam furoris ad conuertendum, maledictio quæ legitur Deut. 28. contra peccatores *quia peccauimus ei & ſtatuit ſermones ſuos ſupra nos*, id eſt, verba quibus pœnam eſt comminatus, tranſgreſſoribus, vel præuaricatoribus, in nobis adimpleuit, *vt ſuperinduceret*, ideſt, ſic ſtabilitę ſunt ſuper nos, vt malum magnum in eis contentum ſuper nos induceretur, *quale nunquam fuit ſub omni cælo*: ideſt, ſub aliqua parte cœli, *& non rogauimus: &c.* grandis duritia, vt nec in plagis poſiti Dominum rogarent, cuius ratio ſubditur, *vt reuerteremur ab iniquitatibus*, ideſt, non ſumus conuerſi ab iniquitate noſtra, quod ſit cogitando veritatem tuam *vigilauit Dominus ſuper familiam*, ideſt ad viſitandum ſuper noſtram malitiam intendit, malitia enim dum inebriat, vigilando corrumpit, vt ebrios vigilare faciat, dormit vero deferendo cum diſſimulat, hoc Hieron. & ideo: *iuſtus Dominus in omnibus operibus ſuis quæ fecit ſuper nos*, id eſt aduerſus nos, *Non enim audiuimus vocem eius*, ſcilicet vocem legis & prophetarum.

Quantum vero ad confeſſionem poſtulantis ſeu petentis, quæ tangitur, cum dicitur, *& nunc Domine Deus noſter, qui eduxiſti populum tuum*, notatur primo poſtulantis via, quæ eſt amotio mali, cum dicitur, *& nunc Domine, &c.* quæ patent vſque ibi, *auferatur obſecro ira tua à monte ſancto tuo*, ſcilicet Sion vbi templum erat in Hieruſalem, & patet vſque ibi, *in opprobrium*

brium ſunt, ideſt, omnes gentes exprobrant eis mala quæ patiuntur, *Nunc ergo exaudi Deus noſter, &c. & oſtende faciem tuam*, vt appareat quod eius memor es. Secundo poſtulantis fiducia, quia Dei clementiæ non noſtræ iuſtitiæ innititur, vnde ſequitur, *propter temetipſum*, ideſt, propter ſolam bonitatem tuam, & miſericordiam *inclina Deus meus aurem tuam, vide deſolationem noſtram & ciuitatem ſanctã ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum*, Inclina Deus dicit vt exaudiat, quia quando non inclinat aurem ad parcendum, vel conuertit oculos ad miſerendum oranti, tunc non exaudire, vel reſpicere preces dicitur, *Neque enim in iuſtificationibus*, ideſt, in noſtris iuſtificationibus, ſed potius de tua miſericordia confiſi preces fundimos. Tertio poſtulantis inſtantia, quæ eſt collocatio boni, quia petit cum dilatione ſiue deuotione, cum dicitur, *exaudi Domine, placare Domine*, iuſte nobis iratus, Ne *moreris*, cupientis animo nil ſatis feſtinatur, quia omnis mora damnoſa ſibi videtur, *quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper ciuitatem*, quaſi diceret ne moreris, qoia ciuitas & populus tuæ ditionis ſunt, & te in Dominum volunt. Nota good in qualibet iſtarum confeſſionum ſeipſum accuſar, & excuſat Dominum, & hæc eſt nobilis confeſſio.

Sequitur pars ſecunda totius cap. principalis, in qua notat ſcriptura oſtenſionis ſeu viſionis & reuelationis modum, cum dicitur; *cumque adhuc loquerer & orarem*, in qua primo ſcriptura notat videntis excitationem in principio, ſecundo viſionis Hieremiæ expoſitionem, ibi, *ſeptuaginta hebdomades abbreuiata ſunt*, Tertio in futurum extenſionem ibi *& ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit*, circa excitationem notandum, quod primo Angelus iuxta actus Hierarchicos purgat Danielis affectum, cum dicitor, *cumque adhuc loquerer & orarem*, Ecce magna humilitas cum peccatum non fecerit, populo peccatori ſe adiungit, vt ex humilitate veniam conſequatur, *confiterer*, confeſſio frequenter non in pœnitentiam ſed in laudem ſonat. quia ſecundum Chryſoſtomum, ſicut eſt confeſſio criminis, ita eſt confeſſio laudis, de qua Pſ. 65. Et pulchritudo in conſpectu eius, cætera patent, *& ecce vir Gabriel*, virum vocat, quia in forma humana apparuit, vel vocat virum, vt non ſexum ſed virtutem oſtendat: *à principio*, ideſt, in viſione præcedenti, vt dicitur, Gabriel fac intelligere viſionem. *cito*, grandis orationis effectus, quia adhuc Daniele loquente impletur *volans*, quia feſtinus vti volans, vel volans dicitur, quia forte in ſpecie qua communiter Angeli cum alis deſcribi ſolent, ad deſignandam eorum cœleſtem habitationem, aut promptitudinem ac agilitatem in exequendo diuina mandata, ipſum acceſſit, *tetigit me in tempore ſacrificij veſpertini*, à matutino vſque ad veſpertinum ſacrificium in oratione perſeuerauerat: & ideo exauditur, *tetigit me*. cum orationi deditus eram; tum me ſibi fecit intentum *docuit me*, ſeptuaginta annos deſolationis nondum eſſe completos; vt putauerat, & oſtendit quæ populo ſimiliter euentura erant, vt infra habetur. Secundo illuminat ipſius intellectum per apparitionem cum dicitur, *dixitque Daniel nunc egreſſus ſum*, vobis loquens; ſcriptura enim noſtris vtitur verbis, vt quando dicit; quod Angelus de thalamo Dei eſt egreſſus, ve ad Prophetam veniret, loquitur ſcriptura vt de quodam potente; miniſtros ſuos ad negotia & varia loca deſtinare, *egreſſus*, ergo non regreſſum à Deo ſed acceſſum deſignat, *vt docerem te*, quod per te intelligere non valeres quia obſcura eſt viſio prophetiæ ipſius Hieremiæ de liberatione & completione deſolationis populi, & ideo, *ab exordio precum tuarum*, quia ſtatim vt rogare cœpiſti, miſericordiam impetraſti, & ſermo Domini iniunctus eſt mihi referendus, *quia vir deſideriorum es*, ideſt, magna deſiderans; & vehementiam habes deſiderij ad liberationem tuorum, & intelligentiam ſecretorum, & ideo ſtatim meruiſti exaudiri. Tertio perficit ſiue excitat eius conatum per attentionem, cum dicitur, *tu ergo animaduerte*, ideſt, totum recollige & intellige viſionem & Prophetiam Hieremiæ de ſeptuagiuta annis deſolationis quam nondum intellexiſti, neque enim adhuc viderat veritatem viſioois, neque annos deſolationis, ſed qoia completos credebat & captiuitas laxata non erat, pro eius laxatione anxie Dominum ſopplicabat, & ideo Angelos intellectum & prophetiam facilem oſtendit, & quoniam captiuitas in hac prophetia deſignata vſque ad Chriſtum laxanda non erat: Circa viſionis ex-

B poſitionem quæ eſt de Chriſti aduentu & morte, tangitur primo fructus deſcendentis cum dicitur: *ſeptuaginta hebdomades abbreuiata ſunt*, hebdomadæ ſeptuaginta ſeptimanæ annorum ſunt, quæ faciunt 490. annos, qui ſunt diſpoſiti à Deo, vt populus & ciuitas moleſtetur: dicit autem, *abbreuiata ſunt*, quia hebdomadæ illæ annorum, ſecundum annos lunares, qui ſunt minores ſolaribus debent ſumi, quia annus ſolaris habet plus vndecim dies quam lunaris, & hi vndecim dies dicuntur Epacta, ideſt adiuncta pars ad annum lunarem, vnde quando annus ſolaris habet ex collectione illarum Epactarum vnam lunam, tunc habet tredecim lunationes & illa lunatio 13. dicitor Emboliſmalis, & annus ille dicitur Emboliſmalis, ideſt prægnans vna lunatione, dicit ergo, *ſuper populum & ſuper vrbem ſanctam tuam*, populum ſcilicet Iſraeliticum & vrbem nempe Hieruſalem, populum, dicit tuum, ſicut dicitur Exod. 32. Peccauit populus tuus, quaſi non meus quia me deſeruit, *& conſumetur præuaricatio*, ideſt, in iſtis ſeptimanis ſoluetur captiuitas, quia in illis expiabitur falſitas, *& finem accipiat peccatum & deleatur iniquitas*, quæ cauſæ captiuitatis extiterunt *& adducatur iuſtitia ſempiterna*, quia Chriſtus naſcetur qui vincet iuſtitiam legis, *& impleatur viſio*, quia ex tunc prophetalis viſio non inuenietur in Iſrael. *& vngetur ſanctum ſanctorum*, cui dicitur Pſal. 44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. ſecundo tangitur tempus venientis, cum dicitur, *ſcito ergo & animaduerte*:

D quaſi diceret omnia quæ dicta ſunt, fient in illis ſeptimanis, nunc autem vide per partes quo ordine complebuntur quæ modo ſperantur, *animaduerte*, ſcilicet quomodo accident per partes quæ ventura ſunt, *vſque ad Chriſtum Ducem, ab exitu ſermonis vt reædificetur Hieruſalem*, ideſt 20. anno Artaxerxis, à quo data eſt licentia reædificandi Hieruſalem, vt Neemiæ 2. cap. dicitur; *hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta dua*, ideſt à data licentia ab Artaxerxe, & ſeptem hebdomadibus reædificabitur Hieruſalem, & muri eius per Neemiam in circuitu. *& platea eius in anguſtia temporum*, quia in tribulatione & anguſtia grauitee eos opprimente, magiſtratuum iniqoitate, hoſtium crudelitate, domeſticorum etiam cupiditate, ita vt liberos ſuos pro victu vendere cogerentur, ſicut pa-

E tet Neemiæ 4. cap. Tertio tangitur modus paſſionis, dom dicitur, *& poſt hebdomades ſexaginta dum occidetur Chriſtus*, ideſt, poſt illas ſeptem hebdomadas, in quibus reædificabitur ciuitas, *& poſt illas hebdomadas ſexaginta duas*, ſuppl. ſequentes ſeptem poſtpoſitas, ideſt, quadringentos quadraginta & vnum annos completos, ideſt, ſeptima hebdomada ſequenti, *occidetur Chriſtus & non erit eius populus*, exponitur à quibus occidetur, quia à populo quondam ſoo, à quo negabitur, nec ei credetur: cum dicturi ſint, oon habemus Regem niſi Cæſarem, item tolle crucifige eum, vnde cum dicit, *ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus*, ſubdit pœnam prædictæ occiſionis & negationis,

D

quia populus Romanus cum duce Veſpaſiano, *ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit*, ſcilicet populus Dominans venturus, ideſt, qui in futurum eſt dominaturus; *& finis eius vaſtitas*, ideſt, finis ipſius erit Romana deſtructio & vaſtatio eius, *& poſt finem belli*, ideſt non ſolum tunc per bellum deuaſtabitur, ſed durabit deſolatio in æternum per diuinum ſtatutum, quia Hieruſalem conculcabitur à gentibus, donec impleantur tempora oationum. Lucæ. 21. vnde cum dicit *confirmabit autem pactum*, addit quid ad inſtantiam orationis Danielis ſubſequetur, in quo oſtendit. quare hanc hebdomadam ſeparauerit ab alijs, quia licet facta ſunt in ea opera inſignia, nam tranſactis tribus annis & dimidio Chriſtus baptizatus eſt, & Ioannes in tertio cœperat baptizare, in alia autem medietate circa finem occiſus eſt, & ita hebdomada adiuncta confirmauit pactum redemptionis noſtræ; *& in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia*, ideſt, vltima medietate circa finem deficiet hoſtia, quia adueniente veritate ceſſabunt verba, *& erit in templo abominatio deſolationis*, ideſt, abominanda, & deſolata erunt ſacrificia poſt mortem Chriſti ſecundum quoſdam, ſed hoc non concordat ſententiæ Euangelij, & ideo dicendum, quod ibi loquitur de deſolatione futura poſt paſſionem, quando Ælios Adrianus idolum abominandum poſuit in templo Hieroſol. cuius funditus deſtructa eſt ciuitas, nunquam vlterius reædificanda, & ideo ſequitur, *& vſque ad conſummationem & finem durabit hac deſolatio*, hoc eſt, non conſummabitur vſque ad finem temporis.

Vocabula obſcura patent in littera.

Argumenta literalia ſunt quatuor. Primum eſt quod in rebus à Deo promiſſis & ordinatis oon eſt dimittenda oratio, propter ſecuritatem orationis diuinæ quia magna ſecuritas in promiſſis parit offenſam, & ſicut propter offenſam patientia, vel vindicta aliquando acceleratur, ſicut patet de tempore Noe populo ad pœnitendum dato, quod propter ſecuritatem & abuſum fuit abbreuiatum ſicut dictum eſt, ſic & de beneficio à Deo conferendo. Vnde Daniel licet intelligeret ex prophetia Hieremię, quod ſeptuaginta hebdomadæ eſſent pręordinatæ à Deo vſque ad tempus Chriſti, tamen adhuc non ceſſauit orare; vt ſic fieret nec differretur vltra.

Secundum eſt, quod quilibet debet deflere & confiteri peccata proximi ſui, quaſi ſua, & debet confitenti maxime compati. Tertium eſt quod quando Deus punit malitias noſtras, tunc dicitur vigilare ſuper nos, vt patet ibi, & vigilauit Dominus, quando vero diſſimulat dicitur dormire. Quartum eſt, quod ad preces hominis deuoti, ſtatim cum orare incipit, Deus exaudit, & aſſiſtunt Angeli, & ideo ſtatim ab exordio precum Danielis, Deus eum exaudiuit; & Angelus adfuit. Vnde videtur ſecundum illud Pſal. 67. Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus, &c. qoaſi dicat quod Angeli ſunt principes qui præuenerunt orantes, & cantantes ſcilicet deuotos homines, qui in medio creaturarum excitant hominem ad laudem ſui creatoris tanquam puellæ Tympaniſtriæ, ad gaudium homines excitantes, vt tales homines deuoti ſic laudent Dominum.

Sententiæ dubiæ ſunt ſex. Prima eſt quare Daniel & intelligens ex ſcripturis tempus liberationis popoli, ita feruide pro ipſa Deum orabat. Reſpondetur primo quod non certo & infallibiliter durationem temporis captiuitatis ſciebat Daniel. Vel ſecundo dicendum qood Daniel orabat, timens ne propter peccata quæ indies committebat populus, illum Deus in captiuitate detineret, non enim exiſtimabat Daniel, tempus illud eſſe præfixum, ſecundum abſolutum

A Dei ęternum decretum, aut tertio Reſponderi poteſt ſecundum Hieronymum, quod Daniel orauit oe ſecuritas pareret negligentiam, & negligentia pareret Dei offenſam, &c. vt in litera dictum eſt. Quarto Reſpondetur quod Daniel orauit vt quod Deus miſericorditer promiſerat, per ipſius orationem impleret. Aut quinto dici poteſt, quod cum præcedenti in idem fere coincidit, quod ſic erat decretum à Deo vt per orationem deberet impleri, ſob diuino enim decreto, non ſolum cadit effectus, verum etiam modus effectus. Secunda dubitatio eſt, vtrum ſeptuaginta hebdomadæ ſint accipiendæ aonorum non dierum, ſicut apud Danielem 4. cap. dormies ſuper latus tuum quadraginta diebus, diem inquit pro

B anno dedit tibi, & in hoc etiam conoeniunt omnes, tam Iudæi, quam Græci, & Latini quia ſi acciperentur hebdomadæ dierum, cum nec poſt viſionem nec poſt exordium ſermonis acciderit aliquid notabile, nec vixit Chriſtus, nec fuit occiſus, etiam vbicunque eas incipias computare non fuiſſent completa quæ dicuntur iſto cap. quare ſunt accipiendæ hebdomadæ annorum non dierum. Tertia dubitatio eſt, vtrum ſint hebdomadæ annorum ſolarium vel lunarium. Dicendum qood ſolarium quod patet quia dicuntur hebdomadę abbreuiatę, quia annus qui conſtat ex tredecim menſibus ſu-

C perat lunarem, qui conſtat ex tredecim lunationibus, in vodecim diebus, quia tredecim menſes ſolares habent trecentos ſexaginta quinque dies, anni aotem lunares non habent niſi trecentos quinquaginta quatuor, ac per hoc hebdomadæ annorum lunarium, in ſeptuaginta ſaptem diebus ſuperantur. Item patet ea hoc, quia ſcriptura computat annos lunares, & menſes, quia primam diem menſis vocat ueomeniam, ſeu lunam primam, & vodecimam diem menſis vocat lunam vndecimam, ſicut patet Exod. 13. & in multis aliis locis ſcripturæ, & tamen nec prima luna prima dies eſt, nec vndecima luna eſt vndecimus dies menſis ſolaris, tum quia omnes tabulæ Hieroſolymitanę factę ſecundum Hebręos currunt per annos lunares & menſes, ex quibus patet computum ſcrip-

D turę correre per annos lunares. Quarta dubitatio eſt, & quæritur hoc ſoppoſito, vbi debeamus hebdomadas numerare, vtrum ſcilicet à tempore quo Angelus loquebator Danieli, ſicut dicunt Hebræi, quod fuit anno primo Darij, qui interfecit Balthaſar vt habetur ſupra 5. cap. quod probant ex eo, quod dicitur hoc capite: ſcito ergo & animaduerte ab exitu ſermonis vt iterum reædificaretur Hieruſalem, &c. ac per hoc dicunt ipſas eſſe completas, ſub Ælio Adriano Imperatore, ſub quo reædificata eſt ciuitas primo per Veſpaſianum deſtructa, etiam poſtea rebellantibus Iudæis per Ducem exercitus Ælii Adriani, & deinde in loco vbi Chriſtus paſſus eſt reædificata. Sed dicendum ſecundum Hieronymum & Bedam, quod ſunt computandæ à vigeſimo Anno Artaxerxis, qoando Neemias impetrauit licentiam à

E Rege reparandi muros Hieruſalem, ſicut habetur Neemiæ 3. quod patet ex hoc quod hic dicitur. Animaduerte ab exitu ſermonis vt reædificetur Hieruſalem, &c. ergo à licentia reædificandi Hieruſalem eſt numerus inchoandus hebdomadarum. Item patet per Chronicas regni Perſarum, Græcorum & Romanorum, vſque ad Natiuitatem Chriſti, quibus nos oportet credere in computatione temporum vſque ad Chriſtum, cum ex ſcriptura clare oon habeatur, Regni enim Perſarum ſupputantur anni ducenti triginta à primo anno Cyri Perſarum Regis, qui regnauit poſt dictum Darium; poſt illos vero Macedonum ſupputantur

trecenti;

trecenti, poſtea vero vſque ad natiuitatem Chriſti triginta. Ergo ab initio Cyri Regis Perſarum vſque ad natiuitatem Chriſti ſunt anni quingenti ſexaginta, ex quibus quadringenti nonaginta nouem faciunt ſeptuaginta hebdomadas lunares completas, vt patet numeranti, ergo ſuperfluunt vſque ad natiuitatem Chriſti anni ſeptuaginta, qui faciunt hebdomadas decem, & ſic falſa eſt præfata Iudæorum computatio. Suppoſito autem quod computatio incipiat à vigeſimo anno Artaxerxis, vt dictum eſt, probatur de neceſſitate ſeptuaginta hebdomadas completas eſſe: Nam à vigeſimo anno Artaxerxis vſque ad decimum octauum Tyberii Cæſaris, quando paſſus eſt Chriſtus computantur quadringenti & ſeptuaginta quinque anni ſolares, vt patet per prædictas Chronicas: quadringenti autem & ſeptuaginta quinque anni ſolares faciunt quadringentos & nonaginta annos lunares, hi autem faciunt hebdomadas ſeptuaginta, ergo vere ſunt completæ prædictæ hebdomadæ decimo octauo anno Tyberii Cæſaris, ac per hoc in morte Chriſti: Quod autem quadringenti & ſeptuaginta quinque anni ſolares, faciant quadringentos & quadraginta lunares, patet manifeſte per computationem colligendo excreſcentias tot annorum ſolarium ad totidem annos lunares, quia annus ſolaris excedit annum lunarem in vndecim diebus, vt ſupra dictum eſt. Excreſcentia autem quadringentorum ſeptuaginta quinque annorum ſolariũ facit quindecim annos præter quinque menſes, qui ſupplentur ex decimo octauo anno Tyberii Cæſaris in quo paſſus eſt Dominus ac per hoc 490. anni lunares, qui ſunt ſeptuaginta hebdomadæ annorum completi. Quinta dubitatio eſt, quare diſtinguantur hebdomadæ in ſeptem & ſexagintaduas, & in vnam hebdomadas, vtrum talis modus ponendi iſtum numerum deſignet aliquid, vel non. Dicunt autem Iudæi, hec eſſe proprietatem Hebraici Idiomatis, & antiquæ locutionis vel latinitatis vt ſemper numerum minorem præponat maiori, nos enim dicimus iuxta morem linguæ noſtræ, Abraham vixit centum & ſeptuaginta annis, ſi hæc ratio eſſet vera tunc debuiſſet ſic dixiſſe, poſt 2. & ſeptem & ſexaginta hebdomadas occidetur Chriſtus, & ideo dic rationem quam Angelus inſinuat, cum enim dixiſſet vſque ad Chriſtum ducem hebdomadæ ſeptem & ſexaginta duæ erunt, ſubdit rationem diſtinctionis dicens, ideo præmiſi ſeptem, quia in illo tempore ſcilicet in 49. annis reædificabitur Hieruſalem, licet cum repugnantia hoſtium, vt patet Nehemię 4. ca. ideo hoc eſt ſingulariter memorię tenendum, addidit vero 62. ad deſignandum tempus prędicationis Ioannis Baptiſtę, ſiue ad vltimum, in cuius fine occidetur Chriſtus, ideo ante vnam hebdomadam, ſcilicet vltimam ſeparaui ab aliis, quia in illa ſcilicet fient opera priuilegiata, & ſingulari memoria digna, ſcilicet tempora prędicationis Ioannis & Chriſti, & ideo ſingularis numerata eſt illa vltima hebdomada. Sexta dubitatio poteſt eſſe de quo tempore intelligatur id quod dicitur de abominatione deſolationis quę erit in templo: nam aliqui exiſtimant in tempore finali hoc eſſe adimplendum per Antichriſtum ſcilicet quem putant in templo Hieroſolymitano eſſe adorandum tanquam Meſſiam, pro quorum autem opinione facit quod Chriſtus Mat. 24. illam de tempore finali expoſuiſſe videtur, nam poſtquam ibidem abominationem deſolationis prędictam in hoc cap. Danielis commemoraſſet, ſubiungit immediate ſubſecuturas tunc magnas illas calamitates, & afflictiones, ſignaque quę tempore finali futura prępunciantur, ergo prędicta abominatio deſolationis Chriſto interprete in finali tempore ſubſequetur. Sed

A nihilominus dicendum eſt, quod hoc ſtare non poteſt eo quod dicta abominatio deſolationis implicet, ab Angelo in vindictam occiſionis Chriſti parum poſt hebdomadarum impletionem futura. Quapropter dicendum eſt, quod intelligatur de abominatione deſolationis, quę fuit tempore Ælii Adriani, cui nullus aptius accommodari poteſt, nam ad literam hoc tum impletum eſt. Ælius enim Adrianus dedit licentiam Iudæis, qui erant Romæ captiui per Titum quod irent Hieruſalem, quod & fecerunt, & tunc mandauit eis, quod ponerent Idolum in templo, & ipſi noluerunt, tunc ipſe iratus iuit Hieruſalem, & funditus eam deſtruxit. Alibi etiam manifeſtius loquitur Chriſtus de hac deſolatione, Luc. nimirum 21. dicens. Cum videritis ab exercitu circumdari Hieruſalem, &c. Pro B ſolutione autem argumenti in oppoſitum aduertendum eſt, quod poſtquam in allegato loco. Matth. Chriſtus diſcipulis ſuis deſignauerat templi Hieroſolymitani futuram vaſtationem & euerſionem, duas ipſi propoſuerunt diſcipuli quæſtiones, alteram ſcilicet de tempore deſtructionis dicti templi, alteram vero de tempore aduentus ipſius, & conſummationis ſeculi, quarum primam ſoluit prædicens, prius tanquam ſignum imminentis deſtructionis templi calamitates plurimas, famem ſcilicet, peſtem &c. poſtmodum declarat ipſam templi vaſtationem ſubſecuturam, tunc quando hoc Danielis vaticinium de abominatione deſolationis templi implebitur, & in hoc terminat præfatæ primæ quæſtionis ſolutionem. quæ autem de perſecutionibus & ſignis tempore An- C tichriſti inferius deſignat, pertinent ad ſecundæ quęſtionis ſolutionem.

Morales ſententię ſunt tres: prima eſt enunciatio hebdomadarum, ſeu diuiſio. Diuiduntur enim hebdomadę, in ſeptem & ſexaginta duas & vnam: ſignificabat enim Angelus Danieli quod poſt ſeptuaginta hebdomadas debebat fieri perfecta liberatio per Chriſtum, per ſeptem ergo hebdomadas ſignificatur ſtatus pœnitentię. Quantum ad ſtatum pœnitentię ſunt ſeptem hebdomadę, prima eſt horarum, ſecunda dierum, tertia ſeptimanarum, quarta menſium, quinta annorum, ſexta ſeptimanarum annorum, ſeptima ſeptuageſimorum. Pri- D ma hebdomada ſcilicet horarum eſt curationis, Ioannis. 4. Heri hora ſeptima reliquit eum febris. Secunda ſcilicet dierum eſt requietionis Geneſ. 2. Requieuit Deus die ſeptimo ab omni opere quod patrarat. Tertia ſcilicet ſeptimanarum, eſt notitię & diſcretionis, & dilectionis. Vnde poſt ſeptem hebdomadas ab exitu ex Ægypto data eſt lex. Exod. 20. Et poſt ſeptem hebdomadas à reſurrectione datus eſt Spiritus ſanctus: in lege autem ſignificatur diſcretio, quia ipſa eſt amor. Quarta ſcilicet menſium eſt afflictionis, & humiliationis, quia menſe ſeptimo debebant affligare ſe. Leuit. 23. Decimo die menſis huius ſeptimi dies expiationum erit, ſequitur, affligetis animas veſtras. Quinta ſcilicet annorum, eſt erogationis, & E cogitationis, quia anno ſeptimo debebat terra quieſcere, & omnes fructus debebant dimitti pauperibus. Leuit. 25. Sexta ſcilicet ſeptimanarum annorum, eſt promiſſionis, nam quinquageſimus annus, in quo ſunt ſepties ſeptem erat iubilęus & tunc vnuſquiſque redibat ad propria, Leuit. 25. Numerabis tibi quoque ſeptem hebdomadas annorum, &c. Septima ſcilicet annorum ſeptuagenorum eſt indulgentię & remiſſionis, vt Dominus requirenti Petro Matth. 18. cap. quoties erat remittendum fratri offendenti, num vſque ſepties, reſpondit, non dico tibi vſque ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties. Eſt etiã hęc hebdomada punitionis, vnde Geneſ. 4. dixit Lamech ſeptuplum dabitur

Cain, de Lamech vero ſeptuageſies ſepties, & in bis eſt perfectus ſtatus pœnitentiæ, nam primo debet homo curari à culpa, ſecundo quieſcere ab ea & orare. Tertio debet legem percipere ſeruando mandata Domini, & proximū diligere. Quarto debet ſe affligere & humiliare. Quinto Eleemoſynas facere. Sexto ad terrā promiſſionis anhelare. Septimo in ſe peccantibus indulgere, & ſeipſum punire. Quantum ad ſtatum præſtolantiæ qui deſignatur per ſexaginta duas hebdomadas, notandum quod ſexageſimus ſurgit ex ductu denarii in ſenarium, vel econtrario, per denarium enim deſignatur informatio fidei ſeu diſciplina morum, quæ conſiſtit in decem præceptis. Vnde Dominus requirenti adoleſcenti, quid faciendo vitam æternam poſſidebo. Matth. 19. reſpondit, præcepta noſti, & finaliter concludit: ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata, & ideo dicit Moyſes Deut. 14. Decem verba quæ ſcripſit in tabulis lapideis, mihi quoque mandauit vt docerem vos perſeuerare in continuatione operis laborioſi Leuit. 24. Sex diebus facietis opus per dualitatem, geminatio perfectionis, ſeu modorum viuendi, ſcilicet actiuus & contemplatiuus. Matth. 18. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re, quamcunque petierint fiet illis à patre meo, quia illi qui ſecundum hos duos modos viuendi viuent, certitudinaliter poſſunt promiſſa Dei poſtulare. Denarius ergo nunc, in quo informatio fidei & morum, ductus per ſenarium in quo eſt continuatio laborum perducit ad dualitatem in qua eſt contemplatio actionum & contemplationum. Quantum ad ſtatum patientiæ, qui notatur in hebdomada vna, quia textus eam attribuit maxime paſſioni Chriſti. Notandum quod hebdomada hæc habuit dies ſeptem Nam prima die Sabbati hoc eſt Dominica præcedente ſuam paſſionem, ſcilicet Dominica in ramis palmarum fuit exploratus. Dicebant enim quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit, ſi dimittimus, &c. Ioann. 11. Secunda die Lunæ fuit interrogatus, dicebant vſquequo animas noſtras tollis, ſi tu es Chriſtus dic nobis palam? Ioan. 10. Tertia die, ideſt Martis fuit ſententiatus, dicebant enim. Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo & non tota gens pereat. Ioann. 11. Quarta die Mercurii fuit venditus, & dixit enim Iudas, quid mihi vultis dare, & ego vobis eum tradam, at illi conſtituerunt ei triginta argenteos Matt. 26. Quinta die Iouis fuit traditus. Quemcumque oſculatus fuero ipſe eſt, tenete eum. Mat. 26. Sexta die Veneris, fuit crucifixus, quia tum Paraſceue erat Iudæorum, quod eſt prope Sabbathum. Ioan. 19. Septimo die Sabbathi fuit ſepultus: Erat in loco vbi Crucifixus eſt hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quiſquam poſitus erat, ibi ergo propter Paraſceuen, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum Ioan. 19. Sic ergo habebimus ſeptem hebdomadas pœnitentiæ, ſeptuaginta duas præſtolantiæ, & vnam patientiæ.

CAP. X.

ANno tertio regni Cyri regis Perſarum, &c. Hæc eſt viſio nona, tertio anno Cyri Perſarum Regis facta, ſeu viſio, in qua tangitur vltimæ tribulationis terminus. ſub figura primæ tribulationis Babylonicæ & cauſa originalis eſt inſtinctus ſpiritus ſancti habitua precum inſtantia, ieiuniorum duritia, corporis angaria, affectus & deſiderii vehementia. Cauſa finalis eſt conſolatio tribulatorum, oſtendendo in Angelo proſperitatem eorum tam temporalem, quam ſpiritualem

A in figura viri apparentis, & verbo illius, & ideo hæc viſio ingerit finale ſolatium quoad populum, quoad Chriſtum, quoad corpus myſticum: quoad quemlibet iuſtum. Cauſa autem ſeu continentia materialis ipſius eſt, de viro mirabiliter apparente, & imminentem populi liberationem nunciante, & per conſequens terminum vltimæ tribulationis, ſub typo Iudaici populi de captiuitate Babylonica liberati oſtendente. Cauſa vero finalis, quæ in diuiſione capituli conſiſtit, talis eſt, quia caput ipſum habet quatuor facies; In prima ponitur videndi diſpoſitio, in principio: in ſecunda viſionis apparitio ibi, *& leuaui oculos meos*, in tertia viſionis expoſitio, ibi, *& ecce manus Domini tetigit me*, in quarta videntis trepidatio, ibi, *cumque loqueretur huiuſcemodi verba*:
B Quantum ad videndi diſpoſitionem notat ſcriptura modum, quia viſum intellectualiter, quantum ad initium, in principio medium, quia impetratum lamentabiliter, quantum ad proceſſum ibi, *in diebus illis lugebam ego Daniel*, terminum, quia impletum celeriter & celebriter, quantum ad tempus & locum, ibi, *die autem vigeſima quarta menſis primi*, Circa diſpoſitionis modum notat primo ſcriptura huius viſionis à præcedenti diſtinctionem, cum dicitur; *Anno tertio regni Cyri Regis Perſarum*, id eſt, mortuo Dario auunculo, cuius primo anno Daniel ſeptuaginta hebdomadarum ſeriem cognouerat. Hic annus de quo hic agitur, tertius eſt, quo ſolus Cyrus poſt auunculum regnabat, *verbum reuelatum eſt*, id
C eſt, res quædam arcana. Secundo notat ſcriptura Danielis recognitionem, cum dicitur, *Danieli cognomento Balthaſar*, plures vocabantur Danieles, & ideo per cognominationem notificat, de quo loquitur. Tertio, notat rei oſtenſæ conditionem, cum dicitur, *& verum verbum*, verum ſcilicet ad intelligendum, ſed, *fortitudo magna*, ad implendum, quæ res iſta fuerit, ſub ſilentio repreſſit, ſubiungit tamen quod illam intellexerit, cum dicit, *intellexitque ſermonem*, ideſt, non ſolum ſenſibilem & imaginariam viſionem habuit, verum etiam intellectuali notitia verbi reuelati ſignificationem cognouit, *intelligentia enim opus eſt viſione*, ſupple prophetica, fruſtra enim videt viſionem, qui eam non intelligit: ex qua patet, quod propria
D Prophetæ ſemper intellexerint viſa, vnde Pharao non fuit Propheta, quamuis viſionem habuerit imaginariam, Geneſ. 14. Circa diſpoſitionis medium, quia interpretatum lamentabiliter. Quantum ad proceſſum, cum dicitur; *in diebus illis ego Daniel*, notat primo ſcriptura ipſius prophetæ luctum & afflictionem, cum dicitur; *in diebus illis* quibus verbum reuelatum eſt, quod intellexiſſe ſe dixit, *ego Daniel*, reuelato ſibi forti ſermone lugentium more, cœpit ſe ipſum affligere viginti & vno diebus, *panem deſiderabilem*, id eſt, à ſuauiori cibo ſe abſtinens, & carne, & vino & vnguentis, quibus vtuntur Perſæ, & Indi, pro balneis, vt dicit Hieron. & hoc fecit vt ampliora ſibi reuelarentur, vbi docemur, quod diebus ieiu-
E nii à cibis delicatis debemus abſtinere. Secundo notat curſum & completionem, cum dicitur, *donec complerentur trium ſeptimanarum dies*, ne tráſitoria & fortuita videretur tentatio. Circa diſpoſitionis terminum quæ tangitur, cum dicitur, *die autem vigeſima quarta*, notat ſcriptura primo tempus reuelationis, quia vigeſima quarta die menſis primi, qui eſt Aprilis, & inchoatur cum lunatione Martii, quia ſemper eſt lunatio iſtius menſis, in quo terminatur, & ab ea menſis lunaris denominatur. Secundo notat locum habitationis, quia iuxta fluuiū magnum qui eſt Tygris, hic enim fluuius vnus eſt de quatuor fluminibus Paradiſi, Tygris vocatus ob velocitatem ſui curſus à Tygride quod eſt animal velociſſimum, Ezechieli enim iuxta fluuium, &

Ioannis Baptiſtæ iuxta fluuium Iordanis aperiuntur cœli & videntur viſiones

Quantum ad viſionis apparitionem quæ tangitur, cum dicitur; *& leuaui oculos meos.* Primo notat ſcriptura, quia viſio fuit mirabilis quoad modum intuitionis, cum dicitur; *& leuaui oculos meos*, quia dimiſſo prius vultu in terram orauerat; eleuatione autem opus eſt, vt viſionem myſticam cernere valeamus, *& vidi*, non in ſomniis vt prius, ſed vel in ſpiritu, quia vidit imagines, vel corporeis oculis Angelus, qui ei apparuit in forma hominis ab eo viſus eſt; tum etiam quoad perſonam apparentem cum dicitur; *& ecce vir vnus veſtitus lineis*, id eſt ſtola byſſina indutus apparuit; *& renes eius accincti auro obrizo*, id eſt zona quæ erat intexta lamina rudis auri, *corpus eius quaſi Chryſolithus*; caro enim eius erat quaſi Chryſolithus, qui vnus eſt ex duodecim gemmis, quæ erant in veſte ſummi ſacerdotis. Exo. 39. eſt autem auro ſimilis cum quadam ſpecie marini coloris: *& facies eius ſicut ſpecies fulguris*, id eſt retinebat faciem eius, quaſi ignis, cuius ſimilitudinem & ſpeciem habet fulgur; *& oculi eius vt lampas ardens*: quia ita clari erant oculi eius; vt duæ flammæ viderentur, *& brachia eius, & quæ deorſum ſunt vſque ad pedes quaſi ſpecies æris candentis*. genus æris eſt quod candens dicitur, cui à brachiis & infra aſſimilabatur, *& vox ſermonum eius & vox multitudinis* id eſt, ſic reboabat loquens, ac ſi multitudo loqueretur. Secundo notat, quod viſio fuit ſingularis, quoad perſonam aſſiſtentem, cum dicitur, *vidi ego Daniel ſolus viſionem*, id eſt, Angelum apparentem, ſicut Paulus. Act. 9. cæteris non videntibus: & ideo ſequitur; *viri autem qui mecum erant non viderunt, ſed terror nimius irruit ſuper eos*, non ex viſione, ſed ex naturæ cœleſtis præſentia natura fragilis concutitur, *& fugerunt in abſconditum* id eſt, in abditum latibulum, *ego autem relictus ſolus*, &c. cæteris præ terrore fugientibus. Tertio notatur, quod fuit terribilis, quantum ad perſonam apparentem, *& non remanſit in me fortitudo*, qua ſcilicet poſſem ſtare, ſed ruî in faciem meam, *& ſpecies mea immutata eſt*, id eſt. color faciei, quia pallor faciem meam cooperuit præ timore, *& emarcui*, ex Angelica viſione, quia languidus effectus ſum, ſicut herba euulſa priſtinum colorem perdit pariter & vigorem, ita ego vigorem & decorem ex aſpectu Angelico perdidi, & ideo dicit *nec habui quicquam virium*, ad loquendum, *& audiui vocem ſermonum eius. & audiens iacebam conſternatus*, ad auditum ſcilicet vocis proſtratus, non audebam ſtare iuxta eum, *& vultus meus hærebat terræ*, vultu enim & ventre hærebat terræ, nil habens quo ſe corde amplius humiliaret.

Quantum ad viſionis expoſitionem quæ tangitur, ibi, *& ecce manus tetigit me*. quæ fuit facta illuminando intellectum, excitando affectum. & erigendo conatum, notat ſcriptura quod fuit liberationis procuratio; quia oratio Danielis, cum dicitur, *& ecce manus tetigit me*, ſcilicet apparentis in forma humana: Eandem eſſe formam opinantur Iudæi in Deo & Angelo, propter id Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, *tetigit me*, inquit, humanam ad Prophetam mittit formam, vt ſui generis corpus aſpiciens, nequaquam paueat, *& erexit me ſuper genua mea*, non penitus erexit, ſed ſic vt vultu & ventre paululum à terra erectis genua & manus adhuc terræ inhærerent, & ideo dicit, *& ſuper articulos manuum mearum. Et dixit ad me, Daniel vir deſideriorum*, quaſi diceret, tu precum inſtantia & afflictionis diuturnitate oſtendis, quod cupis ſcire Dei ſecreta, & ideo, *intellige verba quæ ego loquor ad te*, id eſt attente auſculta, *& ſta in gradu*, id eſt, ſuper pedes tuos. *Nunc enim miſſus ſum ad te. Cumque mihi dixiſſet ſermonem iſtum*,

A *ſteti tremens*, quia terribile aſpectu, & quia timebat Dominum in aliquo offendiſſe, quare ita tarde ſit exauditus, quia alias nondum finita oratione conſueuerat exaudiri, *Noli metuere Daniel quia ex die primo*, &c. timorem prædictum ab eo excludens, dicit eum in conſpectu Dei eo tempore ſtatim quo cœpit ſe affligere, exauditum, & moræ ſuæ cauſam ſubiungit, cum ſecundo notat, quod ſit liberationis retardatiuum, quia peccatum Iſraelis, cum dicitur, *Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi*, id eſt Angelus Perſis præfectus tribus hebdomadibus, quibus orare cœpiſti, mihi reſtitit in conſpectu Dei, quo propter ſermones tuos veni: &

B ideo dicitur, *princeps autē &c.* Tertio notat ſcriptura, quod fuerit impetratiuū, quia auxilium Michaelis, cum dicitur, *& ecce Michael vnus de principibus primis*, quaſi diceret reſiſtente illo precibus tuis, & meæ legationi preces tuas offerente, vt captiuitas laxaretur, Michael qui præeſt populo tuo Iſrael, iuuit me offerēs orationes tuas, *& ego remanſi ibi iuxta Regem Perſarum*, & ideo tardaui tibi de intelligentia populi tui nunciare, *veni autem vt docerem te*, & ex hoc patet quod idcirco tot diebus ſe afflixerat, vt ſciret, quæ in nouiſſimis temporibus in conſummatione ſeculi eſſent populo ſuo euentura, *quoniam adhuc viſio in dies*, id eſt, viſio de hirco & ariete & cornu modico prolongabitur, & cōplebitur in fine poſt longū tempus, vnde & ibi dixit, tu ergo ſigna viſionem, quia poſt multos dies erit, ſupra 8. cap.

Quantum ad videntis trepidationem, quæ tangitur cum dicitur, *cumque loqueretur mihi huiuſcemodi verba* notat ſcriptura quod primo Daniel deiicitur ad humi-

C liandum, ex ſplendore Angeli apparentis, cum dicitur *cumque loqueretur mihi huiuſcemodi verba, deieci vultum* ex humilitate colloquii, *& tacui*, ex ſtupore iudiciū *& ecce quaſi ſimilitudo hominis tetigit labia mea*, quaſi diceret: perſona tangens me, non humana erat, ſed ſimilis humanæ, *& aperiens os meum locutus ſum*, qui prius vultu in terra dimiſſo loqui non præſumpſi, locutus ſum in tactu labiorum, intelligens licentiam mihi dari, *& dixi ad eum* &c. *diſſolutæ ſunt compages meæ*, id eſt, nerui & iuncturæ membrorum, alia litera habet *conuerſa ſunt interiora mea & in me nil remanſit virium. Et quomodo poterit ſeruus* Domini mei loqui *&c.* in miſſo mittentem honorat ſeruum ſe vocans *& halitus meus*

D *intercluditur*, quia ad interiora retractus, vt cum Deus ſit ibi, in te præſente halitus non audet exire. Secundo notatur quod erigitur ad auſcultandum, cum dicitur, *rurſum ergo tetigit me quaſi manus hominis*, ſicut ſupra qui miſſus eſt ad me, erat ſimilis homini, *& confortauit me*, diffidenti præ formidine præbuit mihi tactu ſuo vt pauor à corde recederet, *& dixit noli metuere vir deſideriorū*, id eſt, vir magna ſecreta ſcire deſiderans, & liberationem populi tui ſummopere affectans, *pax tibi*, id eſt ſecuritas mentis, *confortare*, ab hac turbatione qua metus te concuſſit, *& eſto robuſtus*, ad audiendum ſacramentum Dei; dixerat enim quod

E nihil in eo remanſerat virium, & ideo ſubiungit quaſi ex inualido, propter ſermones loquentis fortis effectus, *cumque loqueretur mecum conualui, & dixi loquere Domine mi, quia confortaſti me*, quaſi diceret potentem me feciſti propter ſermones tuos, vt ſentire & audire quæ loqueris valeam. Tertio notat quod inſtruitur ad intelligendum, cum dicitur; *& ait numquid ſcis quare venerim ad te?* innuit ſe non ideo veniſſe, vt modo denunciet ventura populo, quæ ille deſiderabat, ſed ad denunciandum tantum, quod exauditæ ſunt preces eius, & ideo ſequitur, *& nunc reuertar, vt prælier aduerſus Principem Perſarum*, quaſi diceret, nondum ſecutus ſum, ſtante Principe Perſarum, & populum accuſante, & ideo reuertar feſtinus illuc ad interpellandum pro te: præliari enim idem eſt quod

precibus interpellare, *cum enim egrederer* ſupple vt ad (A) te venirem? *apparuit Princeps Græcorum*, vt ipſe præliaretur contra Principem Perſarum, vt ſcilicet io locum regni Perſarum, regnum Macedonum ſeu Græcorum ſuccederet, *veruntamen annuntiabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis*, quaſi diceret quamuis feſtinem pugnare contra Principem Perſarum cum adiutores habeo, quia res adhuc in dubio eſt, ta orante, me offerente, illo reſiſtente, Michaele iuuante: altero ſcilicet Principe Græcorum occurrente, referam tibi quid fiet, ſi quæ diuina veritas ordinauit referenda; *& nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael Princeps veſter*, quaſi diceret, ego & Princeps Græcorum, communi labore aduerſus Principem (B) Perſarum dimicamos, ſed ego cum Principe veſtro Michaele, vt laxetur prius captiuitas, ille vero vt prius regnum Perſarum in Macedones transferatur, quod factum eſt, quando Alexander Macedo vicit regem Perſarum; Princeps veſter dicit, in quo patet quod Michael qui nunc eſt præfectus Eccleſiæ, tunc erat præfectus Synagogæ.

Argumenta literalia ſunt tria. Vnum eſt quod in diebus ieiuniorum non eſt vtendum cibis delicatis, & ideo dicitur, ibi, quod panem deſiderabilem non comedit. Secundum eſt quod mens humana & carnalis non poteſt ſuſtinere viſionam Angelicam præ nimio eerrore, nec etiam viſionem diuinam, vt patet ibi, (C) *porro viri qui erant*, nota tamen ſecundum Bernardum quod in hoc differt viſio diuina & Aogelica, à viſione ſeu apparitione diabolica, quia viſio Angelica & diuina, fit cum quodam terrore in principio, ſed in fine dimittit hominem conſolatum, apparitio autem diabolica, omnino fit in contrario, quia in principio aliquantum eſt conſolans, ſed in fina dimittit homioem plurimum deſolatum. Tertium eſt, quod ſola diuina & Angelica locutio, habet hominam confortare, vt patet hic, *loquere Domine mi*. Vnde habet inflammaro affectum, illuſtrare aſpectum, confortare conatum.

Sententiæ dubiæ ſunt tres. Primu quæritur, ex quo, à principio precum oratio Danielis fuit exaudita, quare Angelus non ſtatim venit ad eum, ſed expectauit tri (D) bus diebus. Dicendum quod duplex eſt cauſa. Vna eſt quod Deus non ſtatim præſtat, quod ab eo petitur, vt magis deſiderium hominis inflammetur, quia ſecundum Gregorium deſideria dilata creſcunt, & vt magis homo, quod datur ei quod petit, conſoletur, ſicut hic fuit. Alia cauſa, quia Princeps regni Parſarum reſtitatat ei viginti & vno diebus, allegans ſecundum diuinam iuſtitiam populum adhuc non eſſa ſufficienter purgatum.

Secundum dubium, vtrum ille Princeps regni Perſarum, fuerit bonus Angelus, an malus, & videtur quod malus, quia Hieron. exponens illud verbum Apoſtoli. 1. Corinth. 2. cap. Sapientiam loquimur inter perfectos, quam nemo Principum huius ſeculi cognouit, dicit hoc de dæmonibus, qui non poſſunt Dei (E) ſapientiam cognuſcere, eſſa intelligendum, vnde iſto non cognoſcebat, quod iſte populus deberet liberari vnquam. Gregorios dicit contrarium ſuper illu verbo. Iob. 29. cap. qui facit pacem in ſublimibus ſuis, mouens de hoc ſpecialem quæſtionem, & dicit, quod fuerit Angelus bonus qui præerat populo Perſarum, ſicut Michael Synagogæ, quod videtur magis probabile & conſonum rationi, & idao dato quod fuerit Angelus bonus, eſt dubium tertium: Vtrum inter Angelos bonos fuerit diſaordia maxime inter Beatos. Reſpondatur quod inter beatos nulla eſt diſcordia, cuncti enim cupiunt diuinæ voluntati ſe conformare. Vnda Angeli qui à Deo diuerſis prouinciis cuſtodiendis & præfidendis præfecti ſunt, in huc conueniunt quod ſtudeant diuinæ voluntati placere in omnibus, ſed quia de illa dubitant in aliquibus caſibus contingit aliquando quod contraria prætendant, vnde cauſas contrarias proponunt quilibet pro ſua prouincia mutuo mentaliter loquentes ſub quo diuinum iudicium expectant, & ex hoc dicuntur pugnare, ſicut factum fuit in propoſito quod vnus Angelus ad liberandum populum Iudaicum à captiuitate allegabat preces Danielis, quæ hæc promerebantur, alius vero Angelus vt detineretur Iudaicus populus in captiuitate, proponebat peccata populi prædicti, nec non vtilitatem, quæ prouenicbat in regno Perſarum ex permanentia præfati populi Iudaici ibidem.

Sententia moralis poteſt accipi quantum ad viſionis diſpoſitionem, vbi neceſſarius eſt vnus quaternarios & in qualibet vnitate ſunt tres, & ſic ſunt quatuor ternarij, vnde notat ſcriptura per ordinem, quoad quaternarium primo cultum, ſecundo luctum, tertio victum, quarto fructum. Quantum ad cultum ponuntur tres anni, & in his tribus videtur viſio. Primus autem annus eſt exercitium pœnitentię quoad ſeipſum, hic eſt annus ad quem Iſaias 61. miſſus eſt ad prædicandum dicens, Spiritus Domini ſuper me, ſequitur, vt prædicarem annum placabilem Domino. Secundus annus eſt exercitium patientiæ, quoad inimicum, vt poſſit dicere. Annus retributionis meæ vincit, circumſpexi & non erat auxiliator, Iſa. 63. Tertius annus eſt exercitium prouidentiæ quoad proximum, vt dicatur. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Pſal. 64. Quantum ad luctum qui notatur, cum dicitur, *& ego lugebam*, nota quod debet eſſe triplex luctus. Nam primo debet habere luctum iuſtitiæ: poſt tranſgreſſionem peccati 1. Eſd. 10. lugebat enim tranſgreſſionem eorum, qui venerant de captiuitate. Secundo luctum miſeriæ propter perpeſſionem periculi Dan. 14. cap. Venit rex die ſeptima vt lugeret Danielem, quia ſciebat ipſum eſſe in periculo, in lacu leonum. Tertio luctum moleſtiæ, propter dilationem præmij. Vnde non erit amplius, neque luctus, neque clamor, ſed nec vllus dolor, Apoc. 21. c. Quantum ad victum ponuntur tria, ſcilicet, panis, vinum, carnes: Panis confortat, vinum lætificat, caro pinguat, in quo daſignantur, quod qui vult diſponi ad viſionem diuinam, oportet eum abſtinera ab his quæ ſunt licentiæ, vt eſt panis, ſicut Eſdras 2. lib. c. Qui panem non guſtauit, neque aquam bibit, ab his quæ ſunt lætitiæ, vt eſt vinum, ſicut Rechabitæ, qui ex præcapto Ionadab patris ſui abſtinuerunt à vino. Hierem. 35. cap. ab his quæ laſciuiæ, ſicut ſunt carnes, ne flagret deſiderio carnium, ſicut populus Iſrael. Num. 11.

Quantum ad fructum, notat ſcriptura menſem, qui erat vernalis, diem, & flumen: in menſe primo notatur amœnitas, in die ſerenitas, in flumine Tygris celeritas. In quibus moraliter deſignatur, quod homo debet habere amœnitatem, ſeu ſuauitatem ad deguſtandum diuina, ſerenitatem ad contemplandum cœleſtia, debet habere celeritatem ad laborandum & operandum vtilia, quæ notantur in flouio Tygris, qui eſt vnus qui egrediebatur de loco voluptatis. Geneſ. 2. & vadit contra Aſſyrios. Qui vult ergo venire ad viſionem perfectæ beatitudinis, debet habere exercitium pœnitentiæ, prouidentiæ, patientiæ, & debet habere luctum pro tranſgreſſione præcepti, pro perpeſſione periculi, pro dilatione pręmii: & debet abſtinere ab eo quod eſt licentiæ, lætitiæ, laſciuiæ, debet etiam habere ſuauitatem ad deguſtandum diuina, ſerenitatem ad contemplandum occulta & cœleſtia: celeritatem ad operandum ardua & vtilia, & in his omni-

bus cauenda ſunt verba adulatoria, quod notatur in hoc, quod vnguento non vtebatur, quia adulatio ſumme debet caueri.

CAP. XI.

EGo autem à primo anno Darii Medi, &c. Hæc eſt viſio vltima Danielis, in qua ſeu per quam deſignatur vltimæ tribulationis triumphus, & continet hæc viſio iſtud, & ſequens caput: quia in iſto capite ſcilicet 11. tangitur violentia peruerſorum. in ſequenti vero ſcilicet 12. cap. reſiſtentia ſeu victoria electorum, ibi: *In tempore autem illo conſurget Michael*, Quantum autem ad perſonam viſionis nota, quod cauſa originalis fuit inſtinctus ſancti ſpiritus, habitus ex oratione & deuotione Danielis cum charitate ſuperna. Continentia autem materialis eſt, de proceſſu regni Perſarum, vſque ad regnum Græcorum, & de ſucceſſu regni Græcorum vſque ad Antiochum Epiphanem, & tribulationem ſub illius ſimilitudine interſerta. Cauſa autem finalis eſt vt oſtendatur vltimæ tribulationis impetus, ex parte Antichriſti, defenſionis conatus ex parte electorum, & liberationis modus ex parte Dei & Chriſti. Formalis vero modus in diuiſione conſiſtit, & ideo totum iſtud continet quatuor per quæ primo deſcribitur ſucceſſio regnorum, vſque ad tempora Darij & Alexandri in principio. Secundo diſſentio bellorum regis Aquilonis & Auſtri, ibi, *& confortabitur rex Auſtri*. Tertio ſucceſſio malorũ tempore Antiochi, & ſub ipſius typo tempore Antichriſti ibi, *& ſtabit in loco eius viliſſimus & indignus decore regio*. Quarto afflictio iuſtorum vſque ad aduentum iudicij, & victoriam regni Chriſti, *& reuertetur & indignabitur contra teſtamentum ſanctuarii.*

Quantum ad primam partem, in qua deſcribitur regnorum Perſarum ſeu Medorum, quod idem eſt ſeu Græcorum ſucceſſu, notatur primo caſus regni Perſarum & Medorum, in principio cum dicitur, *ego autem ab anno primo*, vbi primo propheta aperit ſuum affectum & attentionem dicens, *ego autem ab anno primo* quaſi diceret, ego non ſolum pro populo meo ſollicitus eram, vt liberaretur; ſed etiam pro ſtatu regni Perſarum & ſtatu Regis Darij, à quo honoratus fui, & etiam de manibus æmulorum liberatus ſum ſupra ca. 6. *ſtabam*, id eſt, inſtanter orabam, *vt confortaretur*, dicit autem, *à primo anno Darii Medi*, vt oſtendatur quod hæc viſio non continuatur cum præcedenti, vt quidam dicunt; quia hæc, *anno primo Darii Medi*: illa vero anno tertio Cyri viſa eſt, & ita ordine præpoſtero ſcripta propter dictam rationem ſupra cap. 5. niſi illud totum dicatur interpretatio verborum Danielis, & hic redite ad verba Angelica prius loquentis, *& nunc veritatem annunciabo tibi*. itaque omnia ſequentia ſunt viſa ab anno tertio Cyri ſecundum Andream. Secundo ſubiungitur Angeli reſponſum ſeu apparitio, cum dicitur, *& nunc veritatem annunciabo tibi*, ſupple me in oratione perſiſtente, & reſpondit mihi Angelus. Nuſce de Perſarum regibus quid futurum ſit, audi rerum ordinem & auſculta quod quæris: Conſuetudinis enim prophetarum eſt, repente mutare perſonas ſine prælatione media, vt patet in Pſ. 3 cum dixiſſet Dauid. Tu es refugium meum à tribulatione, &c. & confeſtim reſpondit ei Dominus ſine præfatione. Intellectum inquit dabo tibi, dedit ergo & nunc veritatem, &c. *ecce adhuc tres reges ſtabunt in Perſide*, ſupple poſt Cyrum & Darium, qui nunc regnant, quia Cyrus erat nepos Darij, vt dictum eſt ſupra, primus regnabit Cambyſes filius Darii, qui regno paterno Ægyptum adiecit. Secundus Hereneides Magus, qui filiam Cambyſis accepit vxorem. Tertius Darius filius Hiſtaſpis, qui illo occiſo eandem duxit vxorem. Xerxes quartus filius Darii potentiſſimus, qui aduerſus Græciam innumerabilem ducens exercitum Athenas ſuccendit, vt Græcorum narrant hiſtoriæ, qua de cauſa Græcia concitata eſt contra Perſas tempore Alexandri. Eſt ergo ſenſus iſte, licet Princeps Græcorum egreſſus fuerit ad præliandum contra Principem Perſarum, tamen adhuc tres reges erunt in Perſide flurentes diuitiis, & quartus præ nimia potentia ſua dabit cauſam ſui affuturi excidii, quia Græciam concitabit aduerſum Perſas, & ideo ſequitur ſecundo ortus regni Græcorum, cum dicitur, *ſurget vero rex fortis*, ſcilicet Alexander Macedo, filius Philippi, de quo dicitur 1. Machab. 1. quod percuſſit Darium Regem Perſarum. Hic tamen aduertendum, quod quatuor Regibus poſt Cyrum enumeratis, tranſit propheta ad Alexandrum, nouem regibus intermediis prætermiſſis, quia non fuit certum ſpiritui prophetali ſequi ordinem hiſtoriæ, ſed ſolum facta perſtringere, *& dominabitur poteſtate multa*, ſcilicet Græcia eo quod primus regnauit in Græcia. 1. Machab. 1. Thebaiſque ſubuerſis atque ſuperatis tranſit in Aſiam *& faciet quod placuerit ei*, qui fugatis Darii ducibus vrbem Sardis cepit, Indiam captiuauit, Alexandriam condidit, & ideo ſequitur. Tertio decurſus regni Syrorum & Ægyptiorum; cum dicitur, *& cum ſteterit conteretur regnum eius*, trigeſimo enim ætatis ſuæ anno imperii vero vndecimo in Babylone veneno interiit, vt dicitur 1. Mach. 1. & cecidit in lectum, & cognouit quod moreretur, quia cognouit ſe potionatum, *& diuidetur*: ſupple regnum eius, *in quatuor ventos cœli*, id eſt, in quatuor plagas terrę, ſuper quas flant quatuor venti principales cœli. Ad Orientem enim poſt Alexandrum in Syria & Babylone regnauit Seleucus; ad Occidentem Macedonię Philippus frater Alexandri; ad Meridiem Ægypti Ptolomeus. Ad Septentrionem ſcilicet Aſię regnauit Antiochus. Hęc ſecundum totius orbis plagas intellige, quia Syria eſt ad Aquilonem Iudeę, vt dicit Hieron. *ſed non in poſteros eius*, quia Alexander liberos non habuit, ſed ad alienos tranſlatum eſt regnum eius, quia regnum eius diuiſum fuit, & deſolatum inteſtinis bellis, & ideo dicitur, *lacerabitur enim regnum eius, etiam in externos exceptis his*, quia præter quatuor regna prędicta, Cappadocia, Armenia, Bithynia, & alię prouincię minores, à poteſtate Macedonum receſſerunt, diuerſos ſibi reges conſtituentes.

Sequitur pars in qua notatur bellorum diſſentio, Regis Aquilonis & Auſtri, cum dicitur, *& confortabitur Rex Auſtri*, oſtendit ſcriptura quod in tribus bellis, Ægypti rex pręualuit in principio, & in tribus ſequentibus Rex Syrię obtinuit, cum dicitur, *conteretur enim rex aquilonis*: circa primum nota, quod fuit triplex bellum Regis Syrię contra Regem Ægypti. Primum fuit ex timore ambitionis, quod notatur cum dicitur, *& confortabitur rex Auſtri*, vbi notandum quod dimiſſo regno Macedonię & Aſię, de Ægypti tantum & Syrię Regibus nunc proſequitur, quia Iudęa in medio eorum poſita, nunc ab iſtis nunc ab illis regibus tenebatur. Scriptura autem iuſtorũ non texit hiſtoriam, niſi prout Iſraeli populo copulata, texit ergo proceſſum regni Grecorum per duo illa regna, & etiam reges hinc inde mutuo dimicantes, vſque ad radicem peccati ſcilicet, Antiochum Epiphanem, qui typum tenuit Antichriſti, quia ſicut ille Synagogæ, ſic iſte infeſtus erit Eccleſię, vt patet in fine cap. Intellige ergo de cętero per regem Auſtri Regem Ægypti, qui eſt ad Meridiem Iudęe, & per Regem Aquilonis,

Regem Syriæ, qui eſt ad Aquilonem Iudææ inter quos etiam bella narrantur: *confortabitur ergo rex Auſtri*, ideſt, rex Ægypti qui eſt ad meridiem Iudææ ſcil. Ptolemæus Lagi filius, vir prudentiſſimus, fortiſſimus, ditiſſimus, qui primus rex fuit in Ægypto, Cyprumque, Phœnicem, & Aſiam populi aſſeclas obtinuit regiones: *& de principibus eius præualebit aduerſum eum*, ideſt, de poſteris eius ſurget fortior eo, ſcil. Ptolemæus Philadelphus, filius præcedentis, qui patrem in potentia & diuitiis ſuperauit ſecundum Hieron. in exercitu & theſauro ſub quo ſeptuaginta Interpretes ſcripturam in Græcum eloquium tranſtulerunt: *& poſt finem annorum fœderabuntur*, ſcil. Rex Ægypti & Syriæ, hoc eſt, rex Auſtri & Aquilonis matrimonio commiſcebuntur, vnde ſequitur, *Filia quoque Regis Auſtri veniet ad Regem Aquilonis*, in quo tangitur ſecundum bellum, quod fuit ex liuore vnionis. Ptolemæus enim prædictus ex Auſtri ſeu Ægypti poſt plurima bella habita contra Antiochum Regem tertium Syriæ ſeu Aquilonis volens moleſtum finire certamen, dedit ei filiam ſuam Beronicem nomine vxorem. Primus enim rex in Syria fuit Seleucus Secundus Antiochus Cœcus. Tertius Antiochus Theos dictus, qui contra Ptolemæum totis viribus pugnauit: *Et non obtinebit*, Antiochus enim de priore vxore Laodice nomine ſuſceperat duos filios, ſcilicet Seleucum & Antiochum, qui Beronice conſorte regni facta, Laodicen tenuit vt concubinam, ſed diu poſt Laodices amore ſuperatus, reduxit eam in regnum, quæ timens animum viri ſui iterum ad Beronicen reuerti, fecit eum veneno interfici, ac Beronicen & eius filium ſocioſque illius fecit occidi, filium ſuum ſcilicet Seleucum Galericum in Regem conſtituit, & hoc eſt quod dicit: *non obtinebit fortitudinem brachij*, ideſt, regnum: *nec ſtabit ſemen eius*, hoc eſt, filius: *& tradetur ipſa*, ideſt, occidetur, *& qui adduxerunt eam*, ſcilicet domicelli, qui cum ea venerunt de Ægypto in Syriam: *& qui confortabant eam in temporibus*, ideſt, vir eius, qui ipſam pro Laodice ad tempus duxerant & ad tempus Laodicem contriſtauerat, per quam ſolum poterat præualere: hic notatur liuor vltionis: *& ſtabit de germine radicum eius plantatio*, quia de germine Beronices ſucceſſit tertius Philadelpho, ad vindicandam mortem ſororis ſuæ: qui cum exercitu egreſſus eſt contra Seleucum, qui cum matre Laodice regnabat in Syria, & obtinuit eos, & quaſi totam Aſiam, & multipliciter abuſus eſt in eis totam Aſiam, & multipliciter abuſus eſt in eis vindictam ſororis, & hoc eſt quod dicitur: *ſtabit de germine & obtinebit. Inſuper & Deos eorum*. quia audiens prædictus Ptolemæus ſeditionem in Ægypto motam, diripiens regnum Seleuci, quadringenta millia talentorum argenti, & vaſa pretioſa, ſimulachraque Deorum tulit, feſtinus in terram ſuam reuerſurus, vnde hic dicitur, *& ipſe præualebit*, &c. obtinuit enim Syriam, Ciliciam autem tradidit Antiocho fratri Seleuci amico ſibi facto gubernandam, & alteri duci prouincias trans Euphratem, & reuerſus eſt in Ægyptum, quia principes Ægypti conſpirauerant contra ipſum, & ideo dicitur: *ipſe præualebit*, &c. *& reuertetur in terram ſuam*, & ſequitur, *filij autem ipſius prouocabuntur*, in quo notatur tertium bellum, quod fuit ex fauore defenſionis: Occiſo enim Seleuco Rege Syriæ à Ptolemæo Euergete, & illo interim mortuo, duo filii Seleuci, ſcilicet Seleucus & Antiochus, qui dictus eſt Magnus, contra Ptolemæum Philopatorem filium præcedentis Ptolemæi exercitu congregato arma accipiunt, ſpe victoriæ prouocati in vltionem parentis, & ideo dicitur: *& veniet properans & inundans*, ſcilicet Antiochus Magnus, qui fratre ſuo iterum occiſo, iterum vocatus de Babylone, venit

A feſtinus in Syriã, quæ tum tenebatur à prædicto Ptolemæo Philopatore, & ideo dicitur: *& reuertetur & concitabitur*, quia reuerſus de Babylone, vt dixi, concitatus audacia propter luxuriam Ptolemæi magnam cui inſeruiebat: congreſſus eſt contra duces eius & robur exercitus, & prodigioſe recuperauit Syriam: *& prouocatus rex Auſtri*, ſcilicet Ptolemæus Philopator amiſſa Syria, congregato exercitu contra Antiochum: *& pugnauit*, aduerſum eum, & ideo dicitur; *& præparabit*, ſcil. Antiochus; *multitudinem nimiam*, contra Ptolemæum; *& dabitur multitudo*, ſupple congregata ab Antiocho; *in manu eius*, ſcilicet Ptolemæi: quia inito certamine iuxta introitum Ægypti, Antiochus fuit victus, totum amiſit exercitum fugiens per
B deſerta & ideo dicitur: *exaltabitur cornu eius*, ſcil. Ptolemæi, qui ita ſubiecit ſibi Syriam. *& deiiciet multa millia*, ſupple exercitus Antiochi; *ſed non præualebit*, quia non potuit capere inimicum. Et ſic terminatur pars in qua oſtenditur, quod in tribus bellis rex Ægypti victoriam ſuper regem Syriæ habuit. Et ſequitur pars, in qua oſtenditur, quod rex Syriæ ſuper Regem Ægypti victoriam obtinuit vt dicitur: *conuertetur enim rex Aquilonis*, ſcil. Antiochus, qui contempta Ptolomæi ignauia, in numerum de ſuperioribus partibus Babylonis congregauit exercitum; & iterum mortuo Ptolemæo, contra filium eius Epiphanem rupto fœdere mouit exercitum, qui tantum tunc quatuor erat annorum, & ideo dicit; *& in fine temporum*, Ptolemæi
C ſcilicet Philopatoris; *multi conſurgent*, quia tunc interioribus ſeditionibus vexabatur Ægyptus, & Philippus rex Macedonum pace facta cum Antiocho contra Ægyptum dimicabat, hoc pacto, vt quilibet ciuitates ſuo regno viciniores de regno Ptolomæi obſideret, qui adhuc erat in ætate parua; quia vero pugnantibus contra ſe Antiocho Magno, & Ducibus Ptolemæi, Iudæa in medio poſita in contraria ſtudia ſcindebatur, aliis Antiocho, aliis fauentibus Ptolomæo, ita quod Onias ſacerdos cum innumeris ex populo Iudæorum in Ægyptum confugiens, eſt à Ptolemæo honorifice ſuſceptus, ſuſcepta terra, quæ Eliopolis dicitur, conſtruxit templum Rege annuente ſimile templo Iudæorum, aſſerens ſe implere vaticinium Iſai. 19. cap. dicens.
D In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius, & ideo dicitur; *filii præuaricatorum populi tui*, deſerente ſcil. legem ſuam: & alibi: Quando præceptum eſt à à Domino immolantes: *extollentur*, ſupple in Ægypto: *vt impleant viſionem*, ideſt, viſionem Iſaiæ, vt ſupra dictum eſt, implere ſe iactitantes, *&*, tamen: *corruent*, quia poſtea ciuitas quæ Oniæ dicebatur, vſque ad ſolum deſtructa eſt per Romanos poſt 250. annos: *& veniet rex Aquilonis & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitiſſimas*, quia Antiochus Magnus volens recipere Iudæam, quam dudum amiſerat, præſidium Ptolemæi, quod erat in arce vrbium, annuentibus Iudæis multo tempore oppugnauit, & cepit etiam alias vrbes Ciciliæ, Syriæ, Lyciæ, quæ à Ptolemæi Ducibus
E tenebantur: *& brachia Auſtri non ſuſtinebunt*, ideſt, fortitudo Ducũ Ptolemæi, nam Scopam Ducem Ptolemæi, in certamine fugauit, & Encenade cum decem millibus armatorum obſedit; *& conſurgent electi eius ad reſiſtendum*. Tres enim Duces inclytos miſit Ptolemæus ad Scopam liberandum: *& non erit fortitudo*, quia obſidionem Antiochi ſoluere non potuerunt, imo Scopas fame coactus, cum ſociis nudus dimiſſus eſt, & ideo ſequitur: *faciet ſuper eum iuxta placitum ſuum, & ſtabit in terra inclita*, ſcil. in Iudæa & Hieruſalem, vbi honorifice ſuſceptos fautores Ptolemæi perſecutus eſt, & ideo ſequitur: *& conſumetur in manu eius, & ponet faciem ſuam vt veniat ad tenendum vniuerſum*

regnum

regnum eius. Quia Antiochus non ſolum Syriam & A Siliciam, & alia quæ fuerant Ptolomæi obtinuit, ſed etiam regnum Ægypti acquirere voluit, & ideo dicitur: *ponet faciem*, ideſt, intentionem totam & conſilium. Et in hoc terminatur pars, in qua tangitur prima victoria Regis Syriæ contra Regem Ægypti, quæ fuit ex violentia. Sequitur ſecunda pars in qua tangitur ſecunda victoria, quæ fuit ex fraudulentia, cum dicitur, *& recta faciet cum eo*, ſcilicet cum Ptolomæo Adoleſcente, ſimulabat enim Antiochus ſe velle vtilitati eius prouidere, & ideo ſequitur, *& filiam fœminarum dabit ei*, quia ſeptimo anno regis Ptolomæi adoleſcentis, deſpondet ei Cleopatram filiam, & decimotertio anno tradidit eam in fœminam & vxorem, dans ei pro dote B Celoſyriam, & Iodæam, hoc autem fecit fraudulenter, vt ſcilicet poſſet acquirere regnum eius, & ideo ſequitur, *vt auertat illud*, ſcilicet regnum Ptolomæi applicando ſcilicet ſibi, ſed quia hoc obtinere noo potuit, ideo dicitur: *& non ſtabit, nec illius erit*, ideſt, non ſtabit eius conſilium, vt regnum Ægypti obtineat quia Cleopatra parti fauit viri, & non patris, & Duces eius fraudem ſcientes dudum, cautius egerunt, & ſic noo obtinuit. Et ſic terminatur ſecunda pars, in qua tangitur victoria regis Syriæ contra regem Ægypti, quæ fuit ex fraudulentia. Et ſequitur Tertia pars, in qua tangitur victoria eiuſdem, quæ fuit ex confidentia, cum dicitur, *& conuertit faciem ſuam ad Inſulas*, Fruſtratus enim ſpe ſua vertit ſe ad Aſiam, & nauali bello plurimas Inſulas, vt Rhodum, C Samum, & huiuſcemodi inuaſit, quia vero occurrit Scipio Africanus miſſus à Romanis contra eum, qui regem Abegnam vicerat, eo quod inuaſiſſet Aſiam, & deuictus Antiochus regnum Aſiæ perdidit, & ſic opprobrium in caput eius verſum eſt, & ideo dicitur, *& ceſſare faciet principem opprobrij ſui, & opprobrium eius conuertetur in eum*: & fugatus à Romanis, de Aſia fugiens, reuerſus eſt ad terram propriam, & ideo dicitur, *& conuertet faciem ſuam, ad imperium terra ſua, & impinget & corruet & non inuenietur*, nam pugnans aduerſus Regem in Perſide, cum vniuerſo exercitu deletos eſt, & locus eius non eſt inuentus: *& ſtabit in loco eius*, ideſt, de ſemine eius & germine, vnde tranſlatio D ſeptoaginta interpretum habet: *& ſtabit de radice eius plantatio, viliſſimus*, de Seleuco Philopatore loquitur filio Magni Antiochi, qui nihil dignum geſſit in imperio, de quo loquitur. 2. Mach. 4. cap. & ideo ſequitur: *& indignus decore regio*, quia inglorios abſque vllis prælis mortous, & ideo ſequitur: *& in paucis diebus conteretur*, ſcilicet abſque ira & prælio: Hebræi intelligunt hoc de Triphone. Et ſic terminatur ſecunda pars principalis totius cap. in qua tangitur diſſentio Regis Aquilonis & Auſtri.

Tertia pars principalis, in qua tangitur ſucceſſio malorum tempore Antiochi Epiphanis, & ſub illius typo. tempore Antichriſti, cum dicitur, *& ſtabit in loco eius deſpectus*; & hæc habet tres partes. In prima oſtenditur quod Antichriſtus præualebit per fraudu- E lentiam, cum dicitur; *& ſtabit in loco eius deſpectus*, huc vſque eſt planus ordo hiſtoriæ, quæ vero ſequuntur, interpretatur Porphyrius deprauator ſcripturarum tantum de Antiocho Epiphane fratre Seleuci, ſub quo Machabæorum bella narrantur. Sed intelligendum, quod licet multa de ſequentibus perfecte Antiocho conueniant, more ſcripturæ aliqua interſeruntur, quæ ſoli poſſunt Antiocho conuenire, vt patenter oſtendat Antiochum Antichriſti fuiſſe typum, & quæ in parte in illo præceſſerunt, in Antichriſto ex toto eſſe implenda, vt in quæſtione infra videbitur plenius, & ideo ex nunc aduertendum, quid & quomodo verificatur in Aotiocho, & ſimiliter in Antichriſto, & quid ſpecialiter de ſolo Antichriſto, quia quod ille fuit Synagogæ, hic erit Eccleſiæ, ſicut enim probamus ex ſcriptura aduentum Chriſti, ita & Antichriſti mendacium, finis enim legis Chriſtus eſt: *ſtabit*, ergo, *in loco*, Antiochus Epiphanes, qui fuit ei infeſtiſſimus; *& non tribuetur ei honor regius*: ſcil. in principio ab his, quia in Syria Ptolemæo fauebant Philometori ſcilicet, qui ſextus regnabat in Ægypto, filius Cleopatræ ſororis huius Antiochi: *& veniet clam*, quia pura ſimulatione obtinebit regnum Syriæ, & ideo dicitur: *obtinebit regnum in fraudulentia, & brachia pugnantis*, ideſt, Ptolemæi omnia vaſtantis, *expugnabuntur à facie eius*, ſcilicet Antiochi, à quo ſunt contrita brachia, ideſt fortitudo principum: *& conteretur inſuper & dux fœderis*: ideſt, Iudas Machabæus, qui fuit ab eo contritus, *& poſt amicitias*, oſtendit ordinem, quia primo pace ſimulata cum Ptolemæo, poſtea molitus eſt inſidias, & ideo dicitur: *faciet dolum & aſcendet*: mortua enim Cleopatra & tutoribus pueri replentibus Syriam, quam fraude occupauerat Autiochus, ortum eſt prælium inter puerum & auunculum, vbi victi ſunt Duces Ptolomæi, & tunc Antiochus puero amicitiam ſimulans, Memphim Metropolim Ægypti aſcendit, & ideo ſequitur: *& ſuperabit in modico populo*, quia ille rebus pueri prouidere ſe dicens, accepit regnum, & cum prælio modico omnem Ægyptum ſubiugauit, & ideo dicitur, *& abundantes & vberes vrbes ingredietur*: ingreſſus enim ciuitates diuitias omnes diſſipauit, & ideo ſequitur, *& faciet qua non fecerunt patres eius*, quia nullus regum Syriæ ita vaſtauit Ægyptum, & duces pueri ſua fraude decepit, & eorum diuitias aſportauit: *& contra firmiſſimas cogitationes*, ſcil. legis diuinæ & prophetarum inibit conſilium, vt deſtruat diuinum cultum, quia mandauit, vt omnes relinquerent legem Dei, 1. Mach. 1. Hæc eadem per ſimile intelligenda ſunt de Antichriſto ſecundum Hieron. qui de humili gente cōſurgens, ſic erit deſpectus, vt nullus detur ei honor regius, ſed poſtmodum per fraudulentiā obtinebit principatum, & brachia Romani populi expugnabit, & hoc, quia ſimulabit ſe eſſe Ducem fœderis, ideſt diuinæ legis, & obtinebit diuitias per falſas amicitias, & faciet, quæ nullus præter eum, qui in toto orbe terrarum regnauit, & contra firmiſſimas cogitationes ſanctorum eriget ſe, & contra omne quod dicitur Deus, & hoc, quandiu voluntas Dei eum facere iſta permittet. Et in hoc conſiſtit pars, in qua oſtenditur, quod præualebit Antichriſtus per fraudulentiam. Sequitur pars ſecunda, in qua oſtenditur, quod præualebit per violentiam, cum dicitur, *& concitabitur fortitudo eius*, ſcilicet Regis Aquilonis, ſeu Syriæ & Aotiochus: *aduerſum regem Auſtri*, ideſt, contra Ptolomæum regem Ægypti, ita quod exercitus Antiochi venit armatus contra Ptolomæum regem Ægypti: *& rex Auſtri*, ideſt, è conuerſo Ptolemæus multis & fortibus prouocatus eſt contra eum auxilijs; *& non ſtabunt*, noo enim poterunt reſiſtere Antiocho, cuius cauſa ſubditur: *quia inibunt aduerſus eum conſilia*, quia in conſilijs fraudulentis decepit eum, & modus ſubditur cum dicitur: *& comedentes panem cum eo, conterent illum*, ſimulans enim pacem cum Nepote, & in commune faciens conuiuia cum eo occupauit Ægyptum, & machinatione doloſa. ſed non ſtetit, imo contritus eſt: quia nihil perfecit finaliter: Regnum enim Ægypti obtinere non potuit, ſed à militibus Ptolomæi eiectus eſt, & plurimi de exercitu eius trucidati ſunt, & ideo ſubditur: *exercituſque eius*, ſcil. Antiochi, *opprimetur & cadent interfecti plurimi*, ſimiliter intelligendum de Antichriſto, qui etiam naſciturus eſt de Babylone ex Iudæis ſecundum Hieron. primo ſuperabit Regem Ægypti, forte ſeducendo Sarracenos,

& ille, vnum eſt da tribus cornibus, de quibus eſt cap. 6. *Duorum quoque Regum cor erit, vt malefaciant*, duos reges vocat, qui corde fraodulento ſibi loquuntur, vt ſibi inuicem malefaciant: *& ad menſam vnam mendacium loquantur*, ideſt, in ſignum initæ pacis, in eadem menſa comedentes, verbis ſimulatæ amicitiæ mendacia inuicem proferent, ea intentione, vt alter alterum decipiat. Hoc cogit intelligendum eſſe de Antiocho & rege Ægypti, quem primo ſuperauit, vt dictum eſt ſupra, quia Ptolemæus paruus ætate, & Antiochi fraude deceptus eſt, ſed non præualuit Antiochus, & ideo dicitur; *quia adhuc finis aliud tempus*, quod ſcilicet ad perfectum impleantur; qood autem ait; quod non proficient, intelligitur quod Antiochus ingreſſus eſt Ægyptum, quaſi viſurus ſororem ſuam & nepotes, & inter epulas fecit occidi virum ſororis, vt obtineret Ægyptum, ſed non profecit, quia Ægyptij viriliter reſiſtentes eum expulerunt & redijt ad terram ſuam, & ideo ſubditur, *& reuertetur in terram ſuam*, expulſus enim ab Ægyptiis venit in Syriam, ſpoliatis ciuitatibus multis, *& cor eius aduerſus teſtamentum ſanctum*, quia poſtquam expulſus eſt ab Ægyptiis, venit iratus in Iudæam; *& faciet*, quia veniens aduerſus Iudæam, ſpoliauit Ægyptum, & ſuſtulit aurum plurimum; *& reuertetur*, quia poſito in arce præſidio Macedonum, reuerſus eſt in terram ſuam. Et in hoc conſiſtit pars ſecunda, in qua oſtenditur quod Antichriſtus præualebit per violentiam. Et ſequitur pars tertia, in qua oſtenditur quod Antichriſtus præualebit per nimiam confidentiam, cum dicitur: *ſtatuto tempore reuertetur*, quia poſt biennium reuerſus eſt contra Ptolomæum, in Ægyptum & obſedit Alexandriam, & duos fratres Ptolomæi, Cleopatræ filios, ſuos autem nepotes interfecit, quia vero à Romanis humiliatus eſt: & ideo ſequitur; *non erit priori ſimile nouiſſimum*: ideſt, hæc Ægypti impugnatio non erit adeo fortis ſicut præcedens: legati enim Romanorum fuerunt miſſi ad liberandum Ægyptios ſibi fœderatos, & ideo ſequitur, *& venient Trieres & Romani ſuper eum*, quibus Antiochus egreſſus obuiam cum applicuiſſet ſtetit in littore Marcus Publius & ait. Senatus Populuſque Romanus iubent recedere ab amicis ſuis, qoo petente inducias reſpondendi, fecit circulum Marcus in ſabulo circa eum eum virga, & ait. Senatus populuſque Romanus iubent ne egrediaris hunc circulum, donec reſpondeat, qui ait; ſi ſit viſum ſenatui populoque Romano recedendum eſt, & ſtatim receſſit, & ideo ſequitur; *& percutietur*, non quia interierit, ſed quia omnem arrogantiæ faſtum perdidit, Hieron. autem ait de Antichriſto: Nullus ambigat, quin pugnaturus ſit contra Regem Ægypti, Romano populo ei auxilium præbente, vt rex ſceleratiſſimus Antiochus geſſerit in his imaginem Antichriſti Et ſic terminatur tertia pars principalis totios cap. in qua tangitur ſucceſſio malorum tempore Antiochi.

Sequitur quarta pars principalis totius cap. in qua tangitur afflictio iuſtorum, vſque ad aduentum Iudicis, & victoria regni Chriſti cum dicitur, *reuertetur & indignabitur*: & habet tres partes. Primo notatur. quod Antichriſtus eriget ſe contra Dei cultum, cum dicitur: *& reuertetur & indignabitur contra teſtamentum ſanctuarij*. Poſtquam enim Antiochum repulerunt de Ægypto Romani, indignatus venit contra Hieruſalem, & inuitatus ab his, qui dereliquerunt legem Dei, commiſcuit ſe ceremoniis eorum, & ideo dicitur, *& cogitabit aduerſum eos qui dereliquerunt teſtamentum*, ideſt, quos vult teſtamentum derelinquere, vnde alia tranſlatio ſic habet, *& cogitabit vt deſeratur pactum ſanctuarij*, vt planius habetur 2. Mach. 6. ca. *& brachia ex eo ſtabunt*, ideſt principes ab eo miſſi poſt bien- A nium, vt tributa exigerent à Iudæis, & in templo Iouis ponerent ſtatuam, & ideo dicitur, *& polluent ſanctuarium fortitudinis*, ideſt templum in quo Deus qui fortis & ipſamet fortitudo eſt, colebatur, prophanabunt, & in peſſimos vſus conuertent, ſicut factum poſtea fuit: nam Duces miſſi ab Antiocho de ipſius mandato ſacrificia legis Iudæis interdixerunt, aras Idolorum in eorum templo erexerunt: & proſtibula ibidem fecerunt; *& auferent iuge ſacrificium*, ideſt Dei holocauſtum; *& dabunt abominationem in deſolationem*, id eſt ponent in templo Iouis Idolum, quod Iudæi ſumme abominati ſunt: Hæc omnia de Antichriſto & in B Antichriſto intellige plenius complenda qui contra Dei cultum indignatus, cogitabit quomodo à ſuis cultoribus ſanctuarium deſeratur, & violenter opprimet, & finaliter in templo Dei ſtabit, & ſe faciet Deum, *& impij in teſtamentum ſimulabunt fraudulenter*. Tempore enim illo quidam ſimulantes, ſe legum cuſtodes, cum gentibus fecerunt pactum, aliis in lege permanentibus vt dicitur Mach. 6. cap. & illi legem defenderunt & obtinuerunt: & ſub Antichriſto etiam idem fiet: quando refrigeſcet charitas multorum, ita vt vix filius hominis fidem inueniat ſuper terram, & ideo dicitur: *Populus autem ſciens Deum obtinebit & faciet*: vnde cum dicit, *& edocti in populo docebunt plurimos*, ideſt in lege periti docebunt & hortabuntur alios in lege Dei permanere, & pro eadem viriliter pugnare, vt Mathathias fecit, qui filios ſuos ad defenſionem patris & legis, documenta dedit, & pro eodem vitæ diſcrimini ſe exponere induxit, & animauit, vnde ſequitur; C *& ruent in gladio & flamma*, &c. triumphus enim Machabæorum declarat, quanti & quanta pro cuſtodia regni paſſi ſunt ab Antiocho, nimirum, gladium, ignem, moleſtias & rapinas, vt patet in lib. 2 Machab. Sub Antichriſto etiam non dubitatur idem accidere, & multo fortius, quia erit crudelior perſecutor Eccleſiæ quam Antiochus Synagogæ, ſolicite enim totiſque viribus ſtudebit populum Chriſtianum à vera religione & fide Chriſti auertere, & variis generibus tormentorum atque pœnarum ſibi conſentientes premet, & affliget, aliquibus tamen reſiſtentibus, qui doctrina & bonis exhortationibus, aliis infirmioribus ſubſidio erunt, vnde ſequitur: *cumque corruerint ſub-* D *leuabuntur auxilio paruulo*, intelligitur fuiſſe tempore Mathathiæ. qui tum cultum Dei ſeruare conatus eſt, vt patet 1 Mach. 2. Sed paruum fuit auxilium, eo quod rebellans paucos habuit auxiliatores & cito mortuus eſt, & eius filij poſtea aduerſa fraude decepti, cuius ratio ſubditur, quia hæc ideo ſunt facta, vt probentur, confirmentur & eligantur ſancti, qui in fornace purgantur: *& de eruditis ruent vt conflentur & eligantur & dealbentur, vſque ad tempus præfinitum*, quia in aliud tempus eſt dilata victoria; quia vera victoria in aduentu Chriſti, implebitur tempore Antichriſti, cui congregati ſancti paruulo reſiſtent auxilio: & multiplica- E buntur & manifeſti fient, ſed vera victoria erit in fine temporum. Et ſic terminatur pars, in qua tangitur Antichriſti erectio, contra Dei cultum. Sequitur ſecunda pars, in qua tangitur ipſius erectio contra Dei perſonam, cum dicitur, *& faciet iuxta voluntatem ſuam Rex*, Ab hoc loco de Antichriſto ſolum intelligenda ſunt omnia, ſecundum Hieron. quia ſequitur: *& eleuabitur contra omnem Deum*, ideſt, extolletur non ſolum contra verum Deum, ſed etiam contra omne illud quod falſo nomine Dei donatur, 2. Theſſ. 2. ad litteram de Antichriſto, qui aduerſatur & extollitur ſupra omne id quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita vt in templo Dei ſedeat oſtendens ſe tanquam ſit Deus, ſuperbiſſimo enim ſpiritu elatus, non patietur aliquem ſupra ſe coli & honorari, & ſequitur: *&*

aduerſus

aduerſus Deum Deorum loquetur magnifica, quia Antichriſtus contumelias & blaſphemias loquetur contra verum Deum, iactabit enim ſe eſſe Meſſiam Iudæis promiſſum, quod ſolum vero Deo conuenit, *& dirigetur donec compleatur iracundia*, ideſt, iuxta ipſius voluntatem & intentionem proſpere diabolo adiuuante ſuccedet, ad tempus tamen: donec ſcilicet compleatur Dei iracundia, tunc enim Dominus Ieſus interficiet eum ſpiritu oris ſui, vt dicitur 2. Theſſ. 2. & ſic in ipſo erit omnium malorum conſummatio, licet in typo aliqua præceſſerint ab Antiocho, & ſub Iuliano Apoſtata completo, à quo Iudæi habuerunt auxilium, ideſt, ſpem quietis, amare enim eos ſe ſimulauit, & in templo eorum ſe immolaturum promiſit, ac ſi eſſet Meſſias populum reducturus, & ſic cum dicit, *perpetrata quippe eſt definitio*, ideſt, ſic iuxta Dei præſentiam eſt decretum: *& Deum patrum ſuorum non reputabit*: ex quibus patet quod hoc non poteſt intelligi de Antiocho, quia ille Idola Græciæ coluit, & ea Iudæis & Samaritanis colere præcepit, & ideo neceſſario intelligitur de Antichriſto, qui ex Iudæis natus, non ſolum Deum patrum ſuorum vt dicitur hic, verum etiam neque vllum alium Deum colet & reputabit, *& erit in concupiſcentiis fœminarum*, ideſt, luxuriæ & laſciuiæ deditus erit, tranſlatio vero alia habet: *& concupiſcentiis mulierum non ſubiacebit*, quod de Antichriſto qui ſimulabit caſtitatem, vt plurimos decipiat intelligitur. Modus enim eſt hypocritarum, vt quo ſunt laſciuiores, & luxuriæ magis addicti, eo magis caſtos ſe ſimulent, quod non ex amore Dei faciunt, ſed vt plebs credat eos eſſe pudicos, & ſic de Antiocho intelligi non poteſt, qui fuit luxurioſiſſimus ſecundum Hieron. in tantum, vt luxuriam ſuam populo præſente compleret, *nec quemquam Deorum curabit*, quia aduerſus vniuerſa conſurget, eo quod faciens ſe Deum, conſurget contra omne quod dicitur Deus ſecundum Apoſtolum: *Deum autem Maozim in loco ſuo venerabitur*, Maozim præſidium ſonat, eo quod Antichriſtus ſecrete Diabolum, vt præſidium ſuum venerabitur, ſed publice ſeipſum vt Deum adorari faciet: *& Deum quem ignorauerunt patres eius colet*, hoc non intelligitur de Antiocho, vt dictum eſt ſed de Antichriſto qui faciet, fieri ſtatuam ex auro, & argento, ac rebus pretioſis, & ſe coli, ipſe colet Diabolũ in eadem: *& faciet vt muniat Maozim*. Tranſlatio Theodotionis habet ſic: *& aget vt muniat præſidium cum Deo alieno, quem cum oſtenderit, multiplicabit honorem, & dominationes eis faciet, & terram diuidet gratis*: & eſt dictu, quod faciet omnia prædicta, vt in illis & cæteris vrbibus ponat præſidia, vt doceat adorare Deum alienũ, quẽ cum oſtẽderit, ideſt adorãdum ſuaſerit, dabit deceptis honorem, & gloriã, & faciet eos cæteris dominari, & terrã eis diuidet, donaque diſtribuet, quia quos terrore nequibit, ſubiugabit auaritia, hæc Hieron. & ſic terminatur ſecunda pars huius quartæ partis, in qua tangitur Antichriſti erectio, contra Dei cenſuram, & ſequitur tertia in qua tangitur Antichriſti erectio contra Dei facturam, cum dicitur: *& in tempore præfinito prælıabitur*. Nota ſecundum Hieron. quod Antichriſtus, primo pugnaturus eſt, aduerſus regem Auſtri, ideſt, Ægypti, & poſtea Lybiam & Æthiopiam ſuperaturus, quia de decem cornibus tria ſupra contrita legimus, quia forte tres Regiones, vel hos tres reges fraude decipiet, vel vi obtinebit, vt hic oſtenditur, licet in typo præceſſerit de Antiocho, qui anno vndecimo regni ſui, contra Nepotem ſuum Ptolomęum ſcilicet dimicauit, quaſi tempeſtas valida cum curribus, & equitibus, & claſſe magna ingreſſus, terras plurimas pertranſiens tandem dimicauit, qui terram inclytam ſcilicet Iudæam aſcendit, & arcem muniuit: *Hæ autem ſola ſaluabuntur*,

A &c. Antichriſtus quidem ſecundum Hieronymum Idumæam, Moab, & Amon, ideſt, totam Arabiam relinquet intactam, quia illuc ad deſerta illius ſancti confugient, ſicut in typo Antiochus feſtinans in Ægyptum eas intactas reliquit, quia ex latere Iudææ erant, ne occupatus alio prælio Ptolomæum redderet fortiorem, *& mittet manum ſuam in terras*, &c. quia cepit in illo tranſitu terras plurimas, inter alias, terram autem Ægypti perquirens, & poſſidens omnes theſauros eius, & pretioſa: ſic etiam Antichriſtus faciet, cum primo ſeducet Ægyptum, & reuelabit theſauros eius abſconditos: *per Libyam quoque & Æthiopiam tranſibit*. Nota quod non dicit quod eas ceperit, ſed quod per eas trãſierit, quia in ipſo climate Ægypti exiſtẽtes, B Ægypto capta quaſi vicinæ conturbatæ ſunt: Aphricam enim & Libyam, atque Æthiopiam Antiochus nunquam tenuit, & ideo melius de Antichriſto dicitur, quod in obtentu Ægypti has quoque ſeducturus ſit: *& fama turbabit eum ab Oriente*, & ab Aquilone: Tria enim cornua de decem conterens Antichriſtus, ſcilicet Ægyptios, Libyos, & Æthiopes, vt ſtatim dictum eſt: auditurus de Orientis & Aquilonis partibus contra ſe bella inſurgere, vel potentia imperiali, vel reſiſtentia aliquorum ſanctorum, quo veniens cum magna multitudine plurimos interficiet, & tunc ſequitur *figet tabernaculum ſuum Apethno*, ideſt, in Emaus ſecundum Hieronymum vbi incipiunt montana Iudææ conſurgere, & inde ſe erigens ad montem oliueti C Hieroſolymorum regionem aſcendet, & vſque ad ſummitatem montis oliueti, vnde Dominus aſcendit, veniet ſecundum Hieronymum, *& nemo auxiliabitur ei*, quia ibi Domino ſæuiente peribit, ita quod exaudietur vox de cœlo, dicens, Morieris, & ſtatim fulminabit: Nota quod Apethno interpretatur ſoliũ ſuum, quia vt dictum eſt figet tabernaculum ſuum, & ſolium ſuum, in Hieruſalem, quæ ſita eſt inter mare mortuum, & Tyberim val Tyberinum, & veniet vſque ad ſummitatem montis Oliueti, & peribit, ſecundum illud Iſa. 25. Et præcipitabit Dominus in monte illo faciem vinculi colligati ſuper omnes populos, & telam quam orditus ſuper vniuerſas nationes, præcipitabit mortem in ſempiternum, & auferet Dominus D Deus omnem lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de vniuerſa terra, &c. Hæc Hieron.

Nota quatuor argumenta litteralia, ex dictis in hoc cap. elicita. Primum eſt, quod modus diuinæ ſcripturæ eſt frequenter & præcipue in prophetiis tranſilire de perſona ad perſonam, de præſenti tempore ad præteritum ſeu futurum, vel è conuerſo abſque aliqua continuatione intermedia, & hoc eſt, quod magnam difficultatem facit in ſcriptura. Secundum eſt, quia prophetæ loquuntur prout affectus eorum à ſancto ſpiritu tangitur, nunc pro vno, nunc pro altero, & talis diſcontinuatio ponitur in principio cap. cum dicitur: *ego autem ab anno primo*, ſtatim ſine omni medio ſequitur, E *& nunc veritatem annunciabo tibi*, & hoc dicit Angelus Danieli, vnde ſi fuiſſet additum, & ait Angelus ad me. *& nunc veritatem*, &c. cum tali ſupplemento fuiſſet clarum: idem inuenies in multis locis ſcripturæ, frequenter multa intermedia omittit, accipiens ſolum illa, quæ faciunt ad propoſitum ſuum. Vnde hic omittit nouem Reges Perſarum, qui fuerunt à Xerxe vſque ad Darium, quem occidit Alexander Magnus, quia ſub ipſis facta non fuerunt multa nobilia, & ponit tantum quatuor Reges Perſarum, qui faciunt ad propoſitum. Tertium argumentum eſt, quod ſcriptura ſemper loquitur de vno ſub typo alterius, ita quod hiſtoria de vno verificatur in parte, de alio vero principaliter & totaliter, ſicut iſta viſio de Antiocho Epi-

phane, fuit figura de Antichriſto: vnde ſecundum partem verificatur de Antiocho: plura enim dicuntur hic, quæ impoſſibile eſt vera eſſe de ipſo & verificantur de Antichriſto. Quartum argumentum eſt, quod ſcriptura non narrat geſta aliorum Regum, niſi quantum tangit aduerſitatem vel proſperitatem regni Iudæorum, vnde non facit hic mentionem, niſi de bellis Regum Syriæ & Ægypti, quorum in medio erat Iudæa, præmittens bella Macedonum & aliorum regum.

Sententiæ dubiæ ſunt quattuor. Prima eſt vtrum hæc viſio continuetur cum præcedenti; & videtur quod ſic, quia in littera dicitur, quod Angelus qui Danieli loquebatur in præcedenti viſione dixit; *& nunc veritatem annunciabo tibi*, & ſic videtur continuare ſermonem inchoatum: ergo continuatur cum præcedenti; B Contra, quia præcedens fuit tertio anno Cyri, hæc anno primo Darij, vt patet ex textu. Sed Darius primus regnauit: ergo, &c. Reſpondeo dicendum quod licet quidam dicere velint, quod hæc continuatur cum præcedenti, tamen hoc non videtur verum, quia præcedens fuit anno tertio Cyri, hæc autem fuit primo anno Darij, & ideo præcedit magno tempore præcedentem, & ideo dicendum, quod hæc non continuatur cum præcedenti. Sed præceſſit ipſam tempore. Ordinatur poſt ipſam, quia iſta tangit vltimæ tribulationis triumphum, & ideo ponitur vltimo. Ad id quod obiicitur de textu, dicendum quod ille Angelus, qui nunc ei loquebatur, loquebatur ei alio quoque tempore, vel forte fuit alius Angelus. Secunda dubitatio eſt, quare à Xerxe qui fuit quartus rex Perſarum tranſit ſcriptura vſque ad Darium, quem Alexander interfecit, qui fuit quartus, nouem in medio prætermiſſis. Dicendum, quod illi nouem nihil memorabile ſcriptura dignum fecerunt, nec faciunt ad prophetiæ propoſitum, & ideo de ipſis non facit mentionem: facit autem mentionē de Xerxe, quia ipſe fuit occaſio, quare Græci poſtea Perſas deſtruxerunt; nam multas gentes excitauit aduerſus regnum Græcorum, vt ſonat textus, & Græciam pro magna parte deſtruxit. Tertia dubitatio eſt, quare non tangit ſcriptura aliud de aliis regnis, ſed ſolum regnum Syriæ & Ægypti. Dicendum quod intentio ſcripturæ eſt: ſcribere tribulationem futuram ſub Antiocho Epiphane, & ſub Antichriſto per illam deſignatam. & ideo non tangit, niſi regnum in quo ipſe regnabat, & regnum quod occupare moliebatur: ex quorum tribulatione, vel proſperitate ſequebatur tribulatio vel proſperitas regni Hieroſolymitani ſeu Iudæorum. Quarta dubitatio eſt vtrum hæc viſio exponi debeat de tempore Antichriſti; & arguit Porphyrius deprauator ſcripturarum, quod non, dicens quod exponere hanc viſionem de Antichriſto vſque ad finem mundi, omnibus aliis mediis prætermiſſis, magis videtur voluntarium, quam neceſſarium: aliqualiter omnia exponi poſſunt de Antiocho, vt ipſemet exponit. Sed contra arguit Hieron. quod certum eſt, quod multa hic traduntur, quæ nullo modo exponi poſſunt de Antiocho, vtpote quod ille nullum Deum reputabit, neque Deum Patrum ſuorum, Antiochus autem Deum Liberum fecit coli à Iudæis, vnde libro 2. Mach. dicitur, quod hœdera coronati cogebantur Iudæi Libero circuire. Dicendum ergo quod hæc viſio, quantum ad ſuam totalitatem intelligitur de Antichriſto, licet in parte vera ſit de Antiocho. Ad illud Porphyrii, quaſi ſcriptura tranſit prætermittendo nouem Reges, & ſi quæ alia prætermittit: patet reſponſio ex prædictis.

Sententiæ morales ſunt duæ hic, quæ poſſunt accipi ex Regum Catalogo, & deſcriptione bellorum, regnorum Auſtri & Aquilonis, id eſt, Syriorum & Græ- A corum. In principio ergo deſcribit ſcriptura proceſſum regni Perſarum, vbi intelligendum, quod per regnum Perſarum, deſignatur tentatio in tempore. Per quatuor Reges, quos ſcriptura commemorat, in prædicto regno regnaſſe, deſignantur quatuor genera hominum, qui potiſſime tentantur expectantes vt vincantur, quia tales in tempore tentationis recedunt: Luc. 4. Et talibus dicitur Act. 5. Cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri in Sanctũ Spiritum? Et qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, ſupple talem: de qua 1. Cor. 7. Tentantur continentes vt vincantur, & tali tentatione petit Dauid tentari dicens Pſalm. 25. Proba me Domine, & tenta me, quaſi diceret, quoniam à te eripiar in tentatione, & dabis prouentum, tentantur periclitantes vt probentur, B Pſalm. 25. Proba me Domine, & tenta me, tentantur proficientes vt coronentur Iacob. 1. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Secundo deſcribit ſcriptura regnum Græcorum, in quo deſignatur humana oſtentatio, quia Græci oſtentari per humanam ſapientiam quærunt: vbi intelligendum, quod ſicut regnum Græcorum habuit quatuor Reges principales, & vnum caput inſigne ſcilicet Alexandrum, ita moraliter humana ſapientia, per quam homines mundani oſtentari deſiderant, diuiditur in quatuor animi compaſſiones. Habet enim humana ſapientia lætitiam de proſperitate præſenti: quia qui in carne ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt: Romanorum octauo. triſtitiam de aduerſitate imminenti, contra quam ait Sal- C uator Matth. 16. Petro: Vade poſt me Satana, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum, fiduciam de proſperitate imminenti, contra quam Apoſtolus 1. Timoth. 6. Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſublime ſapere, mœſtitiam de aduerſitate præſenti, de quibus dicitur Deuter. 32. Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent: quomodo perſequatur vnus mille, & hæ quatuor paſſiones habent vnum inſigne caput, ſcilicet appetitum proprii commodi, quia gloria talium in confuſione, qui terrena ſapiunt: Philipp. 3. Tertio deſcribit ſcriptura bella regnorum, & licet regnum Græcorum diuiſum in quatuor fuerit: tamen non proſequitur, D niſi de duobus ſcilicet de regno Ægypti, & Syriæ: quod eſt ab Aquilone, & deſignatur aduerſitas, quia ab Aquilone pandetur omne malum Hierem. 10. Proſperitas autem & aduerſitas ſemper aduerſum ſe prœliantur. Fuerunt autem ſex Reges ex vtraque parte, quorum modo præualet vnus, modo alius in proſperitate: ergo per regnum Ægypti deſignatum, notantur ſex, in quibus mali frequenter offendunt: quæ eſt ſoſpitas corporis, fœcunditas prolis, ſalubritas generis, ſublimitas honoris, ſecuritas hoſtis, copioſitas rerum ſeu muneris. Econtra ſimiliter in aduerſitate deſignata ſunt ſex per Regem Aquilonis: quibus frequenter offendunt: ſcilicet infirmitas corporis contra ſoſpitatem, ſterilitas prolis contra fœcunditatem, vaſtitas generis contra ſalubritatem; ignobilitas decoris contra nobilitatem, anxietas hoſtis contra ſecuritatem, penuria rerum ſeu muneris contra copioſitatem, hæc inuicem pugnant, ſicut ſingula cum ſingulis, & aliquando vnum contra aliud, ſeu vnum ab alio ſubiugatur.

CAPITVLVM

CAP. XII.

IN *illo tempore conſurget Michael*, &c. Hæc eſt ſecunda pars viſionis quartæ, in qua tangitur de triumphali victoria electorum, cuius cauſa originalis, materialis & finalis eſt, quæ & præcedentis; formalis vero modus vel cauſa in diuiſione capituli conſiſtit. Diuiditur autem primo in duas partes, quia primo ponitur finalis intentio, in principio. Secundo tangitur ſalubris inſtructio, cum dicitur *Tu autem Daniel claude ſermones*, circa finalem intentionẽ tangitur primo ſtatus ſeu situs Angelorũ electos protegentium ſeu cuſtodientium, cum præmittitur. *In tempore illo*, B &c. vbi intelligendum quod hoc capitulum euidenter oſtendit, præcedentia oportet intelligi, de finali tempore Antichriſti, in quo fiet mortuorum corporis reſurrectio ad vitam vel ad mortem, & ſancti erunt fulgentes, hi quaſi ſtellæ, hi quaſi firmamenti ſplendor, & ſimilia. In tempore ergo illius tribulationis conſurget Michael princeps Eccleſiæ, qui ſtat pro electis quaſi adiutor, ad refrigerandum, vt reliquiæ ſaluæ fiant, contra Antichriſtum, & interficiet eum: Michael autem dicitur quaſi fiducialiter agens, & ideo dicitur, *qui ſtat pro filiis populi tui*. Secundo tangitur metus afflictorum patientium. cum dicitur, *& veniet tempus quale non fuit ex eo quo gentes eſſe cœperunt vſque ad tempus* Antichriſti, ideſt, maiori adiutorio C indigebunt electi, quod exponit Saluator de tempore Antichriſti, Matth. 24. dicens. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſque modo, nec fiet: Hoc enim de tempore Antiochi non poteſt intelligi quia maior fuit quo ciuitas capta fuit à Babylonicis templumque ſubuerſum & populus captiuatus, vt ait Hierem. 3. Tertio tangitur ſalus electorum morientium, cum dicitur *& in tempore illo ſaluabitur populus tuus*, Antichriſto enim extincto à Saluatore ſpiritu oris ſui ſaluabitur populus. qui fuit, *ſcriptus*, vel ordinatus, *in libro Dei*, ideſt, qui fuit prædeſtinatus, de quo dicit Propheta Iob cap. 1. in libro ſtylo ferreo omnes ſcribentur. Quarto tangitur gradus [illegible] am ſubiungit, *& multi de his qui* D *dormiunt in pulueris terra*: ideſt multitudo omnium qui debent in puluerem reduci, *euigilabunt*, ideſt, reſurgent pro diuerſitate meritorum *alij in vitam æternam*, ideſt in gloriam, vt dicere poſſint: Dormiui & ſoporatus, & exurrexi quoniam Dominus ſuſcepit me, Pſal. 3. *alij in opprobrium*, ideſt, in ignominiam damnationis, *vt videant ſemper*, non vt videant bonos in gloria, ſed vt ſciant ſe æternaliter eſſe futuros in pœna, vt impleatur ſermo Dauid dicentis: Opprobrium ſempiternum dedit illis, Pſal. 77. Quinto tangitur fructus ſaluandorum inſtrumentum: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt*: quia autem ſecundum Hieronymum non ſufficit ſapientia niſi alios erudiat, tacitus ſermo doctrinæ non ædificans aliam mercedem non recepit, E ideo dicit: *quod qui docti fuerint*, iuſti tamen ſiue doctores iuſtitiæ, ſtellarum fulgori comparantur Hieron. ſolet quæri vtrum doctus ſanctus vel ſimplex ſanctus eandem mercedem habeant, ideo oſtendit, quod tantum intereſt inter erudientem ſanctitatem, & ſanctam ruſticitatem quantum cœlum diſtat à ſtellis; & ideo dicit; *quod qui ad iuſtitiam erudiunt multos*, ſimplici ſcilicet verbo & vitæ exemplo: *erunt quaſi ſtella*, quia hæ ſunt ſtellæ de quibus dicetur tempore iudicij, ſtellæ dederunt lumen in cuſtodiis ſuis Baruch. 3. & ſic terminatur prima pars in qua tangitur finalis intentio.

Sequitur pars ſecunda cap. in qua tangitur ſalubris A inſtructio, cum dicitur: *tu autem Daniel claude ſermones*. Circa quam primo tangitur profunditas viſionis, cum dicitur: *tu autem Daniel claude ſermones*, &c. quia enim multa reuelauerat occulta eſſe ſignificans; præcepit vt ſermones claudat, viſiones inuoluat, & ſignet librum obſcuritatibus, & ænigmatibus, vt legant plurimi, & quærant hiſtoriæ veritatem, & obſcuritatis magnitudinem, diuerſa opinentur, & legendo cum S. Ioanne Apoc. 5. cap. quærant ſacramenta & myſteria, parabolas & verba libri ſignati quod notat obſcuritatem eius, ſicut & Iſaias de ſuo volumine ait, cap. 29. Et erit vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti litteras, dicẽt, lege iſtum, reſpondebit, non poſſum; ſignatus eſt enim, vnde ſequitur, *Pertranſibunt plurimi & multi-* B *plex erit ſcientia*. Hieron. *Pertranſibunt*, ideſt, percurrent libros, & tranſient hiſtorias propter multitudinem lectionum, vult ergo dicere Angelus Prophetæ. Scribe quidem myſteria: ſed non exponas, vt poſteris exercitii materiam relinquas vt dicit Gregor. hom. 4. ſuper Ezechielem 2. partis. Quanto mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æternæ ſcientiæ aditus largius aperitur. Secundo tangitur breuitas durationis, cum dicitur, *& vidi ego Daniel, & ecce quaſi duo alij ſtabant*, vidit Propheta duos Angelos ſtantes ex vtraque parte Tygris Babylonici fluminis, in qua viderat ſuperiorem viſionem, & hi Angeli erant principes Perſarum & Græcorum, quos non indicat interrogatione dignos videt & alium Angelum ſuper aquã C ipſam in medio arboris ſtantem. Hic eſt Angelus qui orationes eius obtulerat in conſpectu Dei, quem ſupra cap. 10. viderat indutum lineis, & hunc interrogat, cupiens ſcire, quantum duraret perſecutio Antichriſti, ſeu quo tempore implenda eſſet viſio hæc: *& audiui virum*, ideſt, vocem viri exponentem in quanto, non tamen aperientem quo tempore complerentur, & leuata vtraque manu, ſignificans violentiam Perſarum & Græcorum comprimendam inter quorum Angelus ſtabat, ſeu illorum in quorum typo quæ futura ſunt in finali tempore deſignantur, *& iuraſſet per viuentem in æternum*, adiecit quod duraret, *per tempus & tempora & dimidium temporis*, ideſt, per vnum annum, & per duos annos & per dimidium, & hoc eſt per tres D annos cum dimidio, quibus durabit tribulatio Antichriſti, vt ſupra c. 7. dicitur, *& cum completa fuerit diſperſio* ideſt, cum diſperſus fuerit populus Dei Antichriſto perſequente, *complebuntur vniuerſa hæc*, ideſt, omnia bella, regna diuerſa. Tertio tangitur vicinitas impletionis, cum dicitur, *& ego audiui & non intellexi*; audierat enim futura bella multiplicia, ſed non intellexerat ſingulorũ nomina, & ideo auditor cupit agnoſcere veritatem dicens, *Domine mi quid erit poſt hæc*, cui Angelus; *vade Daniel*, ſcilicet viam vniuerſæ carnis, quia nõ fient quæ quæris tẽpore tuo, ideo, *clauſi ſunt*, tibi ſupple, *ſignatique ſermones*, ideſt, viſiones ſupra oſtenſæ, multis obſcuritatibus, *vſque ad tempus præfinitum*. ideſt tempus conſummationis quo tempore ſupple; *eligen-* E *tur*, ſancti, *& dealbabuntur*, vt appareant iuſti, *& quaſi igne probabuntur multi*, quia fideles in tribulatione probabuntur; quaſi aurum in fornace ignis; *impij autem impie agent*, ideſt, impietatem ſuam oſtendent cum finis venerit, quia qui in ſordibus fuerint magis ſordeſcẽt, iuxta illud Apoc. 22. c. 1. qui in ſordibus, &c. Hæc autem facient quia, *non intelligent omnes impij*, hoc ad probationem ipſorum fieri, *docti vero intelligent*, eſſe Dei diſciplinam & ideo libenter ipſam ſuſtinebunt ſecundum Hieronymum: *& à tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium*, oſtendit quo ordine incipiet & finietur tribulatio Antichriſti, qui à tempore quo ablatus fuerit cultus Dei & deſolatus, & Anti-

chriſtus abominabiliter exhibuerit ſe adorandum & durabit perſecutio, *dies mille ducentos nonaginta*, ideſt, per tres annos cum dimidio; vt ſupra dictum eſt, quaſi diceret ex quo orbem poſſederit & cultum Dei interdixerit, & ſe adorandum præbuerit, vſque ad mortem eius tantum tempus erit. Quod dicitur tempus deſolationis tam legis quam templi quam ſanctorum. Quarto tangitur opportunitas conuerſionis, cum dicitur; *beatus qui expectat & peruenit vſque ad dies mille trecentos triginta quinque* Hic numerus excedit numerum ſtatim dictum in ſexaginta quinque, qui poſt mortem Antichriſti dabuntur lapſis ad pœnitentiam & ſanctis ad refrigerium, quaſi dies pacis & quietis, & ideo reſpondens quæſtioni, qua quæſierat dicens, *Domine mi quid erit poſt hæc*, dicit, *Beatus*, quia poſt dies perſecutionis peruenier ad dies ſexaginta quinque ſuperadditos ad pœnitentiam, poſt quos dies Dominus in ſua maieſtate venturus eſt. ait Hieron. *tu autem Daniel vade*. quaſi diceret, *tu Daniel*, interim, *vade ad præfinitum* tempus vitæ tuæ, & mortuus, *requieſces & in fine dierum ſtabis in ſorte tua*, ideſt, reſurges in ordine tuo ſecundum tranſlationem Theodotionis, cum quo nos Deus reſuſcitare dignetur, in ordine electorum ſuorum.

Argumenta litteralia ſunt hæc duo. Primum eſt, quod expreſſe dicit ſcriptura futuram eſſe reſurrectionem mortuorum in generali iudicio, vnde dicit quod multi qui dormiunt in puluere reſurgent. Secundum eſt, quod nullus debet aſſumere ſibi determinate tempus aduentus Antichriſti ſeu finalis iudicij, quia nec hoc tempus præfinitur Danieli, ſed iubetur ſignare. Vnde Hieron. cum propheta qui habuit librum apertum dixerit, quia audiuit & nihil intellexit, quid faciet qui habet librum ſignatum, & vſque ad tempus conſummationis multis obſcuritatibus inuolutum. Vnde Auguſtinus ad Marcellum Epiſcopum. Pone tu tres homines: vnus dixit poſt viginti annos veniet Antichriſtus, dico tu maledicis, quia non eſt in tua poteſtate, te noſce, alter dixit, adhuc ſunt mille anni, & tu maledicis quia neſcis quando erit. Tertius dicit, ſcio quod Antichriſtus venturus eſt, ſed neſcio quando, ſemper ſtabo paratus, hic bene dicit, non determinans tempus quod pater poſuit in ſua poteſtate, teneamos & nos cum iſto.

Sententiæ duæ ſunt dubiæ. Prima eſt de hoc quod dicitur hic, *tu autem Daniel claude ſermones*, &c. *claude librum*, videtur enim contrarium huius dicere Ioannes in Apocal. vbi dicitur Ioanni loquenti de eadem materia. Noli claudere: Dicendum ſecundum Hieronymum, quod ſermones ſeu liber iſte eſt clauſus humanæ inquiſitiori & ſapientiæ, vnde ſolum ſuperbis clauditur, qui tamen humilibus aperitur, quibus Deus hoc voluit reuelare, iuxta illud Luc. 10. Confiteor tibi Pater, &c. dicitur tamen Danieli, quod clauderet propter ſuperbos. Ioanni quod non clauditur propter humiles: Vel dicendum quod liber ille apertus eſt, quoad factum, clauſus vero quoad modum. Secunda dubitatio eſt: Verum Daniel intellexerit hos ſermones clauſos, quod non videtur, quia hic dicitur, quod audiuit & non intellexit: ſed contra, videtur claudere librum, ergo habuit apertum, quod non diceretur ei, niſi intelligeret ea, quæ ibi erant. Dicendum quod Danieli fuit apertus liber, tam quoad factum quã quoad modum facti in parte, ſed non quoad omnem circunſtantiam facti ſcilicet perſonarum & temporis v. g. dico quod fuit reuelatus Danieli modus tribulationis, ſcilicet quod Antichriſtus maximam violentiam faciet contra ſanctos, & etiam tempus fuit ei quodammodo reuelatum, & ideo dicitur ei liber fuiſſe apertus, ſed quod tali tempore, & non alio, &

A per tales perſonas: non per alias, hoc non fuit ei certitudinaliter expreſſum, & quoad hoc dicit quod non intellexerit.

Moralis ſententia eſt de triumphali victoria ſanctorum, vbi notandum quod quanto fortior eſt moleſtia, tanto celebrior eſt Angelorum cuſtodia, & ſecurior victoria, & ſolemnior corona. Quoad certitudinem habendæ victoriæ notandum, quod eſt ibi fluuius, & duo viri in ripa, vnus hinc, & alter inde, & tertius in medio fluminis, qui erat indutus lineis, qui leuauit dexteram & ſiniſtram in cœlum, & iurauit per viuentem in æternum, &c. Notatur autem ibi præfinitio ſeu benignitas non permittentis nos vltra id, quod poſſumus tentari vel tribulari, vt oſtendit hic
B ſcriptura, *Fluuius*, ergo ſcriptura diuina eſt, de quo Pſal. 45 Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: *duo Angeli ex vtraque parte fluminis*, ſunt duorum teſtamentorum eloquia, de quo dicitur, *vir ſtans in medio fluminis*, eſt Chriſtus calcans tribulationes vitæ præſentis, de quo dicitur qui leuat dexteram iuſtitiæ, de quo Pſal. 117. Dextera Domini fecit virtutem, & ſiniſtram ſuæ clementiæ, de quo Cant. 2. cap. Læua eius ſub capite meo: ad cœlum prouidentiæ, quia à ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius Pſal. 18. & iurat per certitudinem præſcientiæ, de quo, de termino noſtræ miſeriæ.

Nota quod quæ ſequuntur vſque ad finem libri non habentur in Hebræo, ſed de tranſlatione Theodotionis, quæ vocatur tranſlatio vulgata ſecundum Hieronymum ſumpta ſunt: Apparet autem hoc eſſe
C factum recenti captiuitate Danielis, quia Daniel adhuc puer erat; vt patet infra.

CAP. XIII.

ERat *vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioachim*, &c. Sicut dictum fuit in principio libri, totus liber Danielis habet tres partes principales. Prima pars continens primum capitulum, eſt procœmialis in qua oſtenditur Danieli collata ſapientia. Secunda pars eſt executiua, ſeu principalis continens vndecim
D ſequentia capit. in qua oſtenditur regni Chriſti & iuſtorum, ad regnum Antichriſti & reprobrorum præeminentia. Tertia pars eſt incidentalis continens duo vltima cap. in qua ponitur Suſannæ hiſtoria, & Belis ac Draconis fabula. Duabus ſic habitis & determinatis ſequitur tertia, quæ habet duas partes principales, ſeu duo cap.

In prima enim commendatur Daniel de iuſtitia, in extinctione libidinis, & hoc cap. primo, vel totius libri 13.

In ſecunda commendatur de conſtantia in extirpatione cupidinis, & id 2. cap ſeu totius libri 14. infra, *erat quoque Idolum nomine Bel*. Circa primam partem
E notandum, quod cauſa originalis huius hiſtoriæ eſt inſtinctus Spiritus ſancti datus Danieli per effectum iuſtitiæ.

Cauſa materialis eſt presbyterorum impudicitia, Suſannæ pudicitia, Danielis iuſtitia.

Cauſa finalis eſt, vt oſtendatur circa innocentes protectio, malitioſorum finalis caſus, & damnatio, Zelantium pro innocentibus eruditio, & eorum finalis ſublimatio, ſicut patet de Daniele, qui zelauit pro liberatione innocentis, & fuit à Spiritu ſancto eruditus, & à populo ſublimatus.

Cauſa vero formalis in diuiſione hiſtoriæ conſiſtit. Diuiditur autem capitulum in quattuor partes. quia in prima notatur, tangitur ſeu deſcribitur ſumma tentationis in principio. Secundo cauſa accuſationis,

tionis, infra: *& facta eſt craſtina*, tertio pœna damnationis, infra, *credidit eis multitudo quaſi ſenioribus*, quarto forma liberationis vel exemptionis, infra; *cumque duceretur ad mortem.* Prima pars in qua tangitur ſumma tentationis, habet 4. partes. In prima tangitur perſonæ tentatæ ſtatus, cum dicitur, *erat vir in Babylone*, &c. erat enim nobilis Suſanna, ſed captiua, quia vxor viri, qui, *erat in Babylone cui nomen Ioachim*, de hac enim dicitur infra eodem: *Mittite ad Suſannam filiam Helchia vxorem Ioachim*, erat nobilis, ſed pudica; quia *pulchra nimis & timens Deum*: de hac enim dicitur infra: quod erat, *delicata nimis & pulchra facie: pulchra nimis*, ſed religioſa, & ideo pulchra pulchritudine pudorata, cui dicitur Hierem. 31. Benedicat tibi Dominus pulchritudinem iuſtitiæ; erat innocens, ſed erudita, quia: *parentes eius cum erant iuſti, erudierant filiam ſuam iuxta legem Moyſi*, docere enim debent parentes, non ſolum filios, ſed etiam filias legem Dei, ait Hieronymus: Quia mulier ſenſata & tacita, non eſt immutatio eruditæ animæ, Eccleſ. 26. erat affluens, ſed non ſuperba, *Quia Ioachim vir eius diues erat*, ita vt poſſet diues dici, de quo Eccleſ. 31. cap. Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, *& erat ei pomerium vicinum*, &c. & ideo locus opportunus ad concurſum populi, *Pomerium*, quod eſt viridarium fructuum, aquis influentibus irrigatum; *& ad ipſam confluebant*, ad terminandum cauſas, ſicut ſolent conuenire in hoſpitiis principalioribus. In ſecunda tentationum gradus, ibi, *& conſtituti ſunt duo ſenes iudices*, tamen ſacerdotes, quia erant de tribu Iuda, *de quibus locutus eſt Dominus, quia iniquitas egreſſa eſt de Babylone* Hierem. 23. à Prophetis Hieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram: *à ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum*, quaſi diceret: non regebant, ſed regere videbantur, quia male præerant, qui enim male præſunt & nomen habent iudicum, & iniuſte præſunt populo, regere magis videntur quam regunt, ideo & iſtos Hebræi dicunt fuiſſe Achab, & Sedechiam, de quibus ait Hierem. 29. Ponat te Dominus ſicut Sedechiam & ſicut Achab, quos frixit Rex Babylonis, in igne propter ſtultitiam, quam fecerant in Iſrael, & mœchati ſunt, ſcilicet vxores ciuium, & amicorum ſuorum: Decipiebant enim mulieres dicentes de ſemine ſuo naſciturum Chriſtum, quod erant de ſtirpe Dauid: *iſti*, ergo, *frequentabant domum Ioachim*, & ex tali frequentatione exarſerunt in vxorem eius, & hoc quantum ad ſecundam partem primæ partis, in qua tangitur tentantium gradus. Sequitur tertia pars in qua tangitur tentationis ortus, cum dicitur: *cum autem populus reuertiſſet.* Circa quam notat ſcriptura ſeptem, quæ communiter in omni tentatione reperiuntur, ſcilicet tentationis obiectum, cum dicitur, *cum autem populus reuertiſſet poſt meridiem ingrediebatur Suſanna*, non præſente populo, quia verecunda, & deambulabat, quia ſpatiari licet ad corpus vegetandum, vt ait Gloſſa, præcipue cum ſteterit homo clauſus, ſicut iſta propter populum: Secundo tangit aſpectum, cum dicitur, *& videbant eam ſeniores*, non enim auertebant oculos, ne viderent vanitatem. Tertio tangit affectum, cum dicitur: *& exarſerunt in concupiſcentiam eius*, perturbatio enim & cupido libidinis, percuſſit corda eorum Eccleſ. 9. quia concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit: Quarto tangit conatum, vt enim tacerent tentationis fundamentum in anima, & vt deſiderata complere diſponerent: *euerterunt ſenſum ſuum*, adeo ſcilicet, quo ſubuerſo oculi eorum inclinati ſunt: ne cœleſtia ſed carnalia cogitarent ac per hoc prius euerterunt ſe, & non ſeruauerunt pactum, &c. quia in inconſtantia

A concupiſcentiæ tranſegerunt ſenſum Sapient. 4. *recordarentur iudiciorum iuſtorum*: quid ſcilicet Dei, quid honeſtatis, quid naturæ, quæ omnibus ad bonum inſita eſt, & hoc erat, *quia erant ambo vulnerati amore eius*, vtrumque enim libido percuſſerat, ſed adhuc verecundia retrahebat, eo quod Iudices & populi ſeniores erant, & ideo rem tam fœdam nolebat alter ab altero ſciri, *erubeſcebant enim*, inquit, *indicare ſibi mutuo concupiſcentiam ſuam volentes concumbere cum ea*, ſed creſcente libidine, eo quod, *obſeruabant quotidie ſollicitius videre eam*, in quo, quinto tangit ſcriptura, eorum peruerſum ſtudium, quia attente ipſam contemplabantur, prorumpunt in impudicitiam, rupto freno verecundiæ, & ideo quaſi languidi

B recedentes, ſui languoris cauſam in regreſſu ſibi mutuo indicarunt; rumpit enim libido verecundiam, dum in alio inuenit ſimilem impudicitiam, & ideo ſexto ſcriptura tangit ipſorum malignum conſilium, cum dicitur, *& ſciſcitantes ad inuicem cauſam*, cauſam ſupple maciei & languoris, *confeſſi ſunt*, alter ſupple alteri, *concupiſcentiam ſuam*, propter quod concludit ſcriptura ſeptimo, eorum obſtinatum propoſitum, cum dicitur, *& tunc in communi ſtatuerunt tempus*, concordiæ enim libidine æſtuante tempus opportunum deerat, quo poſſent eam ad ſimilem libidinem inuitare, & hoc quantum ad tertiam partem, in qua tangitur tentationis ortus. Sequitur pars quarta in qua tangitur modus tentandi, cum dicitur, *factum eſt*

C *autem cum obſeruarent diem aptum*, vbi ſcriptura tangit tentationis occaſionem cum præmittitur, *factum eſt autem cum obſeruarent*, &c. vbi ſatis claret, & ſenum malitia, quia obſeruabant, *diem aptum*, & Suſannæ innocentia, quia, *ingreſſa eſt ſicut heri & nudius tertius*, ſuſpicans neminem ibi, vt vngeretur iuxta conſuetudinem terræ, tempore æſtiuo: *& non erat ibi quiſquam præter duos ſenes*, qui latuerant in pomerio, poſt meridiem, vt inuenirent ipſam ſolam ipſa ignorante: & ideo emiſit puellas ad afferendum, *oleum & ſmigmata*, ideſt, vnguenta virginea. Eſt enim ſmigma ſecundum Papiam aqua vel decoctio ex palea ruſtica vel tritura frumento commixta, quæ ad refrigerium ſeu nitorem faciei præparatur, de quo

D dicitur Iſai. 30. Pulli aſinorum qui operantur terram, ſmigma comedent: ex quo patet non eſſe peccatum, quod fit à mulieribus, pro conſeruanda natura, dum autem non fiat pro adulteranda, *& fecerunt ſicut præceperat, clauſeruntque, &c. egreſſæ ſunt*, per priuatum acceſſum domus à pomerio, *ſurrexerunt*, &c. videntes eam ſolam, effrena concupiſcentia eruperunt abſque verecundia, in quo notatur occaſio, ſed poſt occaſionem ſtatim tangit ſcriptura ſecundo ſuggeſtionem: *ecce oſtia pomerij clauſa.* Et confeſtim tangit tertio aſſecurationem, dicens, *& nemo videt nos*, quaſi diceret, quia locus ſecretus eſt, eo quod oſtia clauſa, affectus magnus eſt, quia, *in concupiſcentia tui ſumus*, & nullus videt nos, & ideo aſſentiri debes amantibus: & confeſtim quarto po-

E nit ſcriptura comminationem, ſi diſſentiat dicens, *Quod ſi nolueris*, quia aliter dicunt ſe contra eam teſtimonium ferre, & accuſationis apparens ratio eſt; quia propter hoc emiſit puellas, vt cum amaſio poſſet adulterari, & ſequitur quinto Suſannæ trepidatio ſeu perturbatio, cum dicitur, *Ingemuit ergo Suſanna*, timore mortis, vel potius, timore opprobrij & & ignominiæ, quia illis accuſantibus ſola erat: humanum enim eſt vtrumque timere, vnde Apoſt. 1. Corinthiorum 9. Bonum eſt mihi mori quam gloriam meam quis euacuet, licet perfectorum ſit non reputare diſcrimen mortis pro iuſtitia tolerare: dicit autem, *anguſtiæ ſunt mihi vndique*, quia tam mur-

tem quam ignominiam formidabat, dicit enim, *ſi enim hoc egero, mors mihi eſt*, peccando contra legem quia dicit Hieron. omne peccatum eſt mors: ac per hoc quoties peccamus morimur, & econuerſo quoties digna opera facimus, reſurgimus, & viuificamur: *ſi enim non egero non effugiam manus veſtras*, quia me occidetis: & ſequitur ſexto Suſannæ electio, cum dicitur: *ſed melius eſt mihi incidere*, &c. Greg. Eccleſiaſtes, non habet melius, ſed bonum, ne videatur inter peccatum & bonum, quaſi inter duo bona eligere ſed bonum mihi eſt abſolute, malum non facere abſolute, & in veſtras manus incidere: *ne peccem in conſpectu Dei mei*, & hæc fuit electio conſtans, & firma & virtuoſa ſecundum Hieronymum, *in conſpectu autem Domini*, dicit, quaſi coram eo facta; ſeptimo ſequitur ſenum accuſatio, cum dicitur: *exclamauit autem voce magna Suſanna*, non clamore faucium ſed pudicitiæ magnitudine: Erat enim eius magna exclamatio, ideo, quia cordis & mentis eius affectus, pura confeſſio bonæ conſcientiæ, vocis eius referunt clamorem ait Hieron. *exclamauerunt & ſenes*, ſed non dicit ſcriptura voce magna, quia nec Deum clamore ſuo magnificabant: ſicut Suſanna, qui magnus eſt ſuper omnes Deos Pſalm. 94. cui & poterat dicere, magna eſt miſericordia ſuper me Pſalm. 85. *cum autem audiſſent clamorem*, ad clamorem accurrentes; *famuli erubuerunt*, credentes dicto ſeniorum, cum tamen non ſolum non factum ſed nec dictum fuerat tale aliquid de Suſanna: magna ergo & fixa de ea opinio habebatur, ideo dicit. *quia nunquam dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna*, & ſic terminatur prima pars totius cap. in qua tangitur tentationis ſumma.

Sequitur ſecunda pars principalis totius capituli in qua tangitur cauſa accuſationis, cum dicitur; *& facta eſt dies craſtina*, vbi tangit ſcriptura quatuor, quæ debent ſecundum formam iuris in omni accuſatione obſeruari. Nam primo fit rei citatio, & ideo dicitur: *facta eſt dies craſtina, cumque veniſſet populus*, populo ergo veniente, iuxta morem, vt dictum eſt, ad domum Ioachim, fecerunt eam perſonaliter citari, ad diem ſtatutum & certum, vt ipſius morte ſatiaretur eorum iraſcibilis appetitus, nam ipſius vita non poterat eorum concupiſcibilis ſatiari, & ideo dicitur, *mittite ad Suſannam* ſequitur. *& venit cum parentibus*, iam enim ſciebant per clamorem. & vtrorumque relationem quod acciderat, *erat delicata nimis*, quaſi diceret, venit cooperta. quia ita ire conſueuerat eo, quod eſſet delicata; *& pulchra*, quaſi propter neceſſitatem & morum honeſtatem: ire ergo coopertam, teſtimonium eſt, & neceſſitatis, venuſtatis, & honeſtatis mulierum, vnde ſequitur, *at iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur*, vt vel inhoneſto eius intuitu ſatiarentur, & tamen ſic viderentur examinare, & probare factum, per verecundiam mulieris: *flebant igitur ſui, & omnes qui nouerant eam*, quia tam propinqui, quam alieni compatiebantur innocenti. Secundo fit iuratio, accuſantes enim debent iurare, ſe dicere veritatem, & tunc eſt lis conteſtata, & ideo ſequitur, *ſurgentes autem duo presbyteri in medio populi ſuper caput eius*, in teſtimonium ſe offerentes: *poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius*, modus iurandi erat iuxta conſuetudinem, vt dicitur Deuteronomij decimo ſeptimo, Manus teſtium prima interficiet eum, conteſtantes ſe vidiſſe ipſam & iuuenem pariter commiſceri: *quæ flens ſuſpexit in cœlum*, iuxta illud: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis, Pſalm. 122. *erat enim cor eius fiduciam habens in Domino*, quia benedictus vir, qui cõfidit in Domino, & erit in Domino fiducia eius, Hierem. 17. Tertio

A facti aſſertio, cum dicitur, *& dixerunt Presbyteri*, poſt citationem & iurationem ſequitur aſſertio facti, quia dicunt ſe audiuiſſe & vidiſſe, dicentes; *cum ambularemus in pomerio ſoli*, ſoli dicunt, ne alius teſtis quæratur, *ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis, & clauſit oſtium pomerij. & dimiſit puellas*, addunt circumſtantias quaſi ad coniecturam facti, *venit ad eam adoleſcens*, hæc eſt accuſatio principalis: *& concubuit cum ea*, & ex hoc lapidanda erat, iuxta legis edictum, & ſic facta eſt per eos facti aſſertio: debẽt enim accuſantes aſſerere ſe vidiſſe vel audiſſe, quod probent ratione loci, temporis, perſonæ vel ſocietatis, modi & ordinis. Quarto dicitur probatio cum dicitur: *porro nos cum eſſemus*, poſt aſſertionẽ ſequitur probatio criminis denunciati, per omnes circũſtantias facti, debent enim dicere
B omnes circumſtantias, & ideo primo probant per locum, quod erant in pomerio: per aſpectum, quia viderant iniquitatem: per modum, quia concurrentes cognouerunt eos eſſe in concubitu: per perſonam, ne enim quæreretur ab iis, quis ille erat: vel oſtendatis, dicunt ſe nequiſſe eum comprehendere, quia fortior eis erat, nec eam ab eis requiſitam voluiſſe indicare, & in hoc terminatur pars ſecunda principalis totius capitis, in qua tangitur cauſa accuſationis.

Sequitur tertia pars principalis, in qua ponitur pœna condemnationis, cum dicitur; *credidit eis multitudo*, vbi ſcriptura tangit quatuor. Primo ex parte populi ignorantiam, cum dicitur, *credidit eis multitudo*, ſine diſcuſſione facti ex ignorantia, quia ſenes erant ex natura, & ideo dicit; *quaſi ſenioribus*, & quia
C iudices ex officio, & ideo dicit, *& iudicibus*, cum tamen non debebat idem eſſe teſtis & iudex, *& condemnauerunt eam ad mortem*, quaſi ream. Secundo ex parte Suſannæ innocentiam, cum dicitur, *exclamauit autem voce magna, & dixit*, cordis affectu & conſcientia bona, in quo notatur eius innocentia, & ideo quia ſic clamauit, Dominus eam exaudiuit, Pſalmo centeſimo decimo nono, Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me, *voce magna*, hominibus tamen occulta, ſed à Deo audita, ait Gloſſa. *Domine Deus æterne*, quaſi diceret, tu qui ſcis omnia æternaliter, tam ſecreta quam manifeſta, tam præſentia quam præterita, quamque futura, tu
D ſcis, quia innocens morior. Tertio ex parte ſenum certam malitiam, cum dicitur, *& ecce morior*, ſupple innocens, *cum nihil horum fecerim*: accuſantium me malitia præualente, quia præualet impius aduerſus iuſtos, Abac. primo. Quarto Dei circa Suſannam diligentiam, cum dicitur, *exaudiuit autem Dominus vocem eius*, quia aures eius ad preces iuſtorum, vbi enim deſperatum eſt humanum auxilium, ibi ſolet Deus inſperate clamantibus ſubuenire, & ſic terminatur tertia pars totius capit. principalis, in qua tangitur pœna condemnationis.

Sequitur pars quarta, in qua ponitur forma liberationis, cum dicitur, *cumque duceretur ad mortem*,
E vbi ſcriptura tangit quatuor. Primo præmittit ſententiæ appellationem, cum dicitur, *cumque duceretur*, & cætera: ſecundo facti inquiſitionem, cum dicitur, *Reuerſus eſt ergo populus* Tertio veritatis inuentionem, cum dicitur, *exclamauit itaque omnis populus*. Quarto granarum actionem, cum dicitur; *Helchias autem & vxor eius laudauerunt Dominum*. Quantum ad primam partem, in qua tangitur ſententiæ appellatio, ponuntur ſeu tanguntur quatuor: Primo Danielis inſpiratio, cum dicitur: *cumque duceretur*, ſequitur, *ſuſcitauit Dominus ſpiritum pueri*. Suſcitatur autem ſpiritus Propheticus pro liberatione ſanctæ fœminæ, non de nouo intrat,

trat, qui iam in eo erat: ſed propter ætatis infirmitatem quieſcebat, nec ſua opera demonſtrabat. Secundo Danielis proclamatio, cum dicitur, *clamauit voce magna*. Spiritu ſancto ſuggerente, nota, quod vox peccatoris vix in ſcriptura dicitur magna: *Mundus ego ſum*, &c. quia non conſentio morti innocentis huius. Tertio populi admiratio, cum dicitur: *& conuerſus ad eum omnis populus dixit, quis eſt iſte ſermo?* &c. hoc quid ſibi vult? Habebant enim iam eum in opinione magna, quia aliter verbum vnius pueri non curaſſent. Quarto populi reprehenſio, cum dicitur, *ſic fatui filij Iſrael*, arguit eos de indiſcretione in iudicio, allegans, quod nec ætati, nec authoritati fuit ſine examine acquieſcendum, & ideo ait; *reuertimini*. quia B irritum eſt iudicium, vbi ſine examine, & iuris ordine proceſſum eſt.

Quantum ad ſecundam partem, in qua tangitur facti inquiſitio, cum dicitur, *reuerſus eſt ergo populus*, tangit ſcriptura quatuor, quæ debent in omni inquiſitione ſecundum formam iuris obſeruari: Primo ponitur Suſannæ ſeu perſonæ condemnatæ reuocatio, cum dicitur: *Reuerſus ergo populus*, debet enim iudex ſtare pro parte accuſata, & firmus eſſe ad ſtandum pro innocentia, & ad proceſſum indebitum confirmandum: *& dixerunt ei ſenes, veni & ſede*, vox ironica eſt, quaſi dicant, corrigas tu iuuenis, quod omiſimus nos ſenes: modus hic eſt ſeniorum, cum facta ipſorum arguuntur, vel forte nouerunt ſanctitatem & ſapientiam, & ideo quaſi timentes cum reuerentia loquuntur; *Quia tibi dedit Deus honorem*, etſi non ætatem. Secundo teſtium ſeparatio, cum dicitur: *ſeparate eos*, ne ſcilicet mendacium ſimile confingant, *diiudicabo eos*, idest, examinabo. Tertio obiurgatio, cum dicitur, *cum ergo diuiſi eſſent*, & ſequitur: *inueterate*, obiurgat autem vnum de iniuſtitia, alterum de impudicitia: obiurgandus enim teſtis falſus, vt ex timore veritatem dicat, maxime vbi aliter de veritate conſtat: Dicit autem ei: *nunc venerunt peccata, quæ operabaris prius*, quia veri iudices debent veritatem reducere ad memoriam falſis accuſatoribus mala ſimilia eis opponendo, quæ alias dixerunt vel fecerunt ſub obiurgatione graui: *iudicans*, inquit, *iudicia iniuſta*, ideo ſicut alios, ita etiam iſtam & priuato affectu iudicaſti, cum tamen diuina lex iubeat, ne innocens & iuſtos condemnetur. Quarto interrogatio, cũ dicitur. *Nunc ergò ſi vidiſti eam, dic ſub qua arbore*, ad obiurgationem ſequitur prudens & humilis inquiſitio veritatis: *Qui ait, ſub ſchino*, quam Latini dicunt ilicem: *Dixit autem Daniel, recte mentitus es in caput tuum*, idest, contra teipſum: *Ecce enim Angelus*, &c. *ſcindet te medium*, quia ille dixerat, ſub ſchino, quaſi alludens verbo eius reſpondit: *ſcindet te medium*. quia tuo verbo iudicaſti teipſum: conſequenter autem moto illo interrogat alium, cum ait, *ſemen Chanaan & non Iuda*, quia enim mentiebatur naſciturum eſſe de eis Chriſtum, eo quod erant de tribu Iuda, dicit eos nunc de ſemine maledicto, & non de electo Geneſ. 19. Maledictus puer Chanaam: *ſpecies decepit te*, idest, pulchritudo decepit te ex parte obiecti; *& concupiſcentia ſubuertit*, ex parte tui animi: *ſic faciebat u filiabus Iſrael*, ingerit ei ſicut præcedenti mala ſimilia conſueta: conſueuerant enim dicere mulieribus, quod Chriſtus ex eis naſceretur, vt dictum eſt, & quia addebant comminationem ſententiæ, ſicut comminabantur ſupra Suſannæ, niſi eis aſſentirent; timentes ſententiam. aſſentiebant eis, & ideo dicit: *& illæ timentes loquebantur vobiſcum*, pudice loquitur, quaſi diceret, auricularitet aſſentiebant vobis: *ſed filia Iuda*, non quia eis perfectior, quaſi filia viri

A Iudæ, hoc eſt, confitentis bonam confeſſionem coram ipſo Pilato, vt dicit Apoſtolus: Suſtinuit iniquitatem noſtram, non formidans comminationem ignominiæ vel mortis: *Nunc ergo dic mihi*, &c. *Qui ait, ſub prino*, quam Latini lentiſcum vocant: eſt autem arbor, cuius ſuccus foliorum ſciſſuras labiorum vel manuum: vnde Hieronymus: Scinus eſt arbor, quam Ilicem vocant, Prinus vero eſt arbor quam Lentiſcum vocant: *Dixit autem Daniel recte mentitus es tu in caput tuum*, idest, in damnationem capitalem: *Manet enim Angelus Dei habens gladium*, vnde ſequitur, *vt ſecet te medium*, alludit enim in verbo eius: quia ſicut à ſchino ſciſſio, ſic à prino ſectio vel ſerratio in Hebræo dicitur ſecundum quoſdam: *& interficiat vos*, ambos ſcilicet, & ſic terminatur tertia pars, in qua tangitur facti inquiſitio. Et ſequitur illa, in qua tangitur veritatis inuentio, cum dicitur: *Exclamauit itaque omnis populus*. Scriptura tangit quatuor: Primo populi acclamationem; *exclamauit itaque omnis populus*, ſcilicet contra eos, exclamauit autem populus propter diſſonantiam: *& benedixerunt Deum*, omnes debent gaudere, & gratias agere de innocentia accuſatæ, alioquin oſtenduot ſe conſentire falſis accuſatoribus. Secundo populi commotionem, cum dicitur, C *& conſurrexerunt aduerſus duos Presbyteros*, non enim eſt parcendum ætati vel authoritati in diffamationibus. Tertio iudicium ſeu cenſum, condemnationem ſeu punitionem, cum dicitur, *Feceruntque eis, ſicut male egerunt*: infligenda eſt pœna accuſanti, quæ accuſatio infligi deberet, ſi de crimine conuictus fuiſſet, ſecundum legem talionis: *& interfecerunt eos*, idest, interficiendos Regi tradiderunt: ſicut dicuntur Iudæi Chriſtum interfeciſſe, quia interficiendum Pilato tradiderunt, Rex autem audito tanto ſcelere contra tantam Dominam, fecit eos mitti in ignem, ſicut dictum eſt. Quarto innocentis ſaluationem, cum dicit: *& ſaluatus eſt ſanguis innoxius*, quia triſtitia cuſtodit innocentem, Prouerbiorum decimoquarto capite. Et ſic terminatur pars, in qua tangitur veritatis inuentio, & ſequitur illa, D in qua tangitur gratiarum actio, cum dicitur, *Helchias autem & vxor eius*, vbi tanguntur quatuor: Primo tangitur parentum Suſannæ humilis & deuota ſupplicatio, cum dicitur, *Helchias autem & vxor eius*, quia poſt ſuſceptum beneficium non eſt gratiarum actio differenda: *laudauerunt Dominum, quia non eſt ea inuenta res turpis*, non enim laudauerunt Dominum, quia liberata, quia hoc parum eſt, nec in perfectis laudabile, ſed quia in ea non eſt inuenta res turpis, vel id peccatum, cuius illam ſeniores inſimulauerant, de hoc enim valde laudandus eſt Deus, quod ab eius offenſa nos contineat & præſeruet, ex hoc etiam laudabant Deum, quod collapſa fama & honor Suſannæ & ſuorum Dei beneficio reſtitueretur. Secundo Danielis ſublimatio, cum dicitur; *Daniel autem factus eſt magnus*, ſcilicet in publica faE ma & opinione populi; *à die illa & deinceps*, vſque ad finem dierum ſuorum. Tertio regni continuatio, quia, *Rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos*. Hic apparet, quod hic determinat tempus liberationis Suſannæ, non ſequentis hiſtoriæ, quia Daniel tunc puer erat: vt ſupra dictum, quia in Babylone factum eſt, vt habetur in principio capitis: deſtructa autem Babylone, Darius tranſtulit eum in Mediam, vnde hoc factum eſt ante ſubuerſionem Babylonis. Quarto Danielis prælatio, cum dicitur, *erat autem conuiua Regis*, ſcilicet Babylonis, Balthaſar ac Nabuchodonoſor, vt magis puto, ſicut tractatur in quæſtione ſequenti;

Argumenta literalia ſunt hic quatuor: Primum, quod patres debent docere & erudire filios & filias ſuas in lege Dei, quod notatur ibi, *parentes enim.*

Secundum eſt, quod nulla mulier debet conſentire actui impudicitiæ, propter quamcunque ignominiam vel infamiam, ſeu propter metum mortis, quod notatur ibi, *ſed melius.*

Tertium eſt, quod nullius accuſatio ſeu teſtimoniũ, quantumuis authoritatis magnæ, ſit admittendum ſine diligenti examine, quod notatur ibi, *ſic fatui &c.*

Quartum eſt, quod ſi omnis accuſans probatione defecerit, debet ſuſtinere eandem pœnam, quam accuſatus ſuſtinuiſſet, ſi conuictus fuiſſet, quod notatur ibi, *fecerunt eis.*

Sententiæ dubiæ ſunt tres; Prima eſt, quomodo Iudæi cum captiui eſſent in Babylone poterant facere iudices de eorum ſenioribus, & etiam aliquem condemnare ad mortem. Dicendum ſecundum Hieronymum, quod duplex poteſt eſſe cauſa, vel quod forte data eis à Rege Babylonis licentia eſſet vt de criminibus contra legem commiſſis inter ſe poſſent ſeipſos ſcilicet Iudæos punire & condemnare. Vel aliter, quod ipſi habita licentia iudicabant eos ſecundum legem & ſtatim condemnatos tradebant Regi qui confeſtim ſententiam executioni dabat. Secunda dubitatio eſt qui ſunt iſti ſenes. Dicendum ſecundum Hieronymum, quod ſunt Achias & Sedechias, de quibus dicitur Hierem. 29. quos frixit Rex Babylonis in ſartagine, ſed vt dictum eſt populus eos ſententiauit. Tertia dubitatio, quo tempore hoc factum ſit; & videtur quod tempore Aſtyagis, quia dicitur in fine cap. quod Rex Aſtyages appoſitus ad patres, quod ſolum videtur eſſe dictum ad oſtendendum quod eo tempore fuit factum. Contra, quia tempore Aſtyagis erat Daniel ſenex, quod patet quia ſeptuaginta anni iam fluxerant, ex quo facta fuit tranſmigratio, & tamen textus dicit, quod ſuſcitauit Dominus ſpiritum pueri minoris. Dicendum quod dicunt quidam, quod hoc fuit factum quando Daniel eſſet iuuenis: ſcilicet tempore Nabuchodonoſor; & quod hic de Aſtyage dicitur, dicunt ad certificandum tempus hiſtoriæ ſequentis, & non iſtius. Sed contra quia iſte Aſtyages non regnauit intus in Babylone, & ita quod dicitur de Belo & Dracone ſub ipſo non fuit factum quod quidam concedunt eſſe verum; dicunt tamen primi, quod licet Aſtyages non eſſet immediatus Rex Babylonis, tamen erat rex principalis totius regni & Dominus maior. Alij dicunt, quod hoc fuit factum tempore Aſtyagis, ſicut patet ex fine capituli, & quando dicitur quod Daniel erat iuuenis, ſed reſpectu Iudicum, quos conuincit, qui erant valde prouectæ ætatis, vnde ſignanter dicit ſcriptura, quod Dominus ſuſcitauit ſpiritum pueri iunioris loquendo comparatiue.

Sententia moralis poteſt hic accipi de foro iudiciali, de quo eſt totum capitulum. Vbi ſunt quatuor conſideranda, ſcilicet perſona rei, perſona teſtis, facti conditio, & perſona iudicis. Circa perſonam rei nota quatuor, quæ poſſunt reddere perſonam ſuſpectam, ſcilicet ſi habet generis nobilitatem de quo dicitur, Ezech. 22. Polluta es, ſequitur, ſordida, nobilis, grandis interitu. 1. Reg. 20. Dicit ergo Saul Fili mulieris vltro, virum rapientis, ſi corporis venuſtatem, de quo dicitur. 2. Eſdræ 4. Si viderint mulierem vnam bono habitu & bona ſpecie, omnia relinquentes aperto ore eam conſpiciunt, & eam alliciunt: ſi ætatis iuuentutem, de quo dicitur Prouerb. 7. Ecce mulier occurrit ſcilicet iuueni, ornatu meretricio, ſequitur, apprehenſum deoſculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur: Si rerum temporalium vbertatem, de quo dicitur ibidem. Eadem mulier aſperſit cubile myrrha aloe & cinnamomo. Econtra vero ſunt quatuor, quæ eam à ſuſpicione defendunt; ſcilicet ſi ſit nobilitas erudita, de quo dicitur per inſtructionem Eccleſ. 7. noli diſcedere à muliere ſenſata; ſi venuſtas pudorata per religionem, de quo dicitur Eccleſ. 40. Ædificatio ciuitatis confirmabit nomen, & ſuper hanc mulierem immaculata, ſi iuuentus ordinata per deuotionem, de quo dicitur Eccleſ. 26. Fundamenta æterna in corde mulieris ſanctæ; ſi voluntas inclinata per compaſſionem, de quo dicitur Eccleſ. 36. Vbi non eſt mulier, ingemiſcit æger. Circa perſonam teſtis nota, quod quãtumuis ſint ſenes antiquitate, Iudices authoritate, Presbyteri ſanctitate, experti profunditate, non eſt acquieſcendum eorum teſtimonio contra famam alicuius ſine diligenti examine. Poteſt enim antiquitas deprauari per concupiſcentiam, ſanctitas per inuidiam, profunditas per fallaciam, quæ omnia fuerunt in iſtis ſenibus. Circa conditionem facti nota quod debet eſſe certa accuſatio, ne procedat ex leuitate: conteſtatio ſeu iuratio, ne procedat ex malignitate; aſſertio ne procedat ex credulitate; probatio ne procedat ex varietate. Circa iudicis officium nota, quod teſtes ſunt ſeparandi, propter conſpirationem: obiurgandi propter indiſcretionem; requirendi propter deuiationem; puniendi propter cauillationem.

CAP. XIV.

Erat quoque Idolum apud Babylonios nomine Bel, Determinato cap. in quo Daniel commendatur ex extinctione libidinis, nunc in hoc cap. commendatur de conſtantia in extirpatione cupidinis. Habet autem id capitulum duas partes principales, quia primo commendatur Daniel ob audaciam ad aggrediendum ardua, in principio: Secundo de tollerantia, ad ſuſtinendam aduerſa, infra, *Quod cum audiuiſſent Babylonij*, & hæ ſunt duæ partes conſtantiæ ſeu fortitudinis, ſcilicet audacia ad aggrediendum & tollerantia ad ſuſtinendum aduerſa.

Quantum ad primum commendatur primo Danielis audacia, in deſtructione Belis deuorantis, in principio, ſecundo in extinctione Draconis venenantis, infra, *& erat Draco magnus in loco illo*, quantum ad deſtructionem Belis intelligendum, quod fuit primo erroris defenſatio in principio, ſecundo defenſati diſquiſitio, ibi, *& iratus rex vocauit ſacerdotes*, Tertio diſquiſiti inuentio ibi: *Factum eſt igitur poſtquam ingreſſi ſunt.* Quarto deprehenſorum punitio, ibi, *Tunc apprehendit rex ſacerdotes*, Quantum ad primam partem tangit ſcriptura ſex, quæ erant ratio, & cauſa defenſionis erroris. Primum fuit Belis apparentis cibatio, & ideo præmittitur, *erat quoque Idolum nomine Bel*, vbi notatur ex eo tempore, quo iſta hiſtoria facta eſt, quod omnia idola deriuata ſunt nominibus ſuis ab iſto idolo vt Baal, ideſt Baalim, Beelzebub. Beelphegor, &c. huiuſmodi, quia Belus rex Babyloniæ, primus inuenit idola. Belus enim rex erat & Dominus Babyloniorum qui interpretatur vetuſtus, Babylon vero confuſio, huic ergo Idolo, *impendebantur*, hoc eſt, apponebantur, *per ſingulos dies*, ideſt, omni die, *ſimila*, ideſt, farinæ *artabæ duodecim*, Artaba apud Chaldæos eadem, menſura eſt, quæ eſt Ephi, apud Iudæos, trium ſcilicet modiorum & ita expendebant quotidie triginta ſex modios farinæ, licet modius non eſſet eiuſdem quantitatis apud omnes, *& oues quadraginta, vinique amphoræ ſex.* Secundum fuit Regis ſuperſtitio, cum dicitur, *Rex quoque colebat eum*, ſcilicet Nabuchodonoſor

vel Balthaſar deuotus Beli, *ibat quotidie adorare eum*, credens eum potentem, quia potenter comederat: omne enim, quod ſupra humanum poſſe erat, Deum credebant ipſi gentiles, quia nihil credebant eſſe ſuper homines niſi Deum; Tertium religio Danielis, *Porro Daniel adorabat Deum ſuum*: non enim adorabat Bel vt Deum, ſicut rex idololatra, quia ſciebat Deum cibo vel potu non egere, & ideo quia non adorabat ipſum, Rex ab ipſo inquirit, dicens, *Quare non adoras Bel?* didicit enim, quod Daniel ſe ſubtraheret, cum ipſe iret ad orandum, cum tamen in aliis quaſi familiaris iugiter aſſiſteret, *quia non colo idola manu facta*, quaſi diceret, non colo facturam, ſed Deum factorem, quia contra adoratores & cultores idolorum dicitur Iſai. 42. Confundantur confuſione, qui adorant ſculptilia, & qui dicunt conflatiles Dii noſtri, nec colo edacem carnium ex indigentia, ſed eum, qui eſt potens ſuper omnem carnem, & ideo dicit. *& habet poteſtatem omnis carnis*, quia omnis caro fœnum, verbum autem Domini manet in æternum, Iſai. 40. nec colo lapidem mortuum, ſed eum, qui eſt vera vita, non ergo credebat Daniel diuinitatem poſſe lapidibus viuere. Quinto Regis diſquiſitionem, cum dicitur, *Nonne videtur tibi Bel eſſe viuens Deus*, oſtenſia ſiquidem his, quæ apponebantur, ait, *Nonne*, &c. quaſi diceret, per effectum, manifeſte videtur viuere, quia non poteſt comedere, niſi diuinitus & potenter viuens. Sexto Danielis ſatisfactio, cum dicitur, *& ait Daniel arridens* modeſte, non contemnens Regem, ſed curialiter & placenter, *Ne erres inquit Rex*, reuerenter eum arguit, ſed tamen requiſitus, quia non eſt tacenda vel palliandа veritas fidei, vbi homo fuerit requiſitus, *iſte enim eſt intrinſecus luteus*, quaſi diceret, non habet carnem nec animam, ac per hoc nec ſtomachum ad recipiendum, nec vim ad digerendum, & ideo non comedere poteſt, nec indigentia, nec poteſtate, & in hoc terminatur prima pars, in qua tangitur erroris defenſatio. Sequitur ſecunda pars, in qua tangitur defenſati diſquiſitio, cum dicitur, *& iratus Rex*, vbi ſcriptura tangit quatuor. Primo Sacerdotum Belis citationem, cum dicitur, *& iratus Rex vocauit Sacerdotes*, volens ab eis inquirere veritatem, quia ille, quæ ad cultum Dei ſui magnifice expendebat, intelligebat aliter eſſe conſumpta, ſecundum ſententiam Danielis. Secundo mortis comminationem, cum dicitur. *Niſi dixeritis mihi*, contra inquirens, an dictum Danielis eſſet verum vel falſum, & ideo ait, *Niſi dixeritis*, &c. ſi non oſtenderitis, quis comedat impenſas appoſitas Beli, peribitis vos, *ſi autem oſtenderitis*, peribit Daniel vt blaſphemus. Tertio ſententiæ approbationem, cum dicitur, *Et dixit Daniel fiat iuxta verbum tuum*, certus enim de veritate, & ſecurus de Dei poteſtate, acceptat ſententiam, offerens ſe morti pro fide veri Dei? *erant autem Sacerdotes Belis ſeptuaginta*, poterant ergo eſſe cum totidem vxoribus, pueris & famulis quadringentæ circiter perſonæ, ac per hoc bene poterant ſopradicta appoſita omnia deuorare, *& venit Rex cum Daniele in templum Belis*, vt ſcilicet probaret, quod dixerat Daniel. Quarto Sacerdotum Belis deceptionem, cum dicitur, *ecce nos egrediemur foras, & tu rex appone eſcas* quaſi dicant, appone conſueta, *& vinum miſce*, ideſt, propina iuxta morem terræ, *& poſtea claude oſtium, & ſigna annulo tuo*; quia antiquitus ſolebant vti annulis pro ſigillis, *& niſi mane fuerint comeſta omnia, moriamur*, fallaciter enim arguunt ex duabus fallaciis, non enim ſequitur, quod ſi fuerint comeſta, ab alio nequiuerunt comedi, neque ſequitur, ſi per portam templi non ingrediebantur, quod alio modo intrare non poſſent, quas duas fallacias notat ſcriptura, vbi dicit? *contemnebant autem*, & ſic termi-

A natur pars, in qua tangitur diſquiſitio defenſati, & ſequitur pars, in qua ponitur diſquiſiti deprehenſio, cum dicitur, *Factum eſt igitur, poſtquam egreſſi ſunt*, vbi tanguntur quatuor. Primo Danielis aſtutia, cum dicitur. *Factum eſt autem, poſtquam egreſſi ſunt, Rex poſuit cibos ante Bel*. antequam ſcilicet Daniel cribraret cineres in pauimento, & in hoc fuerunt decepti, & finali morti ex dictis ſuis concluſi, *& cribrauit per totum templum coram Rege*, vt ſcilicet videret nulla tunc ibi eſſe veſtigia, ſicut poſtea, *& egreſſi ſunt*, ſcilicet Daniel & Rex, *clauſerunt oſtium*, ſicut fuerat dictum. Secundo Sacerdotum malitia, cum dicitur, *Sacerdotes*
B *autem ingreſſi ſunt nocte* &c. qui fecerant ſibi vias ſubterraneas ſub menſa Belis, per quas ingreſſi omnia deuorabant. Tertio Regis diligentia, cum dicitur; *Surrexit autem Rex ſummo diluculo*. quia ex vehementi diligentia, quam habebat, ſomnus receſſerat ab eo, *& ait ſalua ne ſignacula Daniel*, petit, ne poſtea ſe excuſet per ſigna, quod fuerint mutata: *& intuitus Rex menſam*, ſupple vacuam, ante ſcilicet videns quam pauimentum, *exclamauit*, volens cogere ad adorandum Bel quaſi Deum, *voce magna, Magnus eſt Bel, & non eſt apud te dolus quiſquam*, quaſi diceret, ſicut credebam te comedere appoſita, ita per indicia certa nunc comprobaui. Quarto Danielis fiducia, cum dicitur, *& riſit Daniel*, vt ſupra, non contemnendo Regem, *& tenuit Regem*, vt ſcilicet poſtquam intraſſet, cerneret pauimenti veſtigia, *& ait: Ecce pauimentum, animaduerte cuius veſtigia ſunt hæc*, quaſi diceret, quorum ſunt hæc veſtigia, ipſi comedunt appoſita,
C *& dixit Rex, video veſtigia virorum*, &c. ideſt, agnoſco viros & mulieres intraſſe, & comediſſe: agnouit enim diſtincte, & per figuras calceamentorum diuerſas, iuxta conſuetudinem. Et ſic terminatur pars, in qua tangitur diſquiſiti deprehenſio, & ſequitur pars, in qua tangitur deprehenſorum punitio, cum dicitur, *tunc apprehendit Rex ſacerdotes*, vbi ſcriptura tangit quatuor: Primo veritatis extorſionem, cum dicitur, *tunc Rex*, &c. cogit enim eos dicere veritatem, quia ex pauimenti coniectura poteſt veritas extorqueri, *& oſtenderunt ei*, coacti, *oſtiuncula per quæ ingrediebantur*, confitentes ſe omnia comediſſe. Secundo reorum
D damnationem, *occidit ergo Rex illos*, quaſi diceret deceptores in fide, capitali ſententia ſunt plectendi. Tertio idoli traditionem, cum dicitur, *& tradidit Bel in poteſtatem Danielis*, approbans dictum Danielis, & cognoſcens, quod non eſſet Deus viuens. Quarto ipſius Belis & templi ſubuerſionem, cum dicitur, *qui ſubuertit*, quaſi habitaculum Dæmonis. Et ſic terminatur pars, in qua tangitur Danielis audacia, in deſtructione idoli deuorantis, & ſic ſequitur pars, in qua tangitur eiuſdem audacia in extinctione Draconis veneoantis, cum dicitur, *& erat Draco magnus in loco illo*, vbi ſcriptura tangit quatuor: Primo ex parte Regis erroris affectionem, cum dicitur, *& erat Draco in*
E *loco*, latens ſcilicet in fouea non in templo? *& colebant eum Babylonii*, modus colendi erat, ſecundum Magiſtrum hiſtoriarum, quod habebant vaſa facta de corio vitulino plena aqua, quæ Sacerdotes illius templi virgis percutiebant, vt facerent ſonitum terribilem, quaſi tonitruum, ad quem excitatus Draco, quandoque emittebat fumum, quandoque ignem, quandoque viſibiliter apparebat, & ideo aliquid diuinum eſſe credebant; ait Magiſter idem, *& dixit Rex Danieli: Ecce nunc non potes dicere, quod iſte non ſit Deus viuens*, redit ad primum actum, quod Daniel dixerat, Bel non eſſe Deum, quia non erat viuens, & ideo, *hic Deus viuens* quia viſibiliter mouebatur. Secundo ex parte Danielis erroris oſtenſionem, cum dicitur, *Dixitque Daniel Regi: Dominum Deum meum adoro, iſte autem non eſt Deus*

viuens, quia licet ſit viuens, non tamen vita immortali, quod offert ſe probaturum, cum tertio tangit ſcriptura erroris apparitionem, cum dicitur, *Tu autem Rex, da mihi poteſtatem, & occidam illum abſque gladio & fuſte*, vt non per violentiam, ſed per corruptionem interiorem moriatur. Quarto erroris ambitionem, cum dicitur, *& ait Rex, do tibi, tulit ergo Daniel*, vt pice cum adipe, ideſt, pinguedine ſeu ſæuo calore ſtomachali, diſſolutis, & tamen indigeſtibilibus, ſimul cum pilis ſuffocaretur, *dedit* ergo iſta Daniel *in os Draconis, & diſruptus eſt*, ideſt, ſuffocatus crepuit, quia per maſſas maſticatas & agglutinatas conſtricti ſunt dentes, & anhelitus interclusus, ita quod non potuit reſpirare, & ita crepuit, quia magnos flatus Draco emittit, *& dixit Daniel*: *Ecce quem colebatis ſerpentem* ſcilicet venenatum, mortalem, & corruptibilem, & in hoc conſiſtit prima pars principalis totius capituli, in qua commendatur audacia Danielis ad aggrediendum.

Sequitur ſecunda pars principalis, in qua commendatur Daniel, à tolerantia ad ſuſtinendum aduerſa, cum dicitur, *Cum autem audiuiſſent Babylonii*, circa quam tangit ſcriptura duo. Primo pœnæ inflictionem ſeu crudelem damnationem, in principio: Secundo pœnæ celebrem liberationem, infra, *erat Abacuc Propheta in Iudæa*, quantum ad primam partem, notat ſcriptura quatuor, Primo populi commotionem, cum dicitur, *Quod cum audiſſent Babylonii, indignati ſunt vehementer*, concepta enim primo indignatione in deſtructionē Belis, verſi ſunt in commotionem, *aduerſus Regem*, quia motus populi non ſequitur rationem, ſed motum, *& dixerunt, Iudæus factus eſt Rex*, titulum Apoſtaſiæ ipſi imponere conantur, quod probant ex his, quæ ſequuntur, *Bel deſtruxit*, quaſi propter zelum legis Iudæorum, cultum noſtrum abnegauit; quod patet, quia Deos noſtros deſtruxit, *& Sacerdotes occidit*, hoc autem dicebant intra ſe, vt populum contra Regem incitarent, quia tamen ſciebant. Danielem cauſam fuiſſe, addunt, *trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te*, &c. in quo ſcriptura tangit ſecundo populi ſeditionem, quia vel ipſe morietur, vt blaſphemus, vel to cum familia tua, vt hæreticos. Tertio Danielis traditionem, cum dicitur, *vidit quod* Rex *quod irruerent in eum*, &c. compulſus eum tradidit, vt ſeditionem populus non faceret, timore humano motus. Quarto Danielis punitionem, cum dicitur, *qui miſerunt eum in lacum leonum*, &c. vbi ſupra cap. 6. miſſus fuerat etiam, ſed non ſteterat per ſex dies; *Porro in lacu erant ſeptem leones, & eis quotidie dabantur duo corpora* damnatorum ſupple; *& duæ oues, & tunc non data ſunt eis*, malignitas non ſatiatur in pœna, quia nihil ei ſatis eſt, dum ſupereſt vita; non ſufficit eum exponere leonibus, niſi exponeretur tamdiu fameſcentibus: & ſic terminatur pars, in qua tangit ſcriptura Daoielis crudelem afflictionem; Et ſequitur pars in qua tangit ipſius celebrem liberationem, cum dicitur, *erat autem Abacuc*, vbi ſcriptura tangit duo: Primo Danielis liberationem à pœna famis, in principio: Secundo ipſius liberationem à pœna mortis, infra, cum dicitur, *venit ergo Rex die ſeptima*. Circa primum taoguntur ſex. Primo Prophetica ſolicitudo, cum dicitur, *erat autem Abacuc Propheta in Iudæa, & ipſe coxerat*, quia enim pro iuſtitia patiebatur pœnam famis, ideſt à iuſto Propheta licet ignoranter ei cibus paratur, *& intriuerat panes in alueolo*, aluus venter eſt ciborumque receptaculum, inde dictus alueolus ad paruum vehiculum ciborum ſecundum Papiam, *& ibat in campum*, qoia etſi Propheta, tamen incola, actiuus ſimul & contemplatiuus: an autem fuerit Abacuc de duodecim Prophetis vnus, dubitant aliqui,

A Magiſter tamen hiſtoriarum non videtur dubitare. Secundo tangitur Iuſſio Angelica, cum dicitur, *Dixitque Angelus ad Abacuc, fer prandium quod habes*, conſenſum Prophetæ exigit, vt mereatur. Tertio Prophetica neceſſitudo, cum dicitur, *Domine Babylonem non vidi*, affectus enim habet propinquitatem, ſed quia in terra non fuit, ait, *Babylonem non vidi, & lacum neſcio*, non excuſando ſe ex voluntate, ſed potius ex mœſtitia, quia propriis viribus non ſe exiſtimat poſſe complere angelicam iuſſionem. Quarto Angelica fortitudo, cum dicitur, *& apprehendit eum Angelus* Domini, *& portauit*, &c. *& portauit eum in impetu* ideſt, in virtute veloci ad agendum tempore breui. Quinto Danielis ſanctitudo, cum dicitur, Daniel *ſerue*
B *Dei*, &c. cum reuerentia loquitur, propter Deum afflicto, *& ait Daniel, recordatus es mei Deus, & non dereliquiſti diligentes te*, prius gratias agit, deinde refectionem accipit, vt ſequitur, *ſurgenſque Daniel comedit*. Sexto Angelica viciſſitudo, cum dicitur, *Porro Angelus Dei reſtituit Abacuc*: dixerat autem Domeſticis ſuis, ibo ad terram longinquam, & cito redibo, ſi tardauero poſt dies aliquot, facite cibum meſſoribus, ſecundum Magiſtrum hiſtoriarum, & ſic terminatur pars, in qua ſcriptura tangit liberationem Danielis à pœna famis. Et ſequitur pars, io qua ponit ipſius liberationem à pœna mortis, cum dicitur, *venit ergo Rex ſeptimo die*, vbi ſcriptura tangit primo Regis circa Danielem compaſſionis affectum, cum dicitur, *venit*
C *ergo Rex ſeptima die, vt lugeret Danielem*, etſi gentilis tamen compatiens innocenti, *venit autem ad lacum*, vbi ſcilicet incluſus erat Daniel cum leonibus, *& introſpexit*, vt ſcilicet videret, an ipſum leones laceraſſent. Secundo circa ipſius liberationem, deuotionis conatum, cum dicitur, *exclamauit voce magna*, &c. videns enim viuum in medio leonum ſedentem, quaſi in medio hominum, gauiſus, prorupit in laudem Dei, dicens, *magnus es Domine Deus Danielis*, quia tu ſolus potes liberare. Tertio circa eius perſecutores damnationis effectum, cum dicitur, *Porro illos, qui perditionis eius cauſa fuerant, intromiſit in lacum*, extracto ſcilicet Daniele, ſecundum legem talionis, accuſatores eios poſuit in loco eios, qui coram Daniele
D ſtatim in momento ſunt deuorati. Qoarto Regis ad laudem omnipotentis decretum cum dicit: *paueant habitantes terram vniuerſam Deum Danielis, quia ipſe eſt ſaluator faciens ſigna*, &c. quorum verborum interpretatio patet ex declaratis in 6. cap.

Argumenta literalia ſunt duo: Primum eſt, quod in nullo caſu illiuſque prætextu eſt ſimulanda falla religio, ſicut hic Daniel fecit, qui nec morem gereret Regi, eiuſque amicitiam conſeruaret, nec vt pericula, quibus ſe exponebat, vitaret: voluit etiam apparenter idolum adorare, quinimo taliter ſe geſſit, vt patenter fugiens idololatriam, anſam acciperet Rex illum interrogandi, & inde Daniel occaſionem veritatem detegendi, in qoo docemur, in cauſa fidei nullo
E modo eſſe ſuccumbendum, quinimo procedendum intrepide, omnibuſqoe mundanis poſtpoſitis ſtrenue dimicandum. Secundum argumentum eſt, quam parum vulgaris populus ducatur ratione, & plurimum paſſione obducatur, & exinde quam ingratus, ac peruerſus & effrenis fiat, quamque periculoſum ſit cum communi plebe negotium habere, cum enim Babylonicus populus gratias agere Danieli debuerit, eo quod à venenata illa beſtia eos liberauerat, falſumque cultum illos vitare docuerat, omnino mente obcæcati irati fuerunt contra ipſum, quia fecerat, & contra Regem iadignati, quia ad id faciendum facultatem dederat, contra illum mortem procurarunt, & contra hunc rebellantes tumultum excitarunt. Sententiæ

dubiæ ſunt tres, Prima eſt, vtrum hæc ſit eadem miſſio Danielis in lacum leonum, cum illa, de qua fuit ſacta mentio cap. 6. Dicendum quod non, tum quia alia de cauſa fuit modo miſſus in lacum, quam tunc, ſicut patet per textum, tum etiam quia in prima miſſione non fuit ibi per ſex dies. Secunda dubitatio eſt, an Babylonii putauerint, quod Bel comederit illa, quæ illi apponebantur, non enim eſt credibile, quod adeo deſiperent Rex & populus, vt exiſtimarent ſtatuam comedere. Dicendum primo, quod exiſtimabant illud, quod repræſentabatur per ſtatuam, eſſe quid viuens & comedere. Vel dicendum ſecundo & melius, quod populus exiſtimabat, ſtatuam illam viuere, & quia tanta videbatur quotidie comedere & vorare, putabant eſſe aliquid diuinum, conſuetudo enim fuit gentilium illud, quod ſupra communem modum apparebat, Deum reputare. Tertia dubitatio, quomodo ſit poſſibile populum Babylonicum coluiſſe beſtiam adeo horribilem & venenoſam, qualis eſt Draco, non enim videtur credibile, quod tanta caligine populus inuolutus fuerit. Dicendum quod ſine dubio aliquid diuinum in dracone inueniri ſibi perſuaſum habebant. Sententiæ morales ſunt 4. Prima eſt de idolo, quod populus Babylonicus colebat, per quod quia vt verus Deus à Babylonis colebatur, & adorabatur, eo quod multa extra conſuetum modum comedere videbatur, deſignatur gula & luxuria, quam hæc duo ſibi plerumque coniunguntur. Dicit enim Hieronym. Venter & genitalia ſunt membra propinqua, & ex vicinitate membrorum indicatur vicinitas & concomitantia vitiorum, ita quod plerique guloſi etiam luxurioſi ſeu venerei ſint. Idolum igitur Bel coli dicitur à goloſis & luxurioſis, ſicut de iis dicit Apoſt. Phil. 2. Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſiona illorum, qui terrena ſapiont, & Pſalmiſta dicit, Sit menſa eorum in laqueum, & alibi ſcriptum eſt. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, De cultu vero iſtius Dei ſic ait Bernard. Deo ventri templum, eſt coquina, altare, menſa: miniſtri, coquinarii: immaculatæ pecudes A coctæ carnes: fumus incenſorum, odor ſaporum: & ſicut cultores Belis per Danielem deprehenſi fuerunt ſic ventris & Veneris cultores per Dei iudicium igne æterno torquebuntur. Secunda moralitas eſt de Dracone, qui abſconditus erat in lacu, per quem deſignantur homines nequam & fraudulenti; ſicut enim draco in lacu latitabat: ſic in eorum cordibus neqoitia & fraudulentia eſt abſcondita, quam non oſtendunt niſi excitati, data occaſione ad malitiam exercendam, iuxta illud: Tange montes, & fumigabunt. Dicit enim Auguſt. Leo aperte iraſcitur, draco occulte inſidiatur, vbi malitia & fraus occulta inſinuatur, & ideo draconem colunt illi, qui veritatem fraude & nequitia euertere aut obnubilare ſaltem nituntur: tales ſunt detra- B ctores, adulatores, aduocati, procuratores & iudices peruerſi: & ſicut induſtria Danielis draco ille necatus eſt, ſic Dei iuſto iudicio malitia & fraus prædictorum æterno ſupplicio condemnabitur. Tertia moralitas eſt de Daniele orante, & dicente: Recordatus es mei Deus, & non dereliquiſti quærentes te, & deſignat quemlibet virum deuotum, qui in perſona totius generis humani incarnationis diuinæ beneficium recognoſcere deſiderat: nam ſicut Daniel poſt liberationem ſuam à lacu leonum Deum deprecatus eſt: ſic vir deuotus poſt liberationem ab æterna morte per incarnationem diuinam dicere poteſt: Recordatus es mei Domine, &c. Quarta moralitas eſt de Abacuc, qui C interpretatur fortis luctator, per quem deſignatur homo prudens ad interpretandum, quia quemadmodum Abacuc Danielem conſolatus eſt, qui iniuſte à Babyloniis in lacum leonum miſſus fuerat: ſic homo ſapiens conſolabitur omnes iniuſta patientes, viduas & pupillos. Sic autem Abacuc ſine mora ab Angelo reſtitutus eſt ad locum ſuum: ita omnis defenſor iuſtitiæ, & viduarum atque pupillorum conſolator per Angelos Dei ad locum ſibi paratum in cœlis deferetur. Et ſic huius præſentis tractatus in Danielem ſit finis, ad laudem omnipotentis Dei: & intemeratæ eius Matris totiuſque curiæ cæleſtis.

R. P. F.

STEPHANI DE SAMPAIO,

DE AVTORE COMMENTARIORVM ſuper libros Machabæorum: & quomodo cognoſcatur eum eſſe S. Thomam Aquinatem.

PRÆFATIO.

SI varios fortunæ caſus, candide lector, recenſere velim, quos hi S. Thomæ commentarij paßi ſunt, ne vnquam in lucem prodire poſſent, aliud forſitan iuſtum volumen conficiendum eſſet: Poſtquam enim ex Germania inferiori, vbi antea in tenebris latebant, in Portugalliam ſunt delati, & deinde in Galliam tranſlati, a 12. fere annis, veluti nauicula fluctibus agitata, varias huius regni partes mecum inuiſerunt & peragrarunt. Quod vero attinet ad ſui proprii autoris nomen, M. Ant. Senenſis Theolog. Doctor conterraneus meus, & peregrinationis ſocius anno 1565. dum eſſet apud Flandros, in quodam Monaſterio Fratrum minorum inſula, quæ dicitur à Flerim: hæcmet commentaria, antiquis characteribus manu exarata, Doctoris Fr. Tho. de Aquin Ord Præd. inſcriptione, reperit. Nec ſolum principium, Angelici Doctoris nomen, ſed etiam & finis indicabat. Hoc idem ipſemet Senenſis in ſua Bibliotheca Fr. Præd. apud Sebaſt. Niuellium typis excuſa anno 1585. fol. 33. teſtatur. At vero, quod S. Thomas Machabæorum libros expoſuerit, Ægydius Romanus Doctor inſignis, & teſtis omni exceptione maior, qui inter diſcipulos S. Thomæ vnus fuit ex præcipuis, hoc aſſerit ſuper 4. ſent. diſt. 45. dum agit de oratione pro mortuis facienda, ſub his terminis, Sicut in expoſitione Machabæorum reuerendus Præceptor noſter Thomas tradidit. Quod quidem non ſine cauſa, dum eſſet in partibus Italiæ, annotauit inſignis Papirius Maſſonus, mihique præſens aſſeruit. Idem etiam Doctor Angelicus in multis quæſtionibus ſuæ Summ. Theolog. non ſemel aut bis tantum, huius primi & ſecundi libri teſtimonia citat: atque ſimiliter ibidem ſicuti & hic ea exponit. Adde quod ſtylus breuis, lucidus & acutus, methodus exponendi textum, Doctores etiam citati: Ioſephus, Papias, Iſidorus & alii, quorum lectioni S. Thomas erat aſſuetus, vt patebit cuicunque in eius ſcriptis verſato, ſatis indicant hunc fœtum non illi ſuppoſititium eſſe, ſed fere genuinum. Quod non ego aſſerere auderem, niſi multorum virorum non ſolum theologicæ profeſſionis, ſed & humaniorum literarum, eadem eſſet opinio, quibus hoc opus, antequam prælo traderetur, perlegendum, atque exacte examinandum, commiſeram. Si autem ea non ſufficiant rationes ad hoc: vt tibi perſuadeas, hanc non adulterinam eſſe monetam: cogita idem multis S. Auguſtini, Chryſoſtomi, Hieronymi, & aliorum Patrum propriis libris contigiſſe, nec propterea pretio ſuo fraudantur. Hoc ſaltem ſeueri quantumcunque cenſores nobis denegare non poterunt: vt vnicuique liceat, vt Paulus inquit, in ſuo ſenſu abundare. Quo ſuppoſito, nihilque in his commentariis fidei & bonis moribus ineſſe contrarium: nullus hoc etiam Angelico Doctori recuſare verebitur, quod Ouidius libris de Ponto a populo Romano obtinere hoc diſticho precabatur.

Si dubitas de me: laudes admitte Deorum,
Et carmen dempto nomine ſume meum.

Nemini enim in verba alterius Magiſtri, niſi Chriſti, iurare ſuademus. Vale.

R. P. F.

STEPHANI DE SAMPAIO

LVSITANI, ORDINIS PRÆDICATORVM,

de authoritate ſacræ hiſtoriæ Machabæorum.

PRÆFATIO.

DVo hi Machabæorum libri ſic nuncupati à Machabæa matre ſeptem fratrum quos impius Antiochus Epiphanes diuerſis tormentis necari præcepit, vt hic in præfatione S. Thomas ait, vel à teſſera quadam à Iuda Machabæo militibus ſuis data in bello, vt aliqui Rabini Iudæorum arbitrantur, à ſeculo immemorabili in Eccleſia Catholica tanquam diuina oracula, pro canonicis ſunt recepti. In primis enim D. Clemens octuageſimo octauo Apoſtolorum canone, hos duos Machabæorum libros aperte inter diuinas ſcripturas connumerat. Et Concilium Carthaginenſe inter canonicos libros eos numerandos refert. Quod quamuis prouinciale ſit, & non vniuerſale, poſtea tamen approbatum & confirmatum fuit per ſextam ſynodum Œcumenicam & vniuerſalem Conſtantinopolitanam. D. Auguſtin. lib. 18. de ciuit. Dei, cap. 36. eos ab Eccleſia inter ſacras ſcripturas receptos eſſe à plus mille iam ducentis annis manifeſte inſinuat. Idem teſtatur 10 lib. de doctrina Chriſt. cap 8. idem libro 2. contra epiſtolas Gaud. cap. 23. Et Gelaſius I. in decreto de ſacris libris, in quo ſeptuaginta Epiſcopi ſubſcripſerunt, Innocentius I. in epiſtola ad Exuperium. Iſidorus lib. 6. Etymolog. cap. 1. Caſſiodorus lib. 2. de diuin. lect. Egeſippus in prologo ſui operis, de excidio Ieroſol. D. Cypr. libr. de exhortatione ad martyrium, cap. 11. Et lib. 1. epiſtolar. epiſt. 3 idem D. Gregorius Nazianz. in oratione de Machabæis. D. Ambroſ. libr. de Iacob & vita beata, cap. 11. & 12. Primus autem illorum teſte D. Hieronymo, tunc temporis manuſcriptus in lingua Hebræa reperiebatur, ſed de authoris nomine, ex omnium ſententia, nihil certi habetur. Secundus vero, qui Græce creditur eſſe compoſitus, dempto 1. cap. & dimidio ſecundi; in quibus præter exemplar epiſtolarum Iudæ & Senatus Ieroſol. nihil aliud continetur, ex quinque libris hiſtoriæ Iaſonis Cyrenæi, à Ioſepho filio Mathathiæ, vt putant aliqui, collectus eſt Inter quos Honorius Auguſtudunenſis vnus eſt, in libr. de Eccleſiaſt. ſcriptor. Alii autem Philoni Iudæo tribuunt. Licet autem inter antiquos Patres ſuper illorum authoritate aliqua fuerit controuerſia, quod multis aliis ſacris ſcripturis contigit, quæ Sixtus Senenſis in ſecunda claſſe ſacrorum librorum collocat, non propterea iam nunc de illorum infallibili certitudine hæſitare licet. Fides namque antiquorum Patrum, vitæ ſanctitate & doctrinæ ſplendore fulgentium, authoritate vniuerſalis Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ corroborata, orthodoxum virum ab omni prorſus ſcrupulo & dubitatione ſecurum reddit.

S. THOMÆ AQVINATIS ORD. FR. PRÆD. PRÆFATIO

IN LIBROS MACHABÆORVM.

NOVA bella elegit Dominus Iudicum 5. Ad aliqualem manuductionem generalem habendam in hiſtoriam Machabæorum, conuenienter aſſumitur verbum propoſitum. Ad cuius intellectum ſciendum eſt, quod Iudæi inter cæteras afflictiones, quibus olim poſt legis acceptionem fuerunt afflicti: quatuor inter omnes ſunt præcipuæ, & magis notabiles. Prima quidem ab Aſſyriis, qui eos quoad decem tribus in Aſſyriam tranſtulerunt, vbi fuerunt captiuati, & nunquam quoad omnes, liberati, 4. Reg. 17. ſub Oſee Rege Iſrael. Secunda per Babylonios, qui ipſos in Babyloniam cum Rege ſuo Sedechia excæcato tranſduxerunt, quoad duas tribus, vt 4. Regum vltimo habetur, vbi fuerunt captiuati, ſed tandem poſt ſeptuaginta annos liberati, miniſterialiter per Cyrum, ſed virtute & potentia per Deum ipſum, vt Daniel. Prophetæ cap. 5. & 1. Eſdræ 1. 3. & Eſa. 45. habetur. Tertia afflictio fuit per Græcos, qui contra Iudæos poſtea liberatos inſurrexerunt, & ipſorum legem & ritus propoſſe ſuo expugnauerunt, 1. & 2. Machab. In qua fuerunt multipliciter anxiati, ſed tamen Zelo fidei animati, & ideo à Deo confortati. Quarta fuit per Romanos, qui Hieruſalem inuaſerunt, & Iudæos expulerunt, de qua non habetur hiſtoricè in ſcriptura ſacra: ſed tantum prophetice. Quia hæc fuit poſt mortem Chriſti, quando omnes ſcripturæ conſummatæ erant, & ibi fuerunt ad extremam vilitatem redacti, & in tantum, quod ob demeritum ſuæ obdurationis, nunquam fuerunt poſtea exaltati. Iſtæ autem quatuor afflictiones videntur fuiſſe expreſſæ Ioel. 1. c. vbi ſub metaphora 4. animalium deſcribuntur 4. iſti impugnatores Iudæorum, cum dicitur: Reſiduum locuſtæ comedit brucus, & reſiduum bruci comedit rubigo, &c. Illa fuerunt 4. animalia. quæ vidit Daniel c. 7. leæna, vrſus, pardus, & aper, vel etiam 4. metalla, quæ fuerunt in ſtatua Nabuchodonoſor. Dan. 11. ſcilicet Aurum, argentum, æs, & ferrum. Quorum omnium explicationes non permittit breuitas intenta. Licet igitur omnes iſtæ quatuor Iudæorum à Deo permiſſæ impugnationes ſint plenæ diuinis myſteriis ſicut patet per libros hiſtoriales & prophetales, ipſa tamen tertia impugnatio ipſorum, quæ in duobus libris Machab. continetur, amplioribus eſt digna præconijs: eo quod in omnibus aliis ſuccubuerunt, ſed in iſta quaſi totaliter præualuerunt. Et ideo merito dicitur in propoſito negotio, Noua bella elegit Dominus. In quo verbo deſcribuntur primo quoad animi firmitatem, & hoc eſt nomen bellorum, eo quod ad bellandum fortiter ſe expoſuerunt, 1. Mach 3. Melius eſt nobis mori in bello, quam videre mala gentis noſtræ & ſanctorum. Hæc autem firmitas conſiſtit in tribus: primo quantum ad initium aduerſum & virtuoſum, vnde & de ipſis poteſt dici illud Cant 1. En lectulum Salomonis. i. templum, ſeptuaginta fortes ambiunt, tenentes gladium, & ad bella fortiſſimi, vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, propter timores nocturnos. Secundo quantum ad progreſſum miraculoſum: ipſa enim virilitas animi merebatur ſibi conferri auxilium Dei, quo concurrente ſequitur exitus mirabiliter vincendi, ſicut fuit in propoſito. Nam Deus miniſterio ipſorum de ſe confidentium videbat, Pſal. 139. Obumbraſti ſuper caput meum in die belli, & Hiere. 20. Dominus mecum eſt, tanquam bellator fortis. Tertio

Margin notes: Iudic. 5. — Quatuor afflictiones præcipuæ Iudæorum. — 1. Per Aſſyrios. — 2. Per Babylonios. — 3. Per Græcos. — 4. Per Romanos. — Ioel 1. — Hug. Card. præfat. in hos lib. — Dan. 7. — 3. Impugnatio Iudæorum ex dictis fuit glorioſior. — 1. Mach. 3. — Cantic. 1.

ad Hebr. 11. quantum ad exitum victorioſum & glorioſum. Hebr. 11. Per fidem vicerunt regna, operati ſunt ſuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obtnrauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis,
1. Mach. 3. effugauerunt aciem gladii, conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. Et 1. Mach. 3. Surrexit Iudas Machabæus, & dilatauit gloriam populo ſuo, & induit ſe loricam ſicut Gigas, & ſuccinxit ſe arma ſua bellica in prælio. Secundo deſcribuntur quoad fidei veritatem &
Thren. 3. ſanctitatem: & hoc nomine nouitatis. Thren. 3. Noui diluculo magna eſt fides tua. Vbi vocula noui, non eſt verbum, ſed nomen, & hoc dicitur, quia animus & nouitas eorum atteſtatur veritatem fidei in Iudæis. Et hoc patet ex tribus, quæ ſe habent per oppoſitum ad antiqua bella Iudæorum. Antiquitus enim pugnabant pro habitabilium locorum acquiſitione, vt patet in libris Ioſue & Iudicum; nunc vero pugnauerunt pro ſancti loci & cultus diuini obſeruatione: vt
1. Mach. 4. patet li. 1. Mach. & ideo iſtud bellum nouum eſt, vnde li. 1. Mach. 4. dicitur: Acceperunt lapides, & ædificauerunt altare nouum, & ideo Eſ. 41. dicitur: Poſui te ſicut plauſtrum triturans nouum. Secundo pugnabant alias pro ſuorum demeritorum punitione, Vnde frequenter Deus prouidebat eis pugnas, in quibus ſuccumbebat, propter ſua demerita, ſicut patet, quando pugnnuerunt contra Gabaonitas, quando ex vtraque parte multi corruerunt, vt patet Iu-
Iudic. 20. dic. 20. Sed modo pugnauerunt ad vitandam legis ad idololatriam tranſgreſſionem, atque ideo nouo animo bellabant. 1. Mach. 13 dicitur: Ionathas miſit exercitum nouum in Ioppen.
Ezech. 36. Vnde & de eis dici poteſt illud Ezech. 36. Dabo vobis cor nouū & ſpiritum, ideſt, animum nouum dabo in medio veſtri. Tertio alias leguntur pugnaſſe pro illata iniuria punitione & vindicatione: ſicut eo tempore, quo pugnauerunt contra Amalech, Exod. 7. & alibi frequenter: ſed modo pugnauerunt quaſi zelotypia, pro tuenda iuſtitia & inferenda iniuria repreſſione. 1.
1. Mach. 2. Mach 2. Nunc ergo filii æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtamento patrum. Ecce Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute ſua erit vobis princeps militiæ, & ipſe
Eſa. 62. aget bellum. Et ideo etiam dicitur Eſ. 62. vocabitur tibi nomen nouum. Quia igitur Iudæi, qui erant ad idololatriam proni, nō à Deo de infidelitate vocati, in caſu & in paſſu iſto fuerunt pro fide & cultu diuino zelati, dicuntur merito iſta noua, & ita amplius Deo accepta. Tertio ſubiungitur quomodo: & deſcribuntur quantum ad diuini iudicii ſubtilitatem, cum
Pſal. 88. dicitur, elegit Dominus, & Pſal. 88. dicitur, Diſpoſui teſtamentum electis meis, ideſt in ele-
Pſal. 66. ctis meis, & Pſ. 96. Elegit nobis hæreditatem ſuam, ideſt in nobis, Quare autem Dominus Iudæos ſic bellare, & talia ipſe ordinauerit, triplex eſt ratio. Prima propter aduentus ſui imminentem propinquitatem, quia de eis naſciturus erat in proximo. Num. 16. Mane, ideſt cito, videbit Dominus qui ſunt eius, & ſanctos ſuos applicabit ſibi, & quos elegerit, appropinquabunt ei. Secunda ratio eſt ad exaggerandam iniquitatem Iudæorum, mortem illius procurantium, vnde Eſ. 41. Ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum ex eo quod non eſt: abominatio eſt qui elegit vos, ſequitur, Ecce omnes iniuſti, & vana opera eorum: ventus & inane ſimula-
Ezech. 20. chra eorum. Et Ezech. 20. Eligam ex vobis tranſgreſſores & impios. Tertia ratio. Ad declarandum futurorum martyrum virilitatem, vnde in hoc deſignatur elegiſſe certamen futuro-
Deut. 4. rum martyrum, & ſubiectionem tyrannorum Deut. 4. Dilexit patres ſuos, & elegit ſemen
Iob. 7. eorum poſt eos. Vnde & in perſona Chriſti pro tempore martyrum dicitur, Iob. 7. Elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea. Hanc enim mortem zelo ſui cultus eligunt Iudæi ſpiritu Dei tacti: quam poſtea eligunt martyres ad honorem & gloriam Ieſu Chriſti. Ex continentia ergo iſtius collationis patet ordo & continuatio legis ſcriptæ ad legem gratiæ. Patet etiā quæ ſit materia huius libri, quoniam bella & victoria Iudæorum de inimicis veritatis & legis diuinæ. Quis ſit etiam finis patet per illa tria quæ dicta ſunt. Et quæ ſit forma, quoniam

Cauſa efficiens horam librorum quæ dicatur.

qualis in hiſtoricis libris aliis. De efficiente autem dubitatur nec expreſſe inuenitur, niſi quod legitur de Iuda Machabæo, quod de hoc fecit publicas quaſdam deſcriptiones, quæ à nobis non habentur, ex quibus copulata, & ad breuitatem redacta fuit tunc hæc hiſtoria forte ab aliquo vel ab aliquibus ſummis ſacerdotibus illius temporis. Quoad denominationem vero cur di-

Cur hi libri Machabæorum vocentur.

cantur Machabæorum, ſciendum eſt, quod continent facta 7. fratrum, qui Machabæi appellati fuerunt, & hoc, quia de vna matre nati, quæ ſuo nomine Machabæa vocabatur. Quare autem magis denominetur hiſtoria ab illis, quam à cæteris populis Iudæorum, hæc fuit ratio, quia primo regi Antiocho, qui legem Dei impugnabat, reſiſtunt: & capita bellorum & exercituum extiterunt. Notandum eſt etiam, quod iſti duo libri authoritatem non habent apud

D. Hieron. Comcilium Carthaginenſe 3. ca. 47. confirmatum per ſextam ſynodum vniuerſalem.

Iudæos quemadmodum illi, qui ſunt de numero 24. & faciunt canonem, ſecundum Hieronymus in Prologo Galeato, ſed habent apud Latinos authoritatem in Eccleſia, quæ ipſos in quodam Concilio approbauit, & legendos ordinauit. Sciendum quoque, quod hi duo libri non ſunt vnius narrationis continuatio, ſicut ſunt libri Regum, ſed ſunt vnius hiſtoriæ recapitulatio. Recapitulatur enim in ſecundo, quod dictum eſt in primo. Sed ſupereſt iam, vt Prologum D. Hieronymi tranſlatoris exponamus.

PROLOGVS

PROLOGVS S. HIERONYMI PRESBYTERI in libros Machabæorum.

MAchabæorum libri, duo prænotant inter Hebræorum Duces gentemque Perſarum. Pugnam quoque Sabbathorum, & nobiles Machabæi Ducis exercitus triumphos: ex cuius nomine & libri iidem ſunt nuncupati. Hæc quoque hiſtoria continet etiam inclyta illa geſta Machabæorum fratrum, qui ſub Antiocho Rege pro ſacris legibus dira tormenta perpeſſi ſunt Quos mater pia, dum diuerſis ſupplicijs vrgerentur, non ſolum non fleuit: ſed & gaudens hortabatur ad gloriam paſſionis.

Machabæorum libri duo, &c. Hunc prologum proponit D. Hieronymus huic libro, & vtrique deſeruit. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod Machabæi dicuntur dupliciter, primo ſecundum denominationem à nomine appellatiuo, ideſt, ab hoc nomino Machabæus, quod interpretatur protegens, & hoc modo vocatur Machabæus Iudas filius Marathiæ per antonomaſiam, à quo dicitur iſte primus liber, liber Machabæorum vt in hoc prologo aperte notatur: & fratres eius ſubſequenter ſe habent ad illum. Alio modo dicuntur Machabæi à nomine proprio cuiuſdam mulieris, quæ dicta fuit Machabæa, quæ ſeptem filios habuit, & dicti ſunt ab ea Machabæi, & de iſtis cum recapitulatione prædictorum agitur principaliter in 2. lib. cap. 3. & 7 Et quia de his duobus facit hic prologus mentionem, ideo diuiditur in duas partes, vt prima oſtendat conſequentiam primi libri, & ſecunda ſecundi libri. Circa primam, primo ponit libri conditionem, & ſecundo materiæ primi libri compendioſam comprehenſionem ibi, *prænotant prælia.* Circa primum ponit denominationem Machabæorum: quare autem ſic dicantur, dictum eſt ante. Secundo diſtinctionem, ibi, *duo libri.* Circa continentiam libri ponitur cauſa ex parte Iudæorum, ibi, *inter Hebræorum Duces*, & ex parte aduerſariorum, ibi, *gentemque Perſarum.* Item circa Iudæorum Duces: deſcribit eos primo quidem in generali, & ſecundo in ſpeciali, ibi, *& nobiles Machabæorum.* Secundum Magiſtrum hiſtoriarum intellige, quod liber ſecundus diſtinguitur à primo, & eſt ſicut recapitulatio primi: & ſecundum Rabanum ſuper principium libri ſecundi: intellige quod ſunt duo: Quia in recapitulatione ſecundi multa dicuntur ibi de nouo, quæ in primo dicta non fuerunt. Duces autem vocat, ſcilicet filios Marathiæ, *Perſarum*, vero dicit, quia Græci monarchiam tenebant ſuper Perſas: vel forte, quia Perſæ inter alios magis infeſti erant & contrarij Iudæis ob fauorem Regis Græcorum. *Nobiles autem triumphos dicit* eo quod ſcilicet cum paucis ſe opponebãt, & tamen ſuperabant. In eo autem, quod dicitur, *hæc quoque hiſtoria*, ponitur ſecunda pars iſtius libri procemialis: in qua videtur prologiſare pro materia ſecundi, ſcilicet, de Machabæis dictis à proprio nomine matris ſuæ · vbi primo tangit ipſorum conditionem: ſecundo mortis ſuæ perpeſſionem, ibi *qui ſub Antiocho*: tertio laudabilem patiendi occaſionem, ibi. *pro ſacris legibus*: quarto mirabilem matris conſtantiam & deuotionem, ibi, *quod mater pia*: quæ omnia patent lib 2. cap. 7.

Magiſt. hiſtor. Rabanus.

LIBER PRIMVS MACHABÆORVM.

CAPVT PRIMVM.

ET factum eſt, poſtquam percuſſit Alexander Philippi rex Macedo, qui primus regnauit in Græcia, egreſſus de terra Cethim: Darium regem Perſarum & Medorum: conſtituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ: & pertranſiuit vſque ad fines terræ, & accepit ſpolia multitudinis Gentium: & ſiluit terra in conſpectu eius. Et congregauit virtutem & exercitum fortem nimis: & exaltatum eſt & eleuatum cor eius: & obtinuit regiones Gentium, & Tyrannos & facti ſunt illi in tributum. Et poſt hæc decidit in lectũ & cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erant nutriti à iuuentute: & diuiſit illis regnum ſuum, cum adhuc viueret. Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus eſt. Et obtinuerunt pueri eius regnum, vnuſquiſque in loco ſuo & impoſuerunt omnes ſibi diademata poſt mortem eius, & filii eorum poſt eos annis multis & multiplicata ſunt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccatrix, Antiochus illuſtris, filius Antiochi, regis qui fuerat Romæ obſes: & regnauit in anno centeſimo triceſimo ſeptimo regni Græcorum. In diebus illis exierunt ex Iſrael filii iniqui, & ſuaſerunt multis dicentes, Eamus & diſponamus teſtamentum cum Gentibus quæ circa nos ſunt: quia ex quo receſſimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus viſus eſt ſermo in oculis eorum. Et deſtinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem & dedit illis poteſtatem, vt facerent iuſtitiam Gentium. Et ædificauerunt gymnaſium in Ieroſolymis ſecundum leges Nationum: & fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt à teſtamento ſancto, & iuncti ſunt Nationibus, & venundati ſunt vt facerent malum. Et paratum eſt regnum in conſpectu Antiochi, & cœpit regnare in Terra Ægypti, vt regnaret ſuper duo regna. Et intrauit in Ægyptum in multitudine graui, in curribus & elephantis, & equitibus, & copioſa nauium multitudine. & conſtituit bellum aduerſus Ptolemæum regem Ægypti, & veritus eſt Ptolemæus à facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi. Et comprehendit ciuitates munitas in terra Ægypti: & accepit ſpolia terræ Ægypti. Et conuertit Antiochus poſtquam percuſſit Ægyptum in centeſimo & quadrageſimo & tertio anno: & aſcendit ad Iſrael. & aſcendit Ieroſolymam in multitudine graui. Et intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius, & menſam propoſitionis: & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum: & coronas, & ornamentum aureum quod in facie templi erat: & comminuit omnia. Et

Regni Græcorum, id eſt Seleuci Nicanoris Regis Syroru: qui ſucceſſit Alexandro & fuit rex Syriæ anno fere duodecimo poſt eius mortem. Vt ait Euſebius in Chronicis & hoc: quia ſolum narrantur geſta Regum Syriæ in Iudæis, cuius pars erat Iudæa: ideo ab eius tempore numerantur.

A *accepit argentum & aurum & vaſa concupiſcibilia: & accepit theſauros occultos quos inuenit, & ſublatis omnibus abiit in terram ſuam. Et fecit cædem hominum, & locutus eſt in ſuperbia magna. Et factus eſt planctus magnus in Iſrael, & in omni loco eorum, & ingemuerunt principes & ſeniores, & iuuenes, & virgines infirmatæ ſunt, & ſpecioſitas mulierum immutata eſt. Omnis maritus ſumpſit lamentum, & quæ ſedebant in thoro maritali, lugebant: & commota eſt terra ſuper habitantes in ea, & vniuerſa domus Iacob induit confuſionem. Et poſt duos annos dierum miſit rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & venit Ieruſalem cum turba magna. Et locutus eſt ad eos verba pacifica in dolo: & crediderunt ei. Et irruit ſuper ciuitatem repente, & percuſſit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Iſrael. & accepit ſpolia ciuitatis, & ſuccendit eam igni, & deſtruxit domos eius, & muros eius in circuitu, & captiuas*

B *duxerunt mulieres, & natos: & pecora poſſederunt. Et ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis, & facta eſt illis in arcem, & poſuerunt illic gentem peccatricem viros iniquos, & conualuerunt in ea & poſuerunt arma, & eſcas, & congregauerunt ſpolia Ieruſalem, & repoſuerunt illic, & facti ſunt in laqueum magnum. Et factum eſt hoc ad inſidias ſanctificationis, & in diabolum malum in Iſrael, & effuderunt ſanguinem innocentem per circuitum ſanctificationis, & contaminauerunt ſanctificationem. Et fugerunt habitatores Ieruſalem propter eos, & facta eſt habitatio exterorum, & facta eſt extera ſemini ſuo, & nati eius reliquerunt eam. Sanctificatio eius deſolata eſt ſicut ſolitudo dies feſti eius conuerſi ſunt in luctum, ſabbatha eius in opprobrium, honores eius in nihilum. Secundum gloriam eius multiplicata eſt ignominia eius: & ſublimitas*

C *eius conuerſa eſt in luctum. Et ſcripſit rex Antiochus omni regno ſuo, vt eſſet omnis populus vnus, & relinqueret vnuſquiſque legem ſuam. Et conſenſerunt omnes gentes ſecundum verbum regis Antiochi: & multi ex Iſrael conſenſerunt ſeruituti eius, & ſacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt ſabbathum. Et miſit rex libros per manus nuntiorum in Ieruſalem & in omnes ciuitates Iuda: vt ſequerentur leges Gentium terræ, & prohiberent holocauſta, & ſacrificia & placationes fieri in templo Dei, & prohiberent celebrari ſabbathum, & dies ſolennes, & iuſſit coinquinari ſancta, & ſanctum populum Iſrael. Et iuſſit ædificari aras, & templa, & idola, & immolare carnes ſuillas, & pecora communia: & relinquere filios ſuos incircumciſos, & coinquinari animas eorum in omnibus immunditiis & abomina-*

abominationibus, ita vt obliniſcerentur legem, & immutarent omnes iuſtificationes Dei. Et quicunque non feciſſent ſecundum verbum regis Antiochi morerentur. Secundum omnia verba hæc ſcripſit omni regno ſuo, & præpoſuit principes populo qui hæc fieri cogerent. Et iuſſerunt ciuitatibus Iuda ſacrificare. Et congregati ſunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legem Domini: & fecerunt mala ſuper terram: & effugauerunt populum Iſrael in abditis, & in abſconditis fugitiuorum locum. Die quintadecima menſis Caſleu, quinto & quadrageſimo & centeſimo anno ædificauit rex Antiochus abominandum idolum deſolationis ſuper altare Dei, & per vniuerſas ciuitates Iuda in circuitu ædificauerunt aras: & ante ianuas domorum, & in plateis incendebant thura, & ſacrificabant: & libros legis Dei combuſſerunt ignis ſcindentes eos & apud quemcunque inueniebãtur libri teſtamenti Domini, & quicunque obſeruabat legem Domini, ſecundum edictum regis trucidabant eum. In virtute ſua faciebant hæc populo Iſrael, qui inueniebatur in omni menſe & menſe in ciuitatibus. Et quinta & viceſima die menſis ſacrificabant ſuper arã quæ erat contra altare. Et mulieres quæ circumcidebant filios ſuos, trucidabantur ſecundum iuſſum regis Antiochi, & ſuſpendebant pueros à ceruicibus per vniuerſas domos eorum: & eos qui circumciderant illos trucidabant. Et multi de populo Iſrael definierunt apud ſe, vt non manducarent immunda, & elegerunt magis mori, quam cibis coinquinari immundis: & noluerunt infringere legẽ Dei ſanctam, & trucidati sũt: & facta eſt ira magna ſuper populũ valde.

INCIPIT EXPOSITIO S. Thomæ Aquinatis in lib. 1. Machabæorum.

E*T factum eſt*, &c. Notandum eſt quod ſicut lege data ſub Moyſe inſurrexerunt aduerſarij contra Iudæos, vt patat Iudicom 2. & libro Ioſue ita ipſa lege per Eſdram reparata, & templo reædificato inſurrexerunt hoſtes contra Iudæos, ipſos impedire nitentes: Contra quos Iudæi pugnarunt, & quorundam potiſſimum inſtinctu, qui erant præ cæteris deuoti, & Machabæi ſunt dicti, eis reſiſtunt, & aduerſarii fuerunt principaliter Duces Perſarum & Græcorum. De iſto conflictu inter has duas partes, Perſas ſcilicet & Græcos, gentiles & Iudæos, eſt liber iſte Machabæorum, qui primo diuiditur in duo, primo enim ponitur ipſius hiſtoriæ deſcriptio, ſecundo eiuſdem repetitio & additio, & hoc in 2. libro. Circa primum primo deſcribitur radix & malitia gentilium impugnantium: Secundo probitas Iudæorum ſe defendentium. 2. cap. ibi. *In diebus illis.* Circa primum primo tangit gentilium affligentium propaginem, ibi, *& exiit ex eis radix*, &c. Secundo occaſionis originem, ibi, *in diebus illis exierunt.* Tertio affligendi proceſſum & ordinem, ibi, *& paratum eſt regnum.* Quarto afflictionum magnitudinem, ibi, *& poſt duos annos.* Circa primum primo ponit originem remotam, faciens mentionem de Alexandro, & ſecundo, propinquam, dum meminit Antiochi Illuſtris. Et circa primum primo diſtinguit Alexandri magnanimitatem, & poſtea ſucceſſionis multitudinẽ, ibi, *& poſt hæc decidit in* &c. Circa primum tangit generationem eius, multiplicem victoriam, multiplicem gloriam ſiue ſuperbiam: ſed litera difficilis eſt propter hiſtorias multas, *& factum eſt.*

Copula, Et, quid coniungit.

Copula illa *&* non copulat exterius factũ exteriori facto: ſed exterius factum interiori illuminationi di- A centis, & ſpiritu ſancto afflati, ſicut in prophetis patet, ita dicit gloſſa. *Alexander Philippi*, ideſt, filius Philippi. Et ſecundum aliquos filius naturalis: ſecundum alios autem adoptiuus vel putatiuus. *Macedo?* ſcilicet, natione & officio, quia ipſe ſucceſſit Philippo patri ſoo Regi Macedonum per inſidias interfecto. *Primus in Græcia*, non quia in Græcia non præceſſiſſent Reges, ſed vel quia ipſe primus fuit Monarcha ſuper Græciam, obtinens eam cum regno Macedonom, quod non fecerunt alii Macedonum Reges. Vel quia prius erant ibi plures Reges, & ille primus eam totam tenuit, vel forte ad differentiam diuiſionis ipſius Regni, quæ ipſo mortuo facta fuit. *Cethim*, ideſt, de Græcia, ſecundum Rabanum. Ce- B thim enim fuit proprium nomen Ianam filii Iapheth, filii Noe, &c. à quo Cethima Regio dicta fuit, quæ nunc dicitur Cyprus, à quo nomine etiam Hebraice inſulæ & maritima loca Cethim dicuntur. *Conſtituit prælia.* Rabanus computat duodecim victorias & amplius de duodecim diuerſis Regnis, & quaſi cum inexpugnabilibus gentibus habitas, Et dicit quod erat humani ſanguinis inſaturabilis, ſuorum hoſtium ſiue ſociorum: recentem tamen ſemper cruorem ſitiebat. Vnde & quendam Philoſophum condiſcipulum Ariſtotelis, quia ipſum tanquam Deum adorare noluit, interfecit, *& obtinuit omnium*, quod dicitur quia Reges omnes reddebant ei tributum, vel parati erant reddere, *vſque ad fines*, ſuperatis om- C nibus orientalibus, reuerſus eſt ad Babyloniam, *& ſiluit terra*, quia omnes ei ſe offerebant timore correpti, neque aliquis rebellare vel mutire audebat. Vnde Rex poſtquam Orientalem Oceanum, & Nilum fluuium ingreſſus Babyloniam celeriter rediit, cum exterritarum totius orbis prouinciarum legati, hoc eſt, Carthaginenſium, & totius Africæ ciuitatum, ſed & Hiſpanorum & Gallorum, Siliciæ, Sardiniæque, plurimæ quoque partes Italiæ expauebant: Tantus timor omnes inuaſerat, vt peregrinam toti mundo legationem facerent omnes, ad quos illius rumor peruenerat. Vnde bene ſcriptum eſt, *quia ſiluit terra in conſpectu eius*, quomodo autem tantam victoriam habuit diuino auxilio, docet Magiſter hi- D ſtoriarum in titulo de Alexandro, *& exaltatum eſt.* Nam aliquibus annis ocio deditus totus in lætitiam diffuſus eſt. Cum enim iuuenis eſſet ad plus triginta duorum annorum, totum ſibi mundum videbat ſubiectum, viginti autem annorum erat cum incœpit regnare, & duodecim annis regnauit, *& poſt hæc decidit*, hic tangit ſucceſſorum Alexandri multitudinem, vt tandem ad propoſitum veniat, vbi primo ponitur mortis eius cognitio, & ſecundo explicatur ſucceſſorum ordinatio, ibi, *& vocauit pueros.* Notandum quod per traditionem & inuidiam fuit fortiſſimo veneno intoxicatus, vt dicitur in hiſtoriis: à ſorore ſua, illud ipſi propinante, quo & linguæ vſu fuit priuatus, & ideo vocem ſuam exprimere ſigno coactus fuit. Trogus tamen Pompeius hoc aliter E declarat dicens, quod quidam Antipater de familia eius videns per Alexandrum auos ſuos plures mortuos, & quod poſt ardua facta eius in Græcia, propter fauorem Regis minus curialiter ab ipſo tractaretur, inſtigatus à matre ſua *Olympiade*, quæ ipſum Antipatrum odio habuit, Regi inuidit: & illi inſidias tetendit tali modo. Habuit tres filios, ſcilicet, Caſſandrum, Philippum & Iollam, qui regi in menſa inſeruiebant, & potum eius commiſcere ſoliti erant: & primum Caſſandrum Antipater ſubornauit, vt non obſtante fratrum ſuorum contradictione venenum in potum poſuerit, huius virtutem Alexander, ſecundum aliquos ſtatim, ſecundum alios

Gloſſa.

Hoc teſtatur Metaſthenes auctor illorum temporum.

Rabanus.

Alius Sẽchema.

Rabanus.

Alexander humani ſanguinis effundendi appetens.

Is fuit Caliſthenes. Vide Arrianum lib. 4. & Q. Curtiũ lib. 9.

Alexandri fama per orbem ſparſa omnes prouincia ſe illi ſubdebant.

Magiſter hiſtor.

12 Annos Alexander regnaſſe dicitur.

Alexandro à ſorore ſua intoxicatus proditur. Vide Q. Curtium. lib. 10 Iuſtinum & Arrianum. Trogus Pompeius aliter narrat mortem Alexandri lib. 12 prope finem.

Arbores ſolis & lunæ quæ olim dicebãtur. Vide Curtium lib. 8. & Magiſtrum Hiſt. in hiſt. ſcholaſtica.

vero quarta dies cognouit, & hoc eſt quod dicitur, A *& cognouit*, &c. vel experimento, aut medicorum doctrina, vel (vt alij dicunt, talem notitiam adeptus fuit reſponſo accepto per arbores ſolis & lunæ; & dicebantur illæ, vbi colebantur Iupiter & Diana. Et tunc dabant reſponſa quando ſol vel luna directe deſuper à cacumine vſque ad pedes arbores irradiabant. Ibi audiuit quo tempore moreretur, ſi Babyloniam intraret; ſed ipſe val non credidit, vel mortis ſuſtinendæ intrepidus non curauit. Vnde & multos ſuos de ſua morte dolentes & flentes ipſe ſedauit: & ſeipſum ad communiſſimum locum ciuitatis aſportari fecit, ac omnibus oſtendit ſe contemplandum, & in dextera oſculandum, & abſque aliquo terroris aut perturbationis argumento ſeipſum eſſe omnibus declarauit. B *Et vocauit pueros*, ideſt vocari fecit pueros; quia iam non poterat loqui. Nec prætereundũ quod cum haberet vnum filium nomine Herculem, & vxorem prægnantem relinqueret: reſpondit non eſſe magno & glorioſo viro curandum de progenie, nea tantum dominium & tantas opes debere ſuccedere niſi homini virtuoſo: Atque ideo diſſentientes milites ſuoe videns, & beneuolentiam populi captantes, ipſe præcluſa voce annulum ſuum cuidam Perdiccæ porrexit, in ſignũ quod eſſet melior omnibus aliis iudicandus, *& diuiſit regnum*, ideſt diuidendum innuit, non enim ipſe viuendo diuiſit, *& obtinuerunt pueri*. Notandum eſt quod primo diuiſum fuit in quatuordecim portiones, ita- C qua in qualibet erat vnus de illis: cuiuſlibet autem nomen & vbi regnauit vide in gloſſa Rabani, *& multiplicata*, vnus namque inſurgebat contra alium & quilibet volebat excellera ſocium ſuum, quod patet, quia tandem quatuordacim ille regna aut regni portiones deuenerunt ad quatuor, iuxta Prophetiam Danial. vbi dicitur, quod fracto vno cornu in capite illius hirci nobilis orta ſunt pro eo quatuor cornua minora, iſta vero quatuor regna ſunt, primũ Regnum Ægypti quod tanebat Ptolomæus Lagi filius; Secundum regnum Macedonum, quod tenuit Philippus qui & Iudæus fuit frater Alexandri; tertium Syriæ Babyloniæ, quod habuit Seleucus Nicanor, quartum Aſiæ, quod tenuit Antigonus; qui D illud Seleuco prædicto tradidit, ita qood factum eſt vnum regnum Syriæ & Aſiæ. Ab ipſo ergo Seleuco Nicanore cœpit hæc hiſtoria, pro eo quod Antiochus Illuſtris, de quo ſtatim agetur, ab ipſo deſcendit, per multos tamen intermedios. Primo namque ipſe Seleucus Nicanor in Syria regnauit annis viginti duobus, vel vt alii 32. & poſt eum Antiochus Soter annis octodecim; & puſt hunc Antiochua Theos annos quindecim, vel vt alii 19. & poſt huna Seleucus Galericus vel Callinicus annos viginti; & poſt hunc Seleucus Cerannos filius eius annis tribus; & poſtea Antiochus Magnus pater Antiochi Illuſtris, & frater Seleuci Cerannii, & filius Seleuci Galerici annis viginti ſex, vel vt alij, 36. E & poſtea Seleucus etiam, qui & Philopator, annis duodecim. Antiochus autem *Epiphanes*, qui & Præclarus dictus eſt & Illuſtris filius Antiochi & frater Seleuci Philopatoris, annis vndecim, & ita patet qood à primo anno Seleuci Philopatoris vſque ad Antiochum Illuſtrem, fluxerunt anni centum & triginta ſeptem, & ideo multum ante incepiſſe arbitror: quando incepit ab Alexandro, *ex eis*, id eſt, ex illis quatuordecim: vel ex illis quatuor principalibus. *Radix peccati*, quia ipſe incitauit alios ad legis diuinæ perſecutionem. *Illuſtris*, propter famam eius in malo & auiditatem eius in balla committendo. *Qui fuerat Romæ obſes*, quia Antiochus Magnus accuſatus Romanis ſuper infeſtationa quam in populo faciebat, miſſa legatione vt eum compeſcerent, ipſemet ad aſſecurationem perpetuæ ceſſationis eis filium minorem, ſed probiorem Antiochum, ſcilicet Illuſtrem, in perpetuum obſidem tradidit, qui audiens mortem patris ſui & inertiam fratris ſui antiquioris, Seleuci ſcilicet Philopatoris, clam ſecundum aliquos, vel ſecundum alios de conſenſu Senatorum rediit; & mortuo fratre ſuo regnum tenuit, & dicitur hia *in anno centeſimo triceſimo ſeptimo*, ſecundum computationem Regum incipiendo à morte Alexandri, vel à principio Seleuci Nicanoris. *In diebus illis exierunt*. Nota radicem & cauſam huius hiſtoriæ, infra lib. 2. 3. Poſtquam ergo B deſcribit impugnatorum propaginem, hic, vt dictum eſt, deſcribit impugnationis occaſionem & originem, quæ ex parte Antiochi videtur fuiſſa quorundam Iudæorum perfidia & apoſtaſia, qui ſpreta Iudæorum lege ad ritus gentium tranſiarunt, & inde videtur ſibi audaciam præſumpſiſſa. Et primo ponitur eorum adunatio, ibi, *In diebus illis* ſecundo mutua animatio, ibi, *eamus*, &c. tertio conſilij acceptatio, ibi, *& bonus viſus*, quarto authoritatis collatio, ibi, *& deſtinauerunt*, &c. quinto authoritatis executio, ibi, *& ædificauerunt*, ait ergo. *In diebus illis exierunt ex Iſrael filij iniquitatis*. Nota quod

Textus expoſitio.

iſti erant fratres Oniæ ſummi Pontificis Iudæorum qui liberos non habebat, videntes occaſionem etiam C viuente fratre Onia ſummo Pontifica certare cœperunt de ſucceſſione ſummi ſacerdotij, & ideo volentes placere Antiocho, in tantum progreſſi ſunt malum, vt etiam ob fauorem acquirendum maiorem: nomina ſua Iudaica in nomina gentilicia mutarent, ita quod Ieſus fuit vocatus Iaſon, & Ioannes Menelaus. Et hæc ſunt quæ intellectum faciunt habere intricatum, Cumque plures eſſent cum Iaſone, omnes rogauerunt Antiochum da faciendo gymnaſio & Ephœbiana, quod eis conceſſit: ſed percipiens maiorem malitiam Iaſonis, magis voluit eleuare Menelaum. Notandum tamen quod in 2. libro datur intelligi quod Menelaus non fuit frater Oniæ, ſed cuiuſdam Simonis, qui inuidens Oniæ D ſuaſit Seleuco deſpoliationem ærarij: attamen intelligitur fuiſſe frater Simonis, non carne, ſed malitia. Videns autem Onias ſcelus fratrum ſuorum, perrexit quantocyus ad Regem; vt per Regalem prouinciam ſcelus impediret, quem ſequens Menelaus ſuaſit interim Andronico cuidam viro militari, & curiali, vt Oniam interficeret, quod & fecit Rege ignorante. Id vero poſtquam Regi innotuit; Andronicum iuſſit purpura exui, & per ciuitatem ductum & flagellatum in eodem loco occidi, *Teſtamentum*, id eſt, pactum val fœdus, *deſtinauerunt*, id eſt, firmiter propoſuerunt: *iuſtitiam gentium*, ideſt, ritum eos iuſtificanteus & errorem. *Gymnaſium* dicitur à lucta, & dicitur locus luctandi, & accipitur pro loco in quo exercitabant ſe in ſciendo ritus gen- E tilium, ideſt ſchola, vel, vt dicunt aliqui, accipitur pro lupanari Ephœbiorum, quod alio nomine vocatur Ephœbium. *Præputia*, non circuncidendo pueros, vel pelliculas aliquas apponendo, na viderentur alus deformes in circumciſione. *Et paratum eſt regnum*. Hæc eſt tertia pars principalis, vbi ponit impugnationis proceſſum & ordinem. Et primo deſcribit regni Ægypti violentam vſurpationem, & ſecundo ipſius Iudææ & Hieruſalem ſpoliationem, ibi *& conuertit Antiochus duo regna*. Et lib. 2. cap. 5. in principio loquuntur de hoc, & tuna viſa ſunt in Iudæa illa quæ dicuntur bic. Et notandum quod ibi reuertitur ad hiſtoriam iſtam in parte 2. illius capituli,

Alexander non filiis regna reliquit, ſed aliis.

Magiſt. hiſtor. ait Alexandrum diuiſiſſe regnum in 12. partes, ſed mortuo Alexand. regnum illius fuit diuiſum in 14. partes.

Rabanus & Hugo ſimiliter exponunt hũc locum. Daniel. cap. 8.

In 4. regna tandem diuiſum fuit Alexandri imperium. Regna illa 4. ſunt Ægypti, Macedonia, Syria, & Aſia

A Seleuco Nicanore, hæc hiſt. incepit.

Gymnaſium quid dicatur.

Vide in 2. lib. Machab. cap. 4. de hoc latius.

2. Machab. 5.

quæ incipit cum ibi dicitur, *his itaque geſtis*, vnde illa hic ſupponuntur. Circa quod notandum quod Antiochus ille Illuſtris fuit frater Seleuci Philopatoris qui quidem habuit filium cui debebatur regnum Ægypti, nempe Ptolomæum Philometorem, cuius ille erat auunculus. Orta autem diſſenſione inter nutritios Ptolomæi nepotis ſui, & Antiochum auunculum pro quadam parte Syriæ quæ puero dicebatur oblata; inierunt prælium, & victi ſunt ex parte Ptolomæi. Quod videns Antiochus, diſſimulans ſe velle agere negocia nepotis ſui, ſub ſpecie fauoris intrauit Ægyptum, & tandem captans beneuolentiam ciuium vſurpauit regnum & occupauit & crudeliſſime tractauit: intantum vt tandem expulſus de Ægypto, compulſus fuerit ad Iudæam aſcendere. *Aduerſus Ptolemaeum*, ideſt, aduerſus gentem ſuam. Et notare oportet quod hæc dicuntur per recapitulationem: quia prius fecit bellum illud quod Ægyptum intrarit. *Et conuertit*. Hæc eſt 2. pars illius *& paratum eſt regnum*. In qua poſt captam Ægyptum deſcribit Iudæorum deſolationem, vbi tangit deprædationum occaſionem, *& fecit cædem*, ideſt, deſolationem, *& factus eſt planctus*, & aſcendit in Hieruſalem Menelao ductore, centeſimo quadrageſimo tertio anno à morte Alexandri, vel à regno Seleuci Nicanoris, & ſexto anno regni ſui, quia incepit anno 137. vt dictum eſt, Et notanter poſuiſſe dicitur in templo idolum Iouis, & omnes oblationes ſecundum legem Moyſi prohibuiſſe fieri, & præcepiſſe carnem ſuillam comedi. *ſanctificationem*, ideſt, templum, *cum ſuperbia*, ideſt, præſumptuoſe & ſine reuerentia. *Et poſt duos annos*. In hac parte cap. deſcribit afflictionis magnitudinem, & dicit, *poſt duos annos*, ideſt anno 145. regni Græcorum, & octauo anno eius, *ciuitatem Dauid*, ideſt illam partem Hieruſalem quæ dicitur Sion, *gentem peccatricem*, ideſt,
Pſalm. 78. Macedones Iudæis naturaliter infeſtos, *laqueum*, id eſt inſidias, *diabolum*, ideſt, diabolicum malum, *effuderunt*, Pſal. 87. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, &c. *populus vnus*, ideſt, circa cultum vnum occupatus, ſcilicet gentilem. *Caſleu*, ideſt, Decembris apud nos. *Idolum*, ideſt, Iouis, vbi notandum quod Samaritani videntes Iudæorum gloriam, & fauorem quem apud Alexandrum Magnum habuerant, propter reuelationes quas Deus Iudæorum illis oſtenderat, templum ſuper montem Garizim ædificarunt, in quo ritum Iudæorum ſe obſeruare dicebant. Videntes autem hæc mala inferri Iudæis, currunt ad Regem cultum Iudaicum omnino negantes, & petentes vt templum illud prius conſecratum, in honorem Iouis conſecraretur, quod & obtinuerunt.

CAP. II.

Planctus Mathathiæ & filiorũ eius: propter deſolationem ciuitatis Hieruſalem. Modin Vrbs eſt propter Machabæos celebris Beniamin, quia ibi ſepulti ſunt & nati.

IN diebus illis ſurrexit Mathathias filius Ioannis filii Simeonis, ſacerdos ex filiis Ioarim ab Ieruſalem, & conſedit in monte Modin: & habebat filios quinque, Ioannem, qui cognominabatur Gaddis: & Simonem, qui cognominabatur Thaſi. & Iudam, qui vocabatur Machabæus: & Eleazarum, qui cognominabatur Abaron, & Ionathan, qui cognominabatur Apphus. hi viderunt mala quæ fiebant in populo Iuda & Ieruſalem. Et dixit Mathathias, Væ mihi, vt quid natus ſum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis ſanctæ, & ſedere illic, cum datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extraneorum facta ſunt, templũ eius ſicut homo ignobilis. Vaſa gloriæ eius captiua adducta ſunt: truci-

A *dati ſunt ſenes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. Quæ gens non hæreditauit regnum eius, & non obtinuit ſpolia eius? Omnis compoſitio eius ablata eſt. Quæ erat libera, facta eſt ancilla. Et ecce ſancta noſtra, & pulchritudo noſtra & claritas noſtra deſolata eſt, & coinquinauerunt omnes gentes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et ſcidit veſtimẽta ſua Mathathias & filii eius: & operuerunt ſe ciliciis, & planxerunt valde. Et venerunt illuc qui miſſi erant à rege Antiocho vt cogerent eos qui confugerant in ciuitatem Modin, immolare, & accendere thura, & à lege Dei diſcedere. Et multi de populo Iſrael conſentientes acceſſerunt ad eos: ſed Mathathias & filii eius conſtanter ſteterunt. Et reſpondentes qui miſſi erant ab Antiocho, dixerunt Ma-*
B *thathiæ, Princeps & clariſſimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filiis & fratribus, ergo accede prior & fac iuſſum regis, ſicut fecerunt omnes gentes & viri Iuda, & qui remanſerunt in Ieruſalem: & eris tu, & filii tui inter amicos regis, & amplificatus auro & argento & muneribus multis. Et reſpondit Mathathias, & dixit magna voce, Et ſi omnes gentes regi Antiocho obediunt vt diſcedat vnuſquiſque à ſeruitute legis patrum ſuorum: & conſentiant mandatis eius, ego & filii mei, & fratres mei obediemus legi patrum noſtrorum. Propitius ſit nobis Deus, non eſt nobis vtile relinquere legem & iuſtitias Dei. Non audiemus verba regis Antiochi; nec ſacrificabimus tranſgredientes legis noſtræ mandata vt eamus altera via. Et vt ceſſauit loqui verba hæc*
C *acceſſit quidam Iudæus in omnium oculis ſacrificare idolis ſuper aram in ciuitate Modin ſecundum iuſſum regis. Et vidit Mathathias & doluit, & contremuerunt renes eius: & accenſus eſt furor eius ſecundum iudicium legis: & inſiliens trucidauit eum ſuper aram. Sed & virum quem rex Antiochus miſerat, qui cogebat immolare, occidit in ipſo tempore & aram deſtruxit & Zelatus eſt legem ſicut fecit Phinees Zambri filio Salomi. Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate dicens: Omnis qui zelum habet legis ſtatuens teſtamentum exeat poſt me: & fugit ipſe & filii eius in montes: & reliquerunt quæ habebant in ciuitate. Tunc deſcenderunt multi quærentes iudicium & iuſtitiam in deſertum: & ſederunt ibi ipſi & filii eius, & mulieres eorum & pecora eorum quoniam inundauerunt ſuper eos mala: & re-*
D *nunciatum eſt viris regis & exercitui qui erat in Hieruſalem ciuitate Dauid, quoniam diſceſſiſſent viri quidam qui diſſipauerunt mandatum regis in loca occulta in deſerto: & abiiſſent poſt eos multi, & ſtatim perrexerunt ad eos, & conſtituerunt aduerſus eos prælium in die ſabbatorum, & dixerunt ad eos, Reſiſtitis & nunc adhuc? Exite & facite ſecundum verbum regis Antiochi, & viuetis, & dixerunt. Non exibimus, neque faciemus verbum regis, vt polluamus diem ſabbathorum, & concitauerunt aduerſus eos prælium & non reſponderunt eis: nec lapidem miſerũt in eos, nec oppilauerunt loca occulta dicentes Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra: & teſtes erunt ſuper nos cœlum & terra quod iniuſte perditis nos & intulerunt illis bellum ſabbathis & mortui ſunt*
E *ipſi, & vxores eorum, & filii eorum, & pecora eorum, vſque ad mille animas hominum, & cognouit Mathathias & amici eius: & luctum habuerunt ſuper eos valde, & dixit vir proximo ſuo. Si omnes fecerimus ſicut fratres noſtri fecerunt: & non pugnauerimus aduerſus gentes pro animabus noſtris & iuſtificationibus noſtris nunc citius diſperdent nos à terra, & cogitauerunt in die illa dicentes: Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die ſabbathorum, pugnemus aduerſus eum: & non moriemur omnes, ſicut mortui ſunt fratres noſtri in occultis. Tunc congregata eſt ad eos ſynagoga Iudæorum fortis viribus ex Iſrael, omnis voluntarius in lege: & omnes qui fugiebant à malis, additi ſunt ad eos & facti ſunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum, &c.*

creuſſerunt peccatores in ira ſua, & viros iniques in indignatione ſua. & cæteri fugerunt ad nationes, vt euaderent. Et circuiuit Mathathias, & amici eius, & deſtruxerunt aras: & circumciderunt pueros incircumciſos quotquot inuenerunt in finibus eorum & in fortitudine, & perſecuti ſunt filios ſuperbiæ & proſperatum eſt opus in manibus eorum & obtinuerunt legem de manibus gentium & de manibus regum: & non dederunt cornu peccatori, Et appropinquauerunt dies Mathathiæ moriendi, & dixit filiis ſuis, Nunc confortata eſt ſuperbia, & caſtigatio & tempus euerſionis, & ira indignationis Nunc ergo ô filij, æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtamento patrum veſtrorum, & mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum Abraham nonne in tentatione inuentus eſt fidelis? & reputatum eſt ei ad iuſtitiam? Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cuſtodiuit mandatum: & factus eſt Dominus Ægypti. Phinees pater noſter, zelando zelum Dei, accepit teſtamentum ſacerdotii æterni. Ieſus dum impleuit verbum, factus eſt dux in Iſrael. Caleb dum teſtificatur in Eccleſia accepit hæreditatem. Dauid in ſua miſericordia conſecutus eſt ſedem regni in ſæcula Elias dum zelat Zelum legis, receptus eſt in cœlum. Ananias & Azarias & Miſael, credentes liberati ſunt de flamma. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum. Et ita cogitate per generationem & generationem: quia omnes qui ſperant in eum, non infirmantur. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius, ſtercus & vermis eſt: hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuerſus eſt in terram ſuam, & cogitatio eius periit. Vos ergo filii confortamini & viriliter agite in lege: quia in ipſa glorioſi eritis Et ecce Simon frater veſter, ſcio quod vir conſilii eſt, ipſum audite ſemper, & ipſe erit vobis pater Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute ſua, ſit vobis princeps militiæ, & ipſe aget bellum populi. Et adducetis ad vos omnes factores legis, & vindicate vindictam populi veſtri. Retribuite retributionem Gentibus & intendite in præceptum legis. Et benedixit eos, & appoſitus eſt ad patres ſuos. Et defunctus eſt anno centeſimo & quadrageſimo ſexto: & ſepultus eſt à filiis ſuis in ſepulchris patrum ſuorum in Modin: & planxerunt eum omnis Iſrael planctu magno.

CAP. II.

IN *diebus illis*. In hac ſecunda parte huius primi libri poſt deſcriptam malitiam aduerſariorum impugnantium, deſcribitur probitas & victoria Iudæorum ſe defendentium. Ordo vero iſtius proceſſus ſumi debet ſecundum diuerſitatem. Principum ſub quibus vicerunt. Primo quomodo vicerunt ſub Mathathia, & hoc in iſto cap. Secundo quomodo ſub Iuda, & hoc à 3. cap. vſque ad 9. ante medium, ibi, *& congregati ſunt omnes*. In illa ſecunda parte cap. 9. agitur de morte Iudæ. Tertio ſub Ionatha, & hoc à 9. cap. vſque ad 13. incluſiue, quarto ſub Simone, & hoc à 13. cap. vſque ad finem. Circa primam partem agitur de probitate ipſius Mathathiæ qui fuit primus & principalis, & commendatur à tribus; nam primo oſtenditur audacia zelantis, s. conſtantia tolerantis, ibi, *& exclamauit*, tertio prouidentia tolerantis, ibi, *& appropinquauerunt*. Circa primum ponit primo epilogum ſuæ generationis. Secondo planctum ſuæ compaſſionis, ibi. *& dixit Mathathias* Tertio applauſum ſuæ confeſſionis, ibi, *& venerunt illuc qui vltra*. Quarto zelum ſuæ æmulationis, ibi, *& ceſſauit loqui*. Circa ſecundam partem nota quod bene

A ne apparuit in eis magna conſtantia, & id patet ex tribus, primo quia non ſunt fracti rigore aſperitatis, vnde deſertum elegerunt, & omnia reliquerunt. Secundo nec terrore aduerſitatis, quia aliqui mortem ſuſtinuerunt, alii patienter tolerauerunt. Tertio nec labore anxietatis, quia ſe recollegerunt & confortauerunt, & defendere propoſuerunt, ibi, *& dixit vir proximo ſuo*. Circa tertiam partem principalem oſtendit bene eius prouidentiam in monendo & incitando; nam cum ſentiret ſe proximum morti, voluit poſteris ſuis imprimere zelum negotii, & ſic primo targit pro ſua morte aduerſariorum animationem. Secundo incitat filios ad legis æmulationem, ibi, *Nunc ergo filii*. Tertio adducit pro exemplo antiB quorum patrum remunerationem. Quarto tangit aduerſarii debilem impugnationem, ibi, *& à verbis peccatoris*. Quinto ordinat eis principem & conſiliarium, ibi, *& ecce Simon* Sexto præmiſſa benedictione deſcribit ſuam commiſerationem, ibi, *& benedixit*, Ait ergo. *In diebus illis*, id eſt, anno 45. ſecundum præcedentia, octauo anno regni Antiochi, nam incepit anno 37. Sacerdos ſummus, ſcilicet Carim, qui fuerat ſummus ſacerdos, & ſecundum Ioſephum dicitur Iolath Carim, vel de vice Ioachim: ſicut Zacharias de vice Abia, familiæ enim Aaron numeratæ in ordine ſunt 24. octo de Ithamar, & ſexdecim de Eleazar. Ad ampliandum ergo cultum diuinum Dauid de qualibet conſtituit vnum eligi, & vnuſquiſque ſua ſeptimana ſeruiebat per ordinē, quem ſorte diuiſit eis, vt patet 1. Paral. cap. 24. *& ſedere* C *illic*, ſcilicet, malos homines, vbi debent ſedere Sacerdotes, *quæ gens non hæreditauit*, id eſt, quæ gens fecit in Hieruſalem mala, & ſpoliauit eam. Quaſi diceret, plures hoc fecerunt. Vel quæ gens de omnibus aliis non obtinuit in pace regnum ſuum & ſpolia ſua, niſi tantum Hieruſalem, quaſi dicat. Nulla alia fuit ita turbata. *Phinees*, de quo Num. 25. *teſtamentum*, id eſt, firmum pactum cum Domino. *deſcenderunt*. Nota quod iſte conflictus fuit factus in ſabbatho per Apollonium: de quo dicetur infra cap. 3. & fuit factus cum illis qui adhuc erant in ciuitate, ſed tamen poſtea fugerunt in vallem, vt hic dicitur, & de D hoc vide in lib. 2. cap. 5. & ait, *deſcenderunt*, non cum eis, ſed illi in montem, & iſti in vallem, *quærentes iudicium*, id eſt, vt poſſent facere diſcretionem in cibis ſecundum iuſtitiam legis, *Omnis homo quicunque venerit*, &c. ſed videtur quod peccarint pugnando in ſabbatho, quoniam erat lege prohibitum. Ad hoc inquiunt aliqui quod Mathathias id fecit ductus familiari inſtinctu Spiritus ſancti. Alii vero quod propter articulum neceſſitatis, in qua erant, cum eſſet ſummus Sacerdos quod potuit in hoc diſpenſare; Quod videtur etiam haberi ex facto Apoſtolorum quando euellentes ſpicas comederunt. Dauid quoque tempore neceſſitatis comedit panes propoſitioE nis. Ideo dicit gloſſa, ita ſabbathum cuſtodiri præceptum eſt, vt non ſit reus qui violauerit, ſi neceſſitas fuerit, vel dicunt quod proprie non fuit ibi ſabbathi violatio, nec diſpenſatio, ſed commoda eius obſeruatio, quia licitum & iuſtum eſt etiam ſabbatho fieri charitatis opera, & iſti mouebantur charitate & zelo legis, quæ opera etiam alias de ſeruilibus ſunt moralia; & maxime quando fiunt ex charitate illa imperante, propter honorem & obſeruantiam legis & ſabbathi, vnde videtur mihi, ſine præiudicio, quod ipſi fecerunt melius quam primi de quibus bene dictum eſt quod in ſimplicitate ſua mortui fuerunt. *Ad nationes*. Hic debet ordinari quod infra 6. cap. dicitur de Eleazaro, & cap. 7. de ſeptem filiis & matre, hæc enim omnia facta fuerunt antequam Iudas

inſurgeret,

Textus expoſitio.

Ioſephus. lib. 6.

Luc. cap. 1.

De hoc Dubio vide eundem S. Th. 1. 2. q. 100. art. 8 ad 4. Vbi ſimiliter hunc locum exponit, & 2. 2. q. 40. art. 4. & q. 122. art. 4. ad 3.

Luc cap. 6. 1 Regum. cap. 21

inſurgeret. Et dicitur *ad nationes*, id eſt, ad Gentiles. Ex quo patet quod etiam malos Iudæos occiderunt, *obtinuerunt legem*, id eſt, cultum legis, *de manu*, id eſt, de virtute & reſiſtentia. *Cornu*, id eſt, occaſionem gloriæ. *Superbia*, dicitur reſpectu hoſtium, & *caſtigatio*, Iudæorum, de Abraham vide Geneſ. 22. *mandatum*, ſcilicet caſtitatis, de quo vide Geneſ. 39. vel vt non contaminarentur de cibis gentilium, Geneſ. 34. ſeorſum Ioſeph. *Phinees*, Numer. 25. verbum explorationis terræ, Numer. 23. & 24. vt teſtificarentur bonum terræ, Num. 14. Miſericordia, in Saulem, lib. 2. Reg. & in Semei. Helias, de quo 4. Reg. 2. *Ananias Daniel.* Daniel. 3. & 16. & vltimo. *centeſimo quadrageſimo ſexto.* & ita patet quod vno circiter anno præfuit; & hoc dicit Ioſephus.

Ioſephus de Anania.

CAP. III.

Iudas Apollonium & Seron Principem Syriæ interficit.

Iudas Machabæus ſic vocatur, dicunt Rabbini, ratione cuiuſdam teſſeræ quatuor Hebraicis literis M. c. b. i. concinnatæ, quas illius milites barbara interpretabantur Machabæi: vide Sixtum Senenſem & Genebrard.

A ET ſurrexit Iudas qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo: & adiuuabant eum omnes fratres eius, & vniuerſi qui ſe coniunxerant patri eius, & prælia-bantur prælium Iſrael cum lætitia. Et dilatauit gloriam populo ſuo, & induit ſe loricam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma bellica ſua in præliis, & protegebat caſtra gladio ſuo. Similis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venatione. Et perſecutus eſt iniquos perſcrutans eos: & qui conturbabant populum ſuum, eos ſuccendit flammis: & repulſi ſunt inimici eius, & omnes operarii iniquitatis conturbati ſunt: & directa eſt ſalus in manu eius. Et exacerbabat reges multos, & lætificabat Iacob in operibus ſuis, & in ſæculum memoria eius in benedictione. Et perambulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Iſrael. Et nominatus eſt vſque ad nouiſſimum terræ, & congregauit pereuntes. Et congregauit Apollonius Gentes, & à Samaria virtutem multam, & magnam, ad bellandum contra Iſrael. Et cognouit Iudas, & exiit obuiam illi: & percuſſit, & occidit illum: & ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt, & accepit ſpolia eorum: & gladium D Apollonii abſtulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus. Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ quod congregauit Iudas congregationem fidelium & Eccleſiam ſecum, & ait, Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Iudam, & eos qui cum ipſo ſunt, qui ſpernebant verbum Regis. Et præparauit ſe: & aſcenderunt cum eo caſtra impiorum fortes auxiliarii, vt facerent vindictam in filios Iſrael. Et appropinquauerunt vſque ad Beth-horon: & exiuit Iudas obuiam illi cum paucis. Vt autem viderunt exercitum venientem ſibi obuiam, dixerunt Iudæ, Quomodo poterimus nos pauci pugnare contra multitudinem tantam, & tam fortem, & nos fatigati ſumus ieiunio hodie? Et ait Iudas. Facile eſt concludi multos in manu paucorum: & non eſt differentia in conſpectu Dei cæli liberare in multis & in paucis: E quoniam non in multitudine exercitus victoria belli ſed de cælo fortitudo eſt. Ipſi veniunt ad nos in multitudine contumaci & ſuperbia, vt diſperdant nos, & vxores noſtras, & filios noſtros, & vt ſpolient nos: nos vero pugnabimus pro animabus noſtris, & legibus noſtris: & ipſe Dominus conteret eos ante faciem noſtram: vos autem ne timueritis eos. Vt ceſſauit autem loqui, inſiluit in eos ſubito: & contritus eſt Seron, & exercitus eius in conſpectu ipſius: & perſecutus eſt eum in deſcenſu Bethhoron, vſque in campum, & ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui autem fugerunt in terram Philiſthiim. Et cecidit timor Iudæ ac fratrum eius, & formido ſuper omnes gentes in circuitu eorum, & peruenit ad regem A nomen eius, & de præliis Iudæ narrabant omnes gentes. Vt audiuit autem rex Antiochus ſermones iſtos, iratus eſt animo, & miſit, & congregauit exercitum vniuerſi regni ſui, caſtra fortia valde: & aperuit ærarium ſuum, & dedit ſtipendia exercitui in annum: & mandauit illis, vt eſſent parati ad omnia. Et vidit quod defecit pecunia de theſauris ſuis, & tributa regionis modica propter diſſenſionem & plagam quam fecit in terram, vt tolleret legitima quæ erant à primis diebus, & timuit ne non haberet vt ſemel & bis in ſumptus & donaria quæ dederat ante larga manu; & abundauerat ſuper reges qui ante eum fuerant. Et conſternatus erat animo valde, & cogitauit ire in Perſidem, & accipere tributa regionum, B & congregare argentum multum. Et reliquit Lyſiam hominem nobilem de genere regali, ſuper negotia regia, à flumine Euphrate vſque ad flumen Ægypti: & vt nutriret Antiochum filium ſuum donec rediret. Et tradidit ei medium exercitum & elephantos: & mandauit ei de omnibus quæ volebat, & de inhabitantibus Iudæam & Ieruſalem: & vt mitteret ad eos exercitum ad conterendam & extirpandam virtutem Iſrael, & reliquias Ieruſalem, & auferendam memoriam eorum de loco: & vt conſtitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, & ſorte diſtribueret terram eorum. Et rex aſſumpſit partem exercitus reſidui, & exiuit ab Antiochia ciuitate regni ſui anno centeſimo & quadrageſimo C ſeptimo: & tranſfretauit Euphratem flumen, & perambulabat ſuperiores regiones. Et elegit Lyſias Ptolemæum filium Dorimini, & Nicanorem, & Gorgiam, viros potentes ex amicis regis: & miſit cum eis quadraginta millia virorum, & ſeptem millia equitum: vt venirent in terram Iuda, & diſperderent eam ſecundum verbum regis. Et proceſſerunt cum vniuerſa virtute ſua, & venerunt, & applicuerunt Emmaum in terra campeſtri. Et audierunt mercatores regionum nomen eorum: & acceperunt argentum & aurum multum valde, & pueros: & venerunt in caſtra, vt acciperent filios Iſrael in ſeruos, & additi ſunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienigenarum. Et vidit Iudas, & fratres eius, quia multiplicata ſunt mala, & exercitus applicabant ad fines eorum, & cognouerunt verba regis quæ mandauit D populo facere in interitum & conſummationem: & dixerunt vnuſquiſque ad proximum ſuum. Erigamus deiectionem populi noſtri, & pugnemus pro populo noſtro, & ſanctis noſtris. Et congregatus eſt conuentus, vt eſſent parati in prælium: & vt orarent & peterent miſericordiam & miſerationes. Et Ieruſalem non habitabatur, ſed erat ſicut deſertum: non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius: & ſanctum conculcabatur: & filii alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio Gentium: & ablata eſt voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia & cithara. Et congregati ſunt, & venerunt in Maſpha contra Ieruſalem: quia locus orationis erat in Maſpha ante in Iſrael. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt ſe ciliciis, & cinerem impoſuerunt capiti ſuo, & diſciderunt veſtimenta ſua, & expanderunt libros legis, de quibus ſcrutabantur Gentes ſimilitudinem ſimulacro-E rum ſuorum: & attulerunt ornamenta ſacerdotalia, & primitias, & decimas, & ſuſcitauerunt Nazaræos, qui impleuerant dies: & clamauerunt voce magna in cælum dicentes, Quid faciemus iſtis, & quo eos ducemus? & ſancta tua conculcata ſunt, & contaminata ſunt, & ſacerdotes tui facti ſunt in luctum & in humilitatem: & ecce Nationes conuenerunt aduerſum nos, vt nos diſperdant: tu ſcis quæ cogitant in nos. Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem eorum, niſi tu Deus adiuues nos? Et tubis exclamauerunt voce magna. Et poſt hæc conſtituit Iudas duces populi, tribunos & centuriones & pentacontarchos, & decuriones. Et dixit his qui ædificabant domos, & ſponſabant vxores, & plantabant

Ab Antiochia alias Emath cognominata: quam reparauit Antiochus & à nomine ſuo Antiochiam quæ antea Rabbatha dicebatur.

vineas, & formidoloſis, vt rediens vnuſquiſque in A *domum ſuam ſecundum legem. Et mouerunt caſtra, & collocauerunt ad Auſtrum Emmaun. Et ait Iudas, Accingimini, & eſtote parati in mane: vt pugnetis aduerſus Nationes has quæ conuenerunt aduerſus nos diſperdere nos & ſancta noſtra: quoniam melius eſt nos mori in bello, quam videre mala gentis noſtra & ſanctorum. Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, ſic fiat.*

CAP. III.

E*T ſurrexit Iudas.* Hæc eſt ſecunda pars illius ſcilicet in diebus illis, in qua agitur de ducatu Iu- B dæ, qui defendit populum ſuum tempore trium Regum ordinate ſa habantium: & diuiditur in tres. Primo defendit ipſum ſub Antiocho prædicto Illuſtri vel Epiphane. Secundo ſub filio eius Antiocho Eupatore, cap. 6. Tertio ſub Demetrio nepoto Antiocho filio ſcilicet fratris ſui Seleuci, qui per Antiochum auunculum ſuum adhuc paruulus priuatus eſt ragro, cap. 7. Sub Antiocho vero Epiphane Iudas triplex prælium habuit, ideo pars hæc in tres diuiditur. Primus congreſſus fuit cum Principibus regni. Secundus cum Principibus ipſius Regis cap. 4. Tertius cum finitimis gentilibus, cap. 5. Circa primum primo oſtendit quomodo Iudas cum ſuis primum prælium ſuperauit. Secundo quomodo Rex Antiochus ad ſecundum congreſſum ſe multiplici C ter præparauit, ibi, *vt audiuit Rex Antiochus.* Circa primam partem primo ponitur ipſius Iudæ aſſumpti commendatio. Sacundo duorum Principum Regalis militię expugnatio, ibi, *& congregauit Apollonius:* & primo ponitur eius promotio, & ſecundo per anticipationem probitatum poſtea habitarum, recapitulatio, ibi, *& ſimilis factus eſt,* & ibi, *& congregauit,* dicit quomodo vicit Apollonium Principem militiæ Samariæ, & poſtea quomodo Seon Principem Syriæ, ibi, *& audiuit Seon.* Circa iſtam ſecundam partem ponit primo quomodo ex parte aduerſarii fortis exercitus præparatur; Secundo quomodo paucus populus à Iuda animatur, ibi *vt audiuit ergo* D *exercitum.* Circa primum patet aduerſariũ habuiſſe intentionem inuidioſam & præſumptuoſam, ibi, *faciam mihi,* & flagitioſam, ibi, *& aſcenderunt.* Circa factum Iudæ ponitur ex parta ſuorum, timoris concuſſio, & occaſio; & ex parte Iudę timoris excluſio. Circa primam ponit quomodo exercitum confortauit, ſecundo quomodo aduerſarium ſuperauit, ibi, *vt ceſſauit autem loqui,* excluſit autem timorem tripliciter, primo propter diuinum auxiliũ in quo confidebat. 2. propter ſuperbiam & malitiam quam in aduerſariis cognoſcebat, ibi, *ipſi veniunt:* tertio propter intentionem ſanctam quæ ipſos mouebat, ibi, E *Nos autem pugnabimus.* Fuit autem talis pugna animoſa & operoſa, quia contriuerunt aduerſarios: & fructuoſa, quia cecidit timor ſuper eos: & glorioſa, ibi, *& peruenit ad Regem, vt audiuit autem Antiochus.* Hæc eſt ſecunda pars totius capituli, in qua oſtenditur quomodo Rex Antiochus ad ſecundum congreſſum ſe præparauit. Vbi primo ponitur apparatus ex parte Regis. Secundo ex parte Iudæ, ibi, *& vidit Iudas & fratres eius.* Ex parta Regis quomodo Rex indignatus fuit in Perſidem contra Iudam ad pecuniam colligendum & gentem congragandum. Sacundo quomodo Lyſias ex parte Regis congregauit exercitum ad gentem Iudęorum occidendum, ibi, *& reliquit Lyſiam.* Vbi ponitur eius à Rege infirmatio, & ſecundo Regis tranſfretatio, ibi, *& Rex* A *aſſumpſit.* Tertio ex parte Lyſiæ voluntatis Regis executio, *& elegit Lyſias Ptolemæum, & vidit Iudas.* Hic ponitur apparatus ex parte Iudæ quoad quatuor, & primo præmittitur luctus & oratio, ibi, *& vidit:* ſacundo ſequitur ieiunium & humiliatio, ibi, *& conuenerunt:* tertio ponitur diuini adiutorij imploratio, ibi, *& clamauerunt:* quarto paucorum remanentium confortatio, ibi, *& poſt hæc conſtituit. Succendit flammis,* ideſt, quibuſuis tormentis aut modis aliis: Non enim accipiuntur hic flammæ ad literam. Sic Ioſue cap. 7. vbi agitur de illo qui cum deprehenſus eſſet in ſcelere comburi mandabatur, & tamen vt ibi dicitur fuit lapidatus, & non combuſtus. *Caſtra impiorum,* ideſt, Iudæi apoſtatæ & milites ſibi ſubiecti, B *Betorem.* Ioſephus dicit Beth-ſuram, viculum in Iudæa. *Octingenti.* Ioſephus dicit, octo millia, congregauit omnem propriam virtutem, & multos ex inſulis finitimis conducens, parabat circa veris initium pugnare contra Iudam, *diſſenſione,* quia ſubditi diſſentiebant ſibi; eo quod magnanimus erat in expendendo: & exactiones volebat facere contra legitima terræ antiqua. *Antiochia,* quæ primo dicebatur Emach, ſed ab Antiocho reparata, ſi vocatus eſt, & aliquando dicta fuit Reblata, vbi exoculatus fuit Sedechias Rex Iuda. vt 4. Reg. vltimo dicitur. *Regnum in de Syria,* ſcilicet de finitimis locis: *& Hieruſalem non habitabatur:* Hoc dicit vt oſtendat quare alibi quam in templo orauerunt, ſcilicet, in Maſphat. *ante in Iſrael,* ideſt, antequam fieret templum, vide in lib. Iudicum per totum. *Contra Hieruſalem* Cum C enim eſſent extra Hieruſalem, vertebant ſe verſus eam: quando volebant orare. 4. Reg. 8 & Daniel 6. *librum legis,* ad litteram, quaſi dicerent, hæc eſt lex nobis à te data, & pro cuius conſeruatione pugnamus: adiuua ergo nos. Conſimiliter fecit Ezechias. 4 Reg. 19. & Eſaiæ 38. quando recepit literas blaſphematorias Rapſacis. Vel accipitur continens pro contento, vt appellet librum legis, promiſſiones ſcriptas in lege, *in quibus ſcrutabantur,* ideſt, ſecũdum quorum tenorem, gentes arguebant Iudæos idololatras, quia Cherubin ſuper altare ſtabant. *Suſcitauerunt,* ideſt, apparere fecerunt, qui impleuerat dies D taxatas à lega, vt ſcilicet orarent cum eis, & offerrent oblationem ſuam, de quorum ritu, vide Num. 6. *Tribunos* autem vocat eos qui mille viris præerant: *centuriones* qui centum, ſicut & *pentacontarchos* qui quinquaginta. Et dicitur à pentacon quod eſt, quinquaginta, & archos, quod eſt princeps. *Decuriones* autem dicuntur qui præſunt decem, & dixit his qui ædificabant, &c.

Totius oppoſitio.
Ioſue 7.
Nomine ignis mortis aliud genus aliud intelligitur.
Ioſephus 12. lib. ant. cap. 14.
Beth-ſura.

CAP. IV.

E E*T aſſumpſit Gorgias quinque millia virorũ, & mille equites electos: mouerunt caſtra nocte, vt applicarent ad caſtra Iudæorum, & percuterent eos ſubito, & filij qui erant ex arce, erant illis duces. Et audiuit Iudas, & ſurrexit ipſe & potentes percutere virtutem exercituum regis, qui erant in Emmaum. Adhuc enim diſperſus erat exercitus à caſtris. Et venit Gorgias in caſtra Iuda noctu, & neminem inuenit, & quærebat eos in montibus quoniam dixit, Fugiunt hi à nobis. Et cum dies factus eſſet apparuit Iudas in campo cum tribus viorum tantum: qui tegumenta & gladios non habebant: & viderunt caſtra Gentium valida, & loricatos, & equitatus in circuitu eorum, & hi docti ad prælium. Et ait Iudas viris qui ſecum erant, Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis. Mementote qualiter*

Inſidiantis Gorgiæ occurrit Iudas.

alui facti ſunt patres noſtri in mari rubro, cum ſequeretur eos Pharao cum exercitu multo. Et nunc clamemus in cœlum: & miſerebitur noſtri Dominus, & memor erit teſtamenti patrum noſtrorum, & conteret exercitum iſtum ante faciem noſtram hodie. & ſcient omnes gentes quia eſt qui redimat & liberet Iſrael. Et eleuauerunt alienigenæ oculos ſuos, & viderunt eos venientes ex aduerſo. Et exierunt de caſtris in prælium, & tuba cecinerunt hi qui erant cum Iuda. Et congreſſi ſunt: & contritæ ſunt Gentes, & fugerunt in campum. Nouiſſimi autem omnes ceciderunt in gladio, & perſecuti ſunt eos vſque Gezeron, & vſque in campos Idumææ, & Azoti, & Iamniæ: & ceciderunt ex illis vſque ad tria millia virorum. Et reuerſus eſt Iudas, & exercitus eius, ſequens eum. Dixitque ad populum, Non concupiſcatis ſpolia: quia bellum contra nos eſt. & Gorgias & exercitus eius, prope nos in monte: ſed ſtate nunc contra inimicos noſtros, & expugnate eos, & ſumetis poſtea ſpolia ſecuri. Et adhuc loquente Iuda hæc, ecce apparuit pars quædam proſpiciens de monte. Et vidit quod in fugam conuerſi ſunt, & ſuccenderunt caſtra: fumus enim qui videbatur, declarabat quod factum eſt. Quibus illi conſpectis timuerunt valde, aſpicientes ſimul & Iudam & exercitum in campo paratum ad prælium. Et fugerunt omnes in campum alienigenarum: & Iudas reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorum, & acceperunt aurum multum, & argentum & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas. Et conuerſi hymnum canebant, & benedicebant Deum in cœlum, quoniam bonus eſt, quoniam in ſæculum miſericordia eius. Et facta eſt ſalus magna in Iſrael in die illa. Quicunque autem alienigenarum euaſerunt, venerunt, & nuntiauerunt Lyſiæ vniuerſa quæ acciderant. Quibus ille auditis, conſternatus animo deficiebat: quod non qualia voluit, talia contigerunt in Iſrael, & qualia mandauit rex. Et ſequenti anno congregauit Lyſias virorum electorum ſexaginta millia, & equitum quinque millia, vt debellaret eos. Et venerunt in Iudæam, & caſtra poſuerunt in Beth-horon, & occurrit illis Iudas cum decem millibus viris. Et viderunt exercitum fortem, & orauit, & dixit. Benedictus es ſaluator Iſrael, qui contriuiſti impetum potentis in manu ſerui tui Dauid & tradidiſti caſtra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul, & armigeri eius. Conclude exercitum iſtum in manu populi tui Iſrael, & confundantur in exercitu ſuo & equitibus. Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum. & commoueantur contritione ſua. Deiice illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes qui nouerunt nomen tuum in hymnis. Et commiſerunt prælium & ceciderunt de exercitu Lyſiæ quinque millia virorum. Videns autem Lyſias fugam ſuorum, & Iudæorum audaciam, & quod parati ſunt aut viuere aut mori fortiter, abiit Antiochiam & elegit milites, vt multiplicati rurſus venirent in Iudæam. Dixit autẽ Iudas & fratres eius, Ecce contriti ſunt inimici noſtri, aſcendamus nunc mundare ſancta, & renouare. Et congregatus eſt omnis exercitus, & aſcenderunt in montem Sion. Et viderunt ſanctificationem deſertam, & altare profanatum, & portas exuſtas, & in atriis virgulta nata ſicut in ſaltu, vel in montibus, & paſtophoria diruta. Et ſciderunt veſtimenta ſua, & planxerunt planctu magno, & impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum: & ceciderunt in faciem ſuper terram, & exclamauerunt tubis ſignorum, & clamauerunt in cœlum. Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduerſus eos qui erant in arce donec emundarent ſancta. Et elegit ſacerdotes ſine macula, voluntatem habentes in lege Dei: & mundauerunt ſancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. Et cogitauit de altari holocauſtorum quod profanatum erat, quid de eo faceret. Et incidit conſilium bonum, vt deſtruerent illud: ne forte illis eſſet in opprobrium, quia contaminauerunt illud Gentes, & demoliti ſunt illud. Et repoſuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadúſque veniret propheta, & reſponderet de eis. Et acceperunt lapides integros ſecundum legem, & ædificauerunt altare nouum ſecundũ illud quod fuit prius: & ædificauerunt ſancta, & quæ intra domum erant intrinſecus: & ædem & atria ſanctificauerunt. Et fecerunt vaſa ſancta noua, & intulerunt candelabrum, & altare incenſorum, & menſam in templum. Et incenſum poſuerunt ſuper altare, & accenderunt lucernas quæ ſuper candelabrum erant, & lucebant in templo. Et poſuerunt ſuper menſam panes, & appenderunt vela, & conſummauerunt omnia opera quæ fecerant. Et ante matutinum ſurrexerunt quinta & viceſima die menſis noni (hic eſt menſis Caſleu) centeſimo quadrageſimo octauo anno: & obtulerunt ſacrificium ſecundum legem ſuper altare holocauſtorum nouum, quod fecerunt. Secundum tempus & ſecundum diem in qua contaminauerunt illud gentes, in ipſa renouatum eſt in canticis, & cinnyris, & in cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciem, & adorauerunt & benedixerunt in cœlum eum qui proſperauit eis. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocauſta cum lætitia, & ſacrificium ſalutaris & laudis. Et ornauerunt faciem templi coronis aureis & ſcutulis: & dedicauerunt portas & paſtophoria, & impoſuerunt eis ianuas. Et facta eſt lætitia in populo magna valde, & auerſum eſt opprobrium Gentium. Et ſtatuit Iudas, & fratres eius & vniuerſa Eccleſia Iſrael, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum per dies octo à quinta & viceſima die menſis Caſleu, cum lætitia & gaudio: & ædificauerunt in tempore illo montem Sion, & per circuitum muros altos & turres firmas: nequando venirent Gentes, & conculcarent eum ſicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitum, vt ſeruaret eum, & muniuit eum ad cuſtodiendam Beth-ſuram, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

Paſtophoriorum thalamus erat in quo paſtoforia ſeruare ſolebant quibus ſtabant in publicis precationibus ſacerdotes: vel ædicula in qua habitabat templi præpoſitus.

CAP. IV.

ET *aſſumpſit Gorgias* Hęc eſt ſecunda pars illius, *& ſurrexit Iudas.* In qua poſtquam debellauit Iudas exercitum Principum & Regum, hic declaratur debellatio Principum & exercitus Regis. Et primo ponitur ipſa expugnatio, & ſecundo aliquali pace habita, ipſius templi aliqualis purificatio, in medio capitis, *Dixit autẽ Iudas & fratres eius*: primo congreditur contra Principes Lyſiæ, ſecundo cum ipſo Lyſia, ibi. *quicunque autem alienigenarum.* Circa primum introducit Gorgiam per proditionem inſidias præparantem, & ſecundo ipſum interea per cautelam euadentem, ibi, *& audiuit Iudas*, & tertio ipſum Iudam reliquam partem exercitus inuadentem ibi, *& cum dies factus eſſet*: quarto ipſum exercitum Iudam præcipitantem & ſe defendere præparantem, ibi, *& eleuauerunt alienigenæ*: & quinto ipſum Iudam aduerſarios trucidantem, & perſequentem eos qui fugiebant, ibi, *& congreſſi ſunt.* Sexto Iudæ & exercitus illius reuerſionem, ibi, *& reuerſus eſt Iudas*: & ſeptimo ipſum Gorgiam cum ſuis fugam capientem, ibi, *& vidit* Gorgias, ſcilicet, populum cum Dei commendatione, prædam hoſtium colligentem. *Quicunque autem alienigenarum.* Hic ſecundo congreditur cum Lyſia, & primo ponitur quomodo de prædicta victoria Iudæorum fuit Lyſias informatus: ſecundo quomodo ſuper hæc fuit cõfuſus & conturbatus, ibi, *quibus auditis*: tertio quomodo per ipſum fuit magnus exercitus congregatus, ibi, *& ſequenti anno*: quarto quomodo

per Iudam fuit Deus exoratus, ibi, *& occurrerunt illis* A *Iudas*: & quinto quomodo Lyſias fuit totaliter expugnatus, ibi, *& commiſerunt prælium*. Sexto quomodo ad alium exercitum adducendum fuit animatus, ibi *videns autem Lyſias, Dixit autem Iudas*. Hæc eſt ſecunda pars principalis totius cap. in qua parua anguſtia habita pugnando: ſtatim prorumpunt ad templi purificationem: vbi ponitur primo quomodo Iudas ad hoc incitauit populi multitudinem, & ſecundo repetit inuentam loci ſolitudinem, ibi, *& aſcenderunt*, & tertio narrat, ex hoc, in populo compaſſionis amaritudinem, ibi, *& ſciderunt veſtimenta*, quarto quomodo Iudas prorupit in reparandi promptitudinem, ibi, *Tunc ordinauit*. Et in hac vltima ponitur quomodo ædificantes contra aduerſantes aſſecurauit, & ſecundo quomodo de altari holocauſtorum ordinauit, ibi, *& cogitauit*, & tertio quomodo alia deſtructa reparauit, ibi, *& ædificauit ſancta*. Quarto quomodo populus debito modo ſacrificauit, ibi, *& ante matutinum*. Quinto quomodo dedicationem altaris celebrauit, ibi, *& fecerunt dedicationem*: ſexto quomodo celebrandam in poſterum demandauit, ibi, *& ſtatuit Iudas*. Septimo quomodo aditum ad Hieruſalem fortificauit, ibi, *& ædificauit*, &c. Ait ergo. *Et aſſumpſit Gorgias*. Hic continuat quod dictum fuit ſupra quod Lyſias coogregauit exercitum in quo erat Ptolemæus Nicanor & Gorgias, qui aſtute voluit de nocte inſurgere in Iudam; quod præſciens Iudas fugit: & in aliam partem exercitus quam Gorgias reliquerat, iuit; & eam inuaſit, & poſtea contra Gorgiam reuerſus eſt, & iterum illum deuicit, ibi, *quo viſo*, &c. & tunc patet littera, *filij eorum*, ideſt, alienigenæ in arce recluſi, vel *filij*, ideſt, Iudæi apoſtatæ, quorum quidam etiam erant, ibi, *& audiuit*. i. per inſidias percepit, *parantem exercitum*, quia ibi plures erant exercitus, ſcilicet Ptolemæi & Nicanoris, vt ſupra cap. 3. *diſperſus exercitus*, ſcilicet Gorgiæ, erat diuiſus ab aliis; *tegumenta*, ideſt arma, præ paupertate ſcilicet. *Tuba*, ſecundum legem, vt Numer. 10. habetur: *Ad tria millia*, quidam libri habent ad quinque millia, ſed falſo, *purpuram marinam*: hoc dicitur quia ſecundum Iſidorum purpura eſt ſanguinei coloris, & tingitur quodam piſce marino qui conchylia, vel muræna dicitur; qui cõciſus ferro, ſanguineas guttas emittit; ex quibus collectis tingitur purpura, & ideo dicitur marina. Sic Cantic. 7. quaſi purpura Regis tincta canalibus, *potentes*, ideſt, Golliæ, de quo 1. Reg. 17. & de Ionatha. 1. Reg. 14. *Mundare*, ideſt, reparare ruinam, vel à fœditate idololatriæ pacificare. *Sanctificationem*, ideſt, ędificia ſancta; templum ſcilicet & adiacentia, *deſolatam*, ideſt, occaſione deſolationis præcedentis prophanatam propter ſacrificia. *Atrijs*, quatuor enim erant, ſcilicet, ſacerdotum, mundorum virorum, & mulierum; & generaliter immundorum. *virgulta*, ideſt, vrticas & herbam & alia huiuſmodi: *paſtoforia*, ideſt, domuncula in atrio ſacerdotum quæ aduerſus ducebat, ſcilicet, ad habitationem hebdomadariorum, & comeſtionem Iudæorum in Hieruſalem ad ſacrificandum de longinquo venientium, qui partem ſacrificij ſui coram Domino comedere debebant: & eſt nomen Græcum ſecũdum Hieronymum, & Latine dicitur thalamus. Vel ſecundum alios eſt Latinum, & tunc dicitur quaſi paſtus forenſium, quia forenſes Iudæi ibi comedebant, Deuter. 26. *Tubis ſignorum*, hoc dicit quia vſus tubæ erat eis in ſignum multipliciter ad conuiuandum, & bellandum & ſolennizandum, &c. *In arce*, quia illi erant Iudæis in inſidiis & moleſtiis, *prophanauerunt*, propter oblationes gentium, *deſtructum*. Hinc ſumitur argumentum, deſtruendum fore altare; poſt ſacrificium hæretici in illo factum. *in monte domus*, ideſt, in loco eminenti domus, vel in loco in quo erat domus, extra tamen domum. *Sancta*, ideſt, partem templi priorem: & *quæ intra*, ideſt, ſancta ſanctorum, *altare incenſi*, ideſt aureum, *vela*, quia aut duo erant, vnum in ingreſſu templi, & aliud in ingreſſu oraculi. *Quæ fecerant*, ideſt, quæ facere poterant vel debuerant, aut deliberauerant. Vel quæ fecerant prius in locis vbi erant & ſecum aſportauerant. *Quinta & viceſima*. Notandum quod eadem die qua ante gentiles ſuper primum altare ſacrificauerant, ipſi iterum ſuper altare nouum ſacrificauerunt. Vnde ſupra cap. 1. dictum eſt, quod B anno 146. die 25. menſis Caſleu ſacrificauerunt: nunc autem hoc fuit factum anno 148. die 25. eiuſdem menſis: & ita prophanatio durauit duobus annis: quod præuiderat Daniel Propheta cap. 8. vide ibi, *Caſleu*, ideſt Decemb. *Cinaris*. Cinara eſt inſtrumentum muſicum & dicitur à Cieo, cies, ideſt, moueo, quia motu digitorum facit ſonum in aere. Dicit Ioſephus quod non ſolum erat feſtum, ſed & de iſtis inſtrumentis. de cibis & potibus, non quibuſcunque ſed optimis & delicioſiſſimis, nullis enim tunc expenſis Iudas pepercit, *dedicationem*. Notandũ quod variæ leguntur dedicationes altarium, vna ſub Salomone, cuius fit mentio 3. Reg. 8. Alia ſub Eſdra, de qua habetur 1. Eſd. 6 prima fuit in Septembri, & ſecunda in vere: & iſtæ fuerũt abolitæ propter iſtam tertiã quæ fuit facta in hieme, hoc eſt in Decembri, C vt dicitur hic, & Ioan. 6. Facta ſunt encænia Hieroſolymis & hiems erat. Notandum quod hac die obtulerunt holocauſta & adorauerunt incenſo igne de ferro excuſſo, per actum calculorum de altari ſumptorum, & lumina multa accenderunt: & vocauerunt illud feſtum luminarium, quia tunc in proſperitate habita fuerunt à Deo clarificati, eo quod paulo ante in ſpeluncis & antris habitauerãt. *Diebus octo*, quod erat contra conſuetudinem feſtiuitatum legalium quæ tantum durabant ſeptem diebus, ſed hoc fuit in ſignificationem gloriæ cœleſtis: quam recipient martyres nouę legis per eos ſignificati. Neque D obeſt de octaua die Scenopegiæ, *quia* ipſa propriè non erat de feſtiuitate, niſi tantum pro collecta facienda *Montem Sion*, ideſt, turres altiſſimas fecit verſus partem montis, inter arcem, vt credo, quæ iam formata erat ab aduerſariis: & templum ſiue ciuitatem *extruxit*, illis ſcilicet ad munitionem, & *Bethſuram*, ciuitatem vt eſſet illis pro caſtello.

Tenitus expoſitio.

Iſidorus lib. 19. Originum cap. 24.

Atria 4. tẽpli erant.

Hieronym.

Altare in quo hæretici Sacrificium offert, deſtruendum eſt.

Eadem die quã gentiles altare prophanauerant, Machabæi Deo ſacrificant.

Vel Nouembris.

Dedicationes altarium variæ leguntur.

Ioan. c. 6.

Idem.

Hugo. Card. poſt Magiſtr. in Hiſtoriis.

Mores erat feſtiuitatũ legalium ſolum per 7. dies durare, non octo.

CAP. V.

E **E**T *factum eſt, vt audierunt Gentes in circuitu quia ædificatum eſt altare & ſanctuarium ſicut prius, iratæ ſunt valde: & cogitabant tollere genus Iacob qui erant inter eos: & cœperunt occidere de populo, & perſequi. Et debellabat Iudas filios Eſau in Idumæa, & eos qui erant in Arabathane: quia circumſedebant Iſraelitas & percuſſit eos plaga magna. Et recordatus eſt malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum & ſcandalum, inſidiantes eis in via. Et concluſi ſunt ab eo in turribus & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorum igni cum omnibus qui in eis erant. Et tranſiuit ad filios Ammon, & inuenit manum fortem, & populum copioſum, & Timotheum ducem ipſorum: & commiſit cum eis prælia multa, & contriti ſunt in conſpectu eorum, & percuſſit eos: & cepit Gazer ciuitatem, & filias eius, & reuerſus eſt in Iudæam. Et congregata*

Iudas finitimas gentes, quæ tentabant perdere Iſrael, percutit auxilio fratrum Simonis ſcil. & Ionathæ.

congregatæ ſunt Gentes quæ ſunt in Galaad, aduerſus Iſraelitas qui erant in finibus eorum vt tollerent eos: & fugerunt in Datheman munitionẽ, & miſerunt litteras ad Iudam & fratres eius dicentes, Congregatæ ſunt aduerſum nos gentes per circuitum, vt nos auferant: & parant venire, & occupare munitionem in quam confugimus, & Timotheus eſt dux exercitus eorum. Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo de nobis. Et omnes fratres noſtri qui erant in locis Tubin, interfecti ſunt, & captiuas duxerunt vxores eorum & natos, & ſpolia, & peremerunt illic ferè mille viros. Et adhuc epiſtolæ legebantur, & ecce alij nuntij venerunt de Galilæa conſciſſis tunicis, nuntiantes ſecundum verba hæc: dicentes conueniſſe aduerſum ſe à Ptolemaide, & Tyro, & Sidone: & repleta eſt omnis Galilæa alienigenis, vt nos conſumant. Vt audiuit autem Iudas & populus ſermones iſtos, conuenit Eccleſia magna cogitare quid facerent fratribus ſuis qui in tribulatione erant, & expugnabantur ab eis. Dixitque Iudas Simoni fratri ſuo, Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos in Galilæa: ego autem & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim. Et reliquit Ioſephum filium Zachariæ, & Azariam duces populi cum reſiduo exercitu in Iudæa ad cuſtodiam: & præcepit illis dicens: Præſtote populo huic, & nolite bellum committere aduerſum gentes, donec reuertamur. Et partiti ſunt Simoni viri tria millia, vt iret in Galilæam: Iudæ autem octo millia in Galaaditim. Et abiit Simon in Galilæam, & commiſit prælia multa cum gentibus: & contritæ ſunt gentes à facie eius, & perſecutus eſt vſque ad portam Ptolemaidis: & ceciderunt de gentibus ferè tria millia virorum. & accepit ſpolia eorum, & aſſumpſit eos qui erant in Galilæa & in Arbatis cum vxoribus & natis, & omnibus quæ erant illis, & adduxit in Iudæam cum lætitia magna. Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius tranſierunt Iordanem, & abierunt viam trium dierum per deſertum Et occurrerunt eis Nabuthæi, & ſuſceperunt eos pacifice, & narrauerunt eis omnia quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide, & quia multi ex eis comprehenſi ſunt in Baraſa, & Boſor, & in Alimis, & in Caſphor, & Mageth, & Carnaim, hæ omnes ciuitates munitæ, & magnæ. Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehenſi, & in craſtinum conſtituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, & comprehendere, & tollere eos in vna die. Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in deſertum Boſor repente, & occupauit ciuitatem: & occidit omnem maſculum in ore gladij, & accepit ſpolia eorum, & ſuccendit eam igni. Et ſurrexerunt inde nocte, & ibant vſque ad munitionem. Et factum eſt diluculo, cum eleuaſſent oculos ſuos, & ecce populus multus, cuius non erat numerus, portantes ſcalas & machinas, vt comprehenderent munitionem, & expugnabant eos. Et vidit Iudas quia cœpit bellum, & clamor belli aſcendit ad cœlum ſicut tuba, & clamor magnus de ciuitate: Et dixit exercitui ſuo, Pugnate hodie pro fratribus veſtris. Et venit tribus ordinibus poſt eos, & exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione. Et cognouerunt caſtra Timothei quia Machabæus eſt, & refugerunt à facie eius: & percuſſerunt eos plaga magna, & ceciderunt ex eis in die illa ferè octo millia virorum. Et diuertit Iudas in Maſpha, & expugnauit, & cepit eam: & occidit omnem maſculum eius, & aſſumpſit ſpolia eius: & ſuccendit eam igni. Inde perrexit, & cepit Caſbo, Mageth, & Boſor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. Poſt hæc autem verba congregauit Timotheus exercitum alium, & caſtra poſuit contra Raphon trans torrentem. Et miſit Iudas ſpeculari exercitum: & renuntiauerunt ei, dicentes, Quia conuenerunt ad eum omnes gentes quæ in circuitu noſtro ſunt, & exercitus multus nimis: & Arabas conduxerunt in auxilium ſibi, & caſtra poſuerunt trans torrentem, parati ad te venire ad prælium Et abiit Iudas obuiam illis. Et ait Timotheus principibus exercitus ſui, Cum appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ, ſi tranſierit ad nos prior, non poterimus ſuſtinere eum: quia potens poterit aduerſum nos: ſi vero timuerit tranſire, & poſuerit caſtra extra flumen, tranſfretemus ad eos, & poterimus aduerſus illum. Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ, ſtatuit ſcribas populi ſecus torrentem, & mandauit eis, dicens: Neminem hominum reliqueritis, ſed veniant omnes in prælium. Et tranſfretauit ad illos prior, & omnis populus poſt eum, & contritæ ſunt omnes gentes à facie eorum, & proiecerunt arma ſua, & fugerunt ad Phanum quod erat in Carnaim. Et occupauit

B *ipſam ciuitatem, & Phanum ſuccendit igni cum omnibus quæ erant in ipſo: & oppreſſa eſt Carnaim, & non potuit ſuſtinere contra faciem Iudæ. Et congregauit Iudas vniuerſos Iſraelitas qui erant in Galaaditide, à minimo vſque ad maximum, & vxores eorum, & natos, & exercitum magnum valde, vt venirent in terram Iuda. Et venerunt vſque Ephron: & hæc ciuitas magna in ingreſſu poſita, munita valde, & non erat declinare ab ea dextera vel ſiniſtra: ſed per mediam iter erat. Et incluſerunt ſe qui erant in ciuitate, & obſtruxerunt portas lapidibus. & miſit ad eos Iudas verbis pacificis, dicens, Tranſeamus per terram veſtram, vt eamus in terram noſtram, & nemo vobis nocebit, tantum pedibus tranſibimus. Et nolebant eis aperire. Et præcepit Iudas prædicari in caſtris, vt applicarent vnuſquiſque in quo erat*

C *loco, & applicuerunt ſe viri virtutis, & oppugnauit ciuitatem illam tota die & tota nocte, & tradita eſt ciuitas in manu eius: & peremerunt omnem maſculum in ore gladij, & eradicauit eam, & accepit ſpolia eius, & tranſiuit per totam ciuitatem ſuper interfectos. Et tranſgreſſi ſunt Iordanem in campo magno, contra faciem Bethſan. Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Iuda: & aſcenderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocauſta, quod nemo ex eis cecidiſſet donec reuerterentur in pace. Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater eius in Galilæa contra faciem Ptolemaidis, audiuit*

D *Ioſeph Zachariæ filius, & Azarias princeps virtutis res bene geſtas, & prælia quæ facta ſunt, & dixit: Faciamus & ipſi nobis nomen. & eamus pugnare aduerſus gentes quæ in circuitu noſtro ſunt. Et præcepit his qui erant in exercitu ſuo, & abierunt Iamniam. Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiam illis in pugnam. Et fugati ſunt Ioſephus & Azarias vſque in fines Iudææ: & ceciderunt illo die de populo Iſrael ad duo millia viri, & facta eſt plaga magna in populo: quia non audierunt Iudam & fratres eius, exiſtimantes fortiter ſe facturos Ipſi autem non erant de ſemine virorum illorum per quos ſalus facta eſt in Iſrael. Et viri Iudæ magnifi-*

E *cati ſunt valde in conſpectu omnis Iſrael. & gentium vbi audiebatur nomen eorum. Et conuenerunt ad eos fauſta acclamantes. Et exiuit Iudas & fratres eius, & expugnabant filios Eſau in terra quæ ad Auſtrum eſt, & percuſſit Chebron & filias eius: & muros eius, & turres ſuccendit igni in circuitu. Et mouit caſtra vt iret in terram alienigenarum, & perambulabat Samariam. In die illa ceciderunt ſacerdotes in bello dum volunt fortiter facere, dum ſine conſilio exeunt in prælium. Et declinauit Iudas in Azotum in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & ſculptilia deorum ipſorum ſuccendit igni: & cepit ſpolia ciuitatum, & reuerſus eſt in terram Iuda.*

Dathemam munitio erat in monte Galaad Iudæorum.

Ptolemais Vrbs eſt maritima Phœnices ad Belum fluuium habens montem Carmelum à meridie.

Epheron Vrbs munita erat ſuper ripas Iordanis extructa.

Et filias eius: i. oppidula ei ſubiecta quaſi ab ea nata & deducta.

CAP. V.

E*T factum eſt vt audierunt.* Hæc eſt tertia pars illius, *Et ſurrexit*: in qua agitur de illius conflictu contra finitimas nationes, & quod Iudæos inter ſe habitantes occidebant, & primo oſtendit quomodo præualuit ad Iudæorum de diuerſis gentibus liberationem, ſecundo quomodo præualuit ad ipſorum iam liberatorum remeationem vel reductionem, *& congregauit Iudas.* Circa primum ponit victorias Iudæ, quas de finitimis gentibus habuit, & hoc auxilio & beneficio exercitus coniuncti. Secundo miniſterio exercitus diuiſi, ibi, *& congregatæ ſunt gentes quæ ſunt in Galaad.* Circa primum ponit gentium impugnationem, & ſecundo ipſorum à Iuda expugnationem, ibi, *& debellauit*, & primo filios Eſau quos occidit, maxime illos qui erant in tribus ciuitatibus morantes. Secundo filios Amon, ibi, *& tranſiuit ad filios, & congregate.* Primo ponitur diuerſarum nationum in Iudæos inſurrectio: Secundo ipſius exercitus pro Iuda diuiſio, ibi, *& dixit Iudas.* Tertio vtriuſque partis victorioſa perſequutio, ibi, *& abiit Simon.* Circa primum ponit primo Galaaditas inſurgentes, & ſecundo Galilæos, ibi, *adhuc epiſtolæ*: & in vtraque illarum, primo ponitur inſurrectio, & ad Iudam denunciatio, & auxilii poſtulatio, vt patet *Dixit Iudas.* Circa illam partem, *& abiit Simon*, primo ponitur congreſſus & victoria Simonis, & ſecundo ipſius Iudæ, ibi, *Iudas Machabeus*: & ibi ponitur quomodo Iudas in Galaaditim veniens ſuper oppreſſione Iudæorum, & loci in quibus opprimebantur fuit informatus. Secundo quomodo fuit contra aduerſarios zelo inflammatus. ibi, *& conuertit Iudas.* Habuit autem duos congreſſus principales cum Timotheo duce illius populi, & ſecundo, ibi, *poſt hæc autem verba congregauit Timotheus*, & ibi habetur, primo qualiter exercitus magnus fuit ab eo congregatus, & ſecundo quomodo fuit cauteloſe informatus, & tertio quomodo iuxta quod prædixerat fuit à Iuda expugnatus. *Et congregauit Iudas.* Hæc eſt ſecunda pars totius capituli, in qua agitur de Iudæorum liberatorum vniuerſali reductione, & ſecundo de aliquorum Iudæorum ſuperba acceptatione, ibi, *& in diebus illis.* Tertio agit iterum de Iudæ & ſuorum commendatione, & inimicorum expugnatione, & de quorundam fatuorum ſacerdotum occiſione, ibi, *& viri Iuda magnificati.* Circa primum ponitur quorundam contra Iudæos crudelitas, & ſecundo diuina ſuper eos & per Iudam ſeueritas, ibi, *& præcepit Iudas.* Circa illam partem, *& in diebus*, ponitur ſuperba acceptatio, & ſecundo ſuperbiæ punitio, ibi, *& exiit Gorgias*; tertio punitionis ratio, ibi; *quia non audierunt Iudam*, genus Iacob, Iudæos: inter eos enim multi Iudæi erant diſperſi inter nationes, propter perſecutionem Antiochi. *Arabathane*, ciuitas eſt filiorum Eſau, *filiorum Bean*, ideſt, habitantium Bean ciuitatem, etiam eorum: vnde Bean non eſt nomen viri, ſed ciuitatis, *in via*, ſcilicet qua venerant in terram promiſſionis, *Anathematizauit eos*, ideſt, res eorum ſicut factum fuit Hierico, vt patet Ioſue 6. *Et omnes fratres noſtri qui erant in locis Tubin interfecti ſunt*, ideſt, Iudæi qui morabantur in Tubin, hoc eſt, in illis locis quæ à Tubin ſic dicebantur, vnde & ab hoc locus nomen accepit, & interpretatur deſerens ſiue deſertum, *à Ptolemaide*, ciuitas eſt Metropolis fortiſſima. *Et occurrerunt eis Nabuthai*,

A ideſt aliqui de illis populis volentes ſe iungere Iudæis, & fouere eos, qui in illa ciuitate morabantur, ad munitionem Dathemam, de qua dictum eſt ſupra; vbi recollegerant ſe Iudæi vt expugnarent eos de munitione, tribus ordinibus exercitu ſuo in tres partes diſtincto. Machia alia eſt ab illa quæ eſt in Iudæa, vbi erat aliquando locus orationis Iudæorum quam Ioſephus vocat Mellem ciuitatem alienigenarum, *& Boor*, non eſt illa quæ ſtatim legitur combuſta, quæ ſecundum Ioſephum vocabatur Bethſura, & illæ quæ ſequuntur ſunt ciuitates gentium in Galaaditide, *& ait Timotheus principibus exercitus ſui. Cum appropinquauerit*, &c. Sed nũquid fuit Propheta? Non. Sed æſtimo quod credebat Iudam eſſe
B tantę fortitudinis quod niſi diffideret, non ſuperaretur: & quamdiu confideret ſuperaret, ex diffidentia autem dimiſiſſet eos tranſire, *phanum*, templum idoli ſui. *In ingreſſu*, ſcilicet reuerſionis eorum ad terram ſuam. *In quo erat loco*, ideſt, ſingulæ partes exercitus, ſingulis partibus ciuitatis. *Ioſephus Zachariæ filius*, ille ſcilicet quem prætulerat exercitui in Iudæa remanenti, & præceperat ne pugnaret. Vnde inobediens fuit zelo gloriæ, & ideo punitus fuit in ſua ſuperbia, *per quos ſalus*, ideſt, qui ad faciendam victoriam deputati erant à Domino: *fauſta acclamantes*, ideſt, laudes vel rogationes; quibus rogabant vt ſemper proſpere eis eueniret: Et dicitur à faueo faues: Inde fauſtus cui fortuna fauet, de
C illa Chriſtiano more loquendo, & ita fauſta clamare, eſt, fauorem optare.

Al. Nabathai.

Aduerte Dei prouidentiam.

CAP. VI.

E*T rex Antiochus perambulabat ſuperiores regiones, & audiuit eſſe ciuitatem Elymaidem in Perſide nobiliſſimam, & copioſam in argento & auro, templumque in ea locuples valde: & illic velamina aurea, & loricæ, & ſcuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo qui regnauit primus in Græcia. Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam, & non*
D *potuit: quoniam innotuit ſermo his qui erant in ciuitate: & inſurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abiit cum triſtitia magna, & reuerſus eſt in Babyloniam. Et venit qui nunciaret ei in Perſide, quia fugata ſunt caſtra quæ erant in terra Iuda: & quia abiit Lyſias cum virtute forti in primis, & fugatus eſt à facie Iudæorum, & inualuerunt armis & viribus, & ſpoliis multis, quæ ceperunt de caſtris quæ exciderunt: & quia diruerunt abominationem quam ædificauerant ſuper altare quod erat in Ieruſalem: & ſanctificationem, ſicut prius circumdederunt muris excelſis: ſed & Beth-ſuram ciuitatem ſuam. Et factum eſt, vt audiuit rex ſermones iſtos, expauit, & commotus eſt valde: & decidit in lectum, & incidit in languorem præ triſtitia, quia non factum eſt ei ſicut cogitabat. Et erat illic per dies multos: quia re-*
E *nouata eſt in eo triſtitia magna, & arbitratus eſt ſe mori. Et vocauit omnes amicos ſuos, & dixit illis. Receſſit ſomnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde præ ſollicitudine: & dixi in corde meo: in quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus triſtitiæ, in qua nunc ſum: qui iucundus eram, & dilectus in poteſtate mea. Nunc vero reminiſcor malorum quæ feci in Ieruſalem, vnde & abſtuli omnia ſpolia aurea &. argentea quæ erant in ea, & miſi auferre habitantes Iudæam, ſine cauſa. Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala iſta: & ecce pereo triſtitia magna in terra aliena. Et vocauit Philippum vnum de amicis ſuis, & præpoſuit eum ſuper vniuerſum regnum ſuum, & dedit ei diadema, & ſto-*
lam

Antiochus volens deprædare Templum Elymaidem propellitur contumelioſe à ciuibus.

lam ſuam: & annulum, vt adduceret Antiochum filium ſuum & nutriret eum, & regnaret. Et mortuus eſt illic Antiochus rex anno centeſimo quadrageſimo nono. Et cognouit Lyſias quoniam mortuus eſt rex, & conſtituit regnare Antiochum filium eius, quem nutriuit adoleſcentem: & vocauit nomen eius Eupatorem. Et hi qui erant in arce, concluſerant Iſrael in circuitu ſanctorum: & quærebant eis mala ſemper & firmamentum Gentium. Et cogitauit Iudas diſperdere eos: & conuocauit vniuerſum populum, vt obſiderent eos. Et conuenerunt ſimul, & obſederunt eos anno centeſimo quinquageſimo, & fecerunt baliſtas & machinas. Et exierunt quidam ex eis qui obſidebantur: & adiunxerunt ſe illis aliqui impii ex Iſrael, & abierunt ad regem, B *& dixerunt. Quouſque non facis iudicium, & vindicas fratres noſtros? Nos decreuimus ſeruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obſequi edictis eius: & filii populi noſtri propter hoc alienabant ſe à nobis, & quicunque inueniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates noſtræ diripiebantur. Et non ad nos tantum extenderunt manum, ſed & in omnes fines noſtros, & ecce applicuerunt hodie ad arcem in Hieruſalem occupare eam, & munitionem in Beth-ſuram munierunt, & niſi præueneris eos velocius, maiora quàm hæc facient, & non poteris obtinere eos. Et iratus eſt rex vt hæc audiuit: & conuocauit omnes amicos ſuos, & principes exercitus ſui, & eos qui ſuper equites erant: ſed & de regnis aliis, & de inſulis maritimis venerunt ad eum exercitus conducti. Et erat numerus exercitus eius, centum millia peditum, & viginti millia equitum, &* C *elephanti triginta duo docti ad prælium. Et venerunt per Idumæam: & applicuerunt ad Beth-ſuram, & pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas: & exierunt & ſuccenderunt eas igni, & pugnauerunt viriliter. Et receſſit Iudas ab arce, & mouit caſtra ad Bethzacharam contra caſtra regis. Et ſurrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus in impetum contra viam Bethzacharam: & elephantis oſtenderunt ſanguinem vuæ & mori, ad acuendum eos in prælium, & diuiſerunt beſtias per legiones: & aſtiterunt ſingulis elephantis mille viri in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati vnicuique beſtiæ electi erant.* D *Hi ante tempus vbicunque erat beſtia, ibi erant: & quocunque ibat, ibant, & non diſcedebant ab ea. Sed & turres ligneæ ſuper eos firmæ protegentes ſuper ſingulas beſtias: & ſuper eas machinæ: & ſuper ſingulas viri virtutis 32. qui pugnabant deſuper: & intus magiſter beſtiæ. Et reſiduum equitatum hinc & inde ſtatuit in duas partes, tubis exercitum commouere, & perurgere conſtipatos in legionibus eius. Et vt refulſit ſol in clypeos aureos & æreos: reſplenduerunt montes ab eis, & reſplenduerunt ſicut lampades ignis. Et diſtincta eſt pars exercitus regis per montes excelſos, & alia per loca humilia: & ibant caute & ordinate.* E *Et commouebantur omnes inhabitantes terram à voce multitudinis eorum, & inceſſu turbæ, & colliſione armorum: erat enim exercitus magnus valde & fortis. Et appropiauit Iudas, & exercitus eius in prælium: & ceciderunt de exercitu regis ſexcenti viri. Et vidit Eleazar filius Saura, vnam de beſtiis loricatam loricis regis, & erat eminens ſuper cæteras beſtias: & viſum eſt ei quod in ea eſſet rex: & dedit ſe vt liberaret populum ſuum, & acquireret ſibi nomen æternum. Et cucurrit ad eam audacter in media legionis interficiens à dextris, & à ſiniſtris, & cadebant ab eo huc atque illuc. Et iuit ſub pedes elephantis, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum: & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic. Et videntes virtutem regis, & impetum exercitus eius, diuerterunt ſe ab eis. Caſtra autem regis aſcenderunt contra eos in Ieruſalem, & applicuerunt caſtra*

Beth ſura erat quædam vrbs præſidium poſitum in faucibus montium: ſuper viam publicam diſtãs quinque ſtadiis ab Ieruſalem

Bethzacara vel Bethzacara erat præſidium & locus vbi Iudas Machab. contra Antiochum ſtabat: diſtans ab ea 10 ſtadiis, vel vt Ioſeph. ant. lib. 12 c. 14. 70 ſtadiis

A *regis ad Iudæam & montem Sion. Et fecit pacem cum his qui erant in Beth-ſura: & exierunt de ciuitate, quia non erant eis ibi alimenta concluſis, quia ſabbatha erant terræ. Et comprehendit rex Bethſuram: & conſtituit illic cuſtodiam ſeruare eam. Et conuertit caſtra ad locum ſanctificationis dies multos: & ſtatuit illic baliſtas, & machinas, & ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos, & ſpicula, & ſcorpios ad mittendas ſagittas, & fundibula. Fecerunt autem & ipſi machinas, aduerſus machinas eorum, & pugnauerunt dies multos. Eſcæ autem non erant in ciuitate, eo quod ſeptimus annus eſſet: & qui remanſerant in Iudæa de Gentibus, conſumpſerant reliquias eorum quæ repoſita fuerant. Et remanſerunt in ſanctis viri pauci, quoniam* B *obtinuerat eos fames: & diſperſi ſunt vnuſquiſque in locum ſuum. Et audiuit Lyſias quod Philippus quem conſtituerat rex Antiochus cum adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium ſuum, & regnaret, reuerſus eſſet à Perſide & Media, & exercitus qui abierat cum ipſo, & quia quærebat ſuſcipere regni negotia: & feſtinauit ire, & dicere ad regem & duces exercitus, Deficimus quotidie, & eſca nobis modica eſt, & locus quem obſidemus eſt munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaque demus dextras hominibus iſtis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum, & conſtituamus illis vt ambulent in legitimis ſuis ſicut prius: propter legitima enim ipſorum quæ deſpeximus, irati ſunt, & fecerunt omnia hæc. Et placuit ſermo in conſpectu regis & principum: & miſit ad eos pacem facere,* C *& receperunt illam. Et iurauit illis rex & principes, & exierunt de munitione. Et intrauit rex montem Sion, & vidit munitionem loci: & rupit citius iuramentum quod iurauit, & mandauit deſtruere murum in gyro. Et diſceſſit feſtinanter, & reuerſus eſt Antiochiam, & inuenit Philippum dominantem ciuitati: & pugnauit aduerſus eum, & occupauit ciuitatem.*

CAP. VI.

D ET *rex Antiochus.* Hæc eſt pars principalis illius partis in 2. ca. *& ſurrexit Iudas,* in qua deſcripta probitate multiplici ipſius Iudæ quam exercuit ſub Antiocho Illuſtri, hic deſcribit ſecundo eius probitatem & victoriam quam habuit ſub filio eius Antiocho Eupatore, vbi quatuor facit. Primo ponitur adeptio regni, mortuo ſcilicet patre ſuo. Secundo ponitur præparatio prælii, ibi, *& qui erant in arce.* Tertio congreſſio belli, ibi, *& appropiauit Iudas.* Quarto liberatio populi, ibi, *& audiuit Lyſias.* Circa primam partem hiſtoriæ iſtius notandum eſt quod hiſtoria huius ſecundæ partis multo completius habetur libro 2. Machab. cap. 9. E Sed hic ponitur primo infirmitatis illius occaſio, & ſecundo infirmitatis incurſio, ibi, *& factum eſt vt audiuit.* Tertio malitiæ ſuæ recognitio, ibi, *& vocauit Philippum.* Circa primum ponitur primo occaſio, quomodo de Perſide receſſit viliter ſuperatus. Secundo quomodo à Iudæis exercitus ſuus fuit turpiter debellatus, ibi, *& venit qui nunciaret. Et hi qui erant in arce.* Hæc eſt ſecunda pars capituli, in qua ponitur præparatio prælii: & primo ponitur præparationis occaſio, & ſecundo apparatus executio, ibi, *& iratus eſt Rex vt hæc audiuit.* Circa primum ponitur primo quomodo illi de Iuda arcem expugnauerunt. Secundo quomodo aliqui de obſeſſis in arce, fraudulenter ab illa exierunt, & ſe illis coniunxerunt, ibi, *& exierunt quidam.* Tertio quomodo Regem adierunt &

Textus expoſitio.

ipſum contra Iudam informauerunt, ibi: *& abierunt ad regem.* A Apparatus vero magnus ex parte Regis fuit in his, primo quia multitudinem pugnatorum congregauit, ibi, *Iratus eſt autem.* Secundo quia ciuitatem ſicut potuit debellauit, ibi, *& venerunt per Idumæam.* Tertio quia tam homines animauit, quam animalia cætera fortificauit, ibi, *Surrexit autem rex.* Quarto quia tam elephantes quam milites ordinauit, ibi, *& diuiſerunt beſtias.* Quinto quomodo occaſione iſtorum omnes ad timorem concitauit, ibi, *& vt refulſit ſol. Et appropiauit Iudas.* Hæc eſt tertia pars, vbi ponitur transgreſſio belli duplex in campo, & duplex in præſidio, ibi. *Caſtra autem*

2. 2. q. 14. art. 2. ad 2.

Regis. Circa primum primus congreſſus fuit generalis, & ſecundus fuit ſpecialis cum vna tantum parte exercitus, ibi, *& vidit Eleazar. Caſtra autem* B *Regis;* ibi ponitur primo quomodo Rex Bethſuram debellauit præter Iudæorum communicationem: & ſecundo quomodo Hieruſalem diu debellauit præter eius læſionem, ibi, *& conuertit caſtra ad locum. Et audiuit Lyſias.* Hæc eſt quarta pars, vbi oſtenditur liberatio: & primo ponitur Lyſiæ deliberatio, & conſilii exhibitio, ibi. *Nunc itaque demus.* Ponitur & conſilii à Rege & aliis acceptatio, ibi, *& placuit ſermo:* & mutua inter hoſtes confœderatio, ibi, *& miſit ad eos,* & confœderationis violatio, ibi, *& intrauit Rex montem.* Sion, ſcilicet, interea quod hæc fiebant à Iuda intrauit Rex montem Sion. *Et Rex Antiochus perambulabat ſuperiores Regiones,* Perſidis, ſcilicet, ad habendam pecuniam, ſupra 3. *templumque in ea,* C Dianæ ſcilicet, *Alexander,* de quo ſupra in principio libri, *& reuerſus eſt in Babyloniã cum virtute.* Babyloniam, hoc dicitur per anticipationem, *fortis in primis,* ideſt, cum præcipuis viris Timotheo, Nicanore, Gorgia, & ſeipſo: quaſi dicat, totum fecerat quidquid potuerat. *Beth-ſuram ciuitatem ſuam,* ideſt, quam tanquam ſuam ad ſui tuitionem fortificauerat, *ſuam,* ideſt, ad Regis obſequium promptam, *abominationem,* ideſt, idolum Iouis quod in templo poſuerat, ſupra primo capit. *Et factum eſt vt audiuit Rex ſermones iſtos expauit.* Libro ſecundo, cap. 9. habetur id perfectius, quomodo incurrit dolorem viſcerum, & præcipiens agitari currum verſus Iudæam dum minabatur ſe facere D ſepulchrum Iudæorum, colliſus eſt in terram, ita quod decidit in lectum ſuum, & putruerunt carnes eius, vt dicit Magiſter hiſtoriarum, *& dilectus in poteſtate mea,* ſcilicet ab aliis: vel mihi ipſi complacebam. *Cognoui ergo,* quod ſcilicet propter mala quæ fecerat Iudæis, percuſſus fuerat. Alij dicunt quod ideo quoniam voluntatem habuit ſpoliandi templum Dianæ. Quod reprobat Ioſephus dicens, quod in hoc non peccauit, quia etſi voluntatem nocendi habuit, tamen nihil fecit. Ex quo colligitur argumentum quod. ſecundum opinionem Iudæorum, lex tantum prohibebat manum, non animum, *de amicis ſuis,* ideſt collectaneis, *adduceret eum & educaret. Centeſimo quadrageſimo octauo.* E Contra hoc obiicitur. Nam incepit anno 137. & ita regnauit duodecim annis, ſcilicet: tribus & nouem: quod eſt contra prædicta cap. 1. vbi tantum dicitur regnaſſe vndecim annis. Reſpondetur quod regnauit per aliquam partem noni anni quæ hic computatur pro vno anno, ſupra autem non computatur: & ita contingit frequenter in temporum computatione, *quem nutriuit adoleſcentem: Et vocauit nomen eius Eupatorem,* cognomen fuit, vel forte nomen ratione creationis in officio, ſicut fit de Papa. *Et hi qui erant in arce concluſerant,* ideſt, ſic eos concluſerant circumquaque, & venire in templum

Polybius hoc aſſerit lib. 10. Ioſephus lib. 11. antiq. c. 13. Iudas putabãt quod lex idolorum prohibebat manum nõ animum. Hæc ſupputatio ann. 149. eſt referenda ad regnum Seleuci Nicanoris iuxta Euſebii ſententiam in chronicis, & non ad Alexandrum.

A impedierant ex omni latere. *Et quærebant eis mala ſemper: & firmamentum:* quia volentes immolare in templo repente occidebant. *Centeſimo quadrageſimo:* in quo Antiochus Eupator cœpit regnare. *Baliſtas,* ad emittendum iacula & dicitur à Ballin Græce, quod eſt emittere, vt Papias & Iſidorus inquiunt. *Machinas.* Machinæ ſecundum Papiam vniuerſaliter ſunt, quæ fiunt opere humano, ſed accommodantur ad hoc, vt dicantur inſtrumenta omnia, quæ ſubtiliter inueniuntur, & operoſe fiunt, pro victoriis obtinendis in bello, inde Machinor, aris. *Qui obſidebantur,* qui erant apoſtatæ Iudæi, tanquam vellent ab apoſtaſia reſilire: *& vindicas fratres,* ideſt, vindictam non ſumis de fratribus noſtris, ſcilicet de Iuda & de ſuis, *Bethzacharia,* Ioſephus dicit, anguſtũ B eſſe locum mille ſtadiis ab hoſtium loco diſtantem. *Legiones,* non proprie dictas, ſecundum quod legio continet ſex millia ſexcenta ſexaginta ſex: ſed communiter pro quacunque congregatione. Vnde ſuper quemlibet Elephantem erat turris lignea & machinæ: erant enim triginta duo elephantes, & triginta duæ turres ſuper eos, & in qualibet turri triginta duo viri, & in cuſtodia cuiuſlibet mille cum illo, qui principaliter regebat beſtiam, & triginta tres pedites loricati, & quingenti equites: & ita cuilibet animali inerant deputati, mille quingenti & triginta tres, & ita in ſumma deſeruiebant omnibus elephantibus quadraginta duo millia nongenti nonaginta nouem, & his coniungendo eos, qui prin- C cipaliter regebant elephantes, fiunt inſimul quadraginta nouem millia & triginta vnus, ita quod remanebant in communi exercitu equites tantum quatuor millia, quia ſexdecim millia deputata erant elephantibus, de peditibus vero remanebant circiter ſexaginta ſeptem millia, & iſti tam equites quam pedites ordinati erant in duas partes. Exercitus autem habebat centum millia peditum, & viginti millia equitum: & ideo reſiduum exercitus erat diuiſum hinc & inde, beſtiis cum viris eorum in medio. *Ante tempus,* ideſt, cito & expedite ſemper præerant motui animalium *Tubis,* ſtatuit enim, vt mouerentur caſtra ad ſonitum tubarum. *Diſtincta,* ideſt, diuiſa quidam enim in monte, quidam D in valle ibant, animalia in medio. *Conſtipatos,* ſe mutuo ad inuicem iungentes in legionibus ſuis, ad hoc vrgebat eos propter vim maiorem habendam. *Eleazar frater Iudæ,* vt dicit Ioſephus, de quo ſupra cap. 2. filius Aura, quia Mathathias binominius fuit, vel forte erat frater eius de alia vxore, cuius nomen eſt Aura. Non enim poteſt dici frater eius de alio patre. Cuius nomen ponitur hic, quia ſupra dicitur vterque filius Mattathiæ, *Loricis Regis,* ideſt, armis Regis depictis, *diuerterunt euntes,* ſcilicet in Hieruſalem ad videndum locum. *Pacem,* dando ſe Regi ſalua vita eorum. *Sabbatha,* quia ſecundum legem ſeptimo anno quieſcebat terra, nec fructus portabat. *Ignis iacula,* ideſt, inſtrumenta ad faciendum ignem. E *Scorpios,* ideſt, inſtrumenta ad proiiciendum ſagittas venenoſas, ad modum ſcorpii, vnde dicuntur, & accipiuntur hic pro inſtrumento fundibuli, quia per eas emittuntur lapides è fundis poſiti & circumuoluti. *à Perſide,* vbi mortuus fuerat Rex, cum reuerſus fuiſſet Antiochiam: *quærebat,* vſurpare Regnum in præiudicium Eupatoris, *deficimus,* ſcilicet, fame. *Munitus eſt,* hoc credebat ipſe, ſed ita non erat: vel hoc dicebat inuidendo Philippo, qui in Antiochia regnabat, *& pugnauit,* argumentum eſt quod Philippus regnum vſurpabat.

Papias. Iſidor. l. 18. Originum. cap. 9 Machina quid.

Ioſeph. ant. lib. 12. c. 14. & 15 & de bello Iudaico, lib. 1. c. 1.

Legio quid, communiter loquendo.

Ioſeph. lib. 12. antiq. c. 8. Aura.

2. 2. q. 64. art. 5. ad 3. citat hunc caſum.

CAP. VII.

Occiſo Antiocho & Lyſia regnat Demetrius.

A Nno centeſimo quinquageſimo primo, exiit Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & aſcendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic. Et factum eſt, vt ingreſſus eſt domum regni patrum ſuorum, comprehendit exercitus Antiochum & Lyſiam, vt adducerent eos ad eum. Et res ei innotuit, & ait: Nolite mihi oſtendere faciem eorum. Et occidit eos exercitus. Et ſedit Demetrius ſuper ſedem regni ſui, & venerunt ad eum viri iniqui & impii ex Iſrael: & Alcimus dux eorum, qui volebat fieri ſacerdos. Et accuſauerunt

B populum apud Regem, dicentes: Perdidit Iudas & fratres eius omnes amicos tuos, & nos diſperdidit de terra noſtra. Nunc ergo mitte virum, cui credis, vt eat & videat exterminium omne, quod fecit nobis & regionibus Regis: & puniat omnes amicos eius, & adiutores eorum. Et elegit Rex ex amicis ſuis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnum in regno, & fidelem Regi, & miſit eum, & Alcimum impium conſtituit in ſacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Iſrael. Et ſurrexerunt, & venerunt cum exercitu magno in terram Iuda, & miſerunt nuntios, & locuti ſunt ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis in dolo. Et non intenderunt ſermonibus eorum: viderunt enim, quia venerunt cum exercitu magno. Et conuenerunt ad Al-

C cimum & Bacchidem congregatio ſcribarum requirere quæ iuſta ſunt: & primi, Aſsidæi, qui erant in filiis Iſrael: & exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim, Homo ſacerdos de ſemine Aaron venit, non decipiet nos. Et locutus eſt cum eis verba pacifica, & iurauit illis, dicens: Non inferemus vobis malum, neque amicis veſtris. Et crediderunt ei. Et comprehendit in eis ſexaginta viros, & occidit eos in vna die ſecundum verbum, quod ſcriptum eſt: Carnes ſanctorum tuorum, & ſanguinem ipſorum effuderunt in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret. Et incubuit timor & tremor in omnem populum, quia dixerunt: Non eſt veritas & iudicium in eis: tranſgreſsi ſunt enim conſtitutum, & iuſiurandum quod iurauerunt. Et mouit Bacchides caſtra ab Hieru-

Bethzecha vrbs fuit Gaulenis in tribu Manaſſe.

D ſalem, & applicuit in Bethzecha: & miſit, & comprehendit multos ex eis, qui ad ſe refugerant. & quoſdam de populo mactauit: & in puteum magnum proiecit. Et commiſit regionem Alcimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipſi. Et abiit Bacchides ad Regem: & ſatis agebat Alcimus pro principatu ſacerdotii ſui. Et conuenerunt ad eum omnes, qui perturbabant populum ſuum: & obtinuerunt terram Iuda, & fecerunt plagam magnam in Iſrael. Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus, & qui cum eo erant filiis Iſrael multo plus quam Gentes. Et exiit in omnes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictam in viros deſertores, & ceſſauerunt vltra exire in regionem. Vidit autem Alcimus,

E quod præualuit Iudas & qui cum eo erant, & cognouit, quia non poteſt ſuſtinere eos, & regreſſus eſt ad Regem, & accuſauit eos multis criminibus. Et miſit Rex Nicanorem vnum ex principibus ſuis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Iſrael: & mandauit ei euertere populum. Et venit Nicanor in Ieruſalem cum exercitu magno. & miſit ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis cum dolo, dicens. Non ſit pugna inter me & vos: veniam cum viris paucis, vt videam facies veſtras cum pace. Et venit ad Iudam, & ſalutauerunt ſe inuicem pacifice: & hoſtes parati erant rapere Iudam. Et innotuit ſermo Iudæ, quoniam cum dolo venerat ad eum: & conterritus eſt ab eo, & amplius noluit videre faciem eius. Et cognouit Nicanor, quoniam denudatum eſt conſilium eius: & exiuit obuiam Iudæ in pugnam iuxta Caphar-

Capharſalama, id eſt Antipatrida, vrbs in campeſtribus Iudæ ſita, inter Cæſaream & Dioſpolim.

A ſalama. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu fere quinque millia viri: & fugerunt in ciuitatem Dauid. Et poſt hæc verba aſcendit Nicanor in montem Sion: & exierunt de ſacerdotibus populi ſalutare eum in pace: & demonſtrare ei holocauſtomata, quæ offerebantur pro Rege. Et irridens ſpreuit eos, & polluit, & locutus eſt ſuperbe, & iurauit cum ira, dicens, Niſi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus meas: continuo cum egreſſus fuero in pace, ſuccendam domum iſtam. Et exiit cum ira magna, & intrauerunt ſacerdotes: & ſteterunt ante faciem altaris & templi: & flentes dixerunt, Tu Domine elegiſti domum iſtam ad inuocandum nomen tuum in ea, vt eſſet domus orationis & obſecrationis populo tuo, fac vindictam in homine iſto, & exercitu eius, & cadant in

Et fugerũt, &c. Alia verſio habet, reliquè autẽ in vrbem Dauidis aufugerunt, id eſt, exercitus Nicanoris.

B gladio: memento blaſphemias eorum & ne dederis eis vt permaneant. Et exiit Nicanor ab Ieruſalem, & caſtra applicuit ad Bethhoron: & occurrit illi exercitus Syriæ. Et Iudas applicuit in Adarſa cum tribus millibus viris: & orauit Iudas, & dixit: Qui miſsi erant à Rege Sennacherib, Domine, quia blaſphemauerunt te, exiit angelus & percuſsit ex eis centum octoginta quinque millia: ſic contere exercitum iſtum in conſpectu noſtro hodie, & ſciant cæteri, quia male locutus eſt ſuper ſancta tua, & iudica illum ſecundum malitiam illius. Et commiſerunt exercitus prælium tertia decima die menſis Adar: & contrita ſunt caſtra Nicanoris, & cecidit ipſe primus in prælio. Vt autem vidit exercitus eius, quia cecidiſſet Nicanor, proiecerunt arma ſua, & fuge-

C runt: & perſequuti ſunt eos viam vnius diei ab Adazer, vſquequo veniatur in Gazara. & tubis cecinerunt poſt eos cum ſignificationibus: & exierunt de omnibus caſtellis Iudææ in circuitu, & ventilabant eos cornibus & conuertebantur iterum ad eos, & ceciderunt omnes gladio, & non eſt relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt ſpolia eorum in prædam: & caput Nicanoris amputauerunt, & dexteram eius, quam extenderat ſuperbe, & attulerunt, & ſuſpenderunt contra Ieruſalem. Et lætatus eſt populus valde, & egerunt diem illam in lætitia magna. Et conſtituit agi omnibus annis diem iſtã tertia decima die menſis Adar. Et ſiluit terra Iuda dies paucos.

D

CAP. VII.

A *Nno centeſimo*, &c. Libri primi hæc eſt tertia pars, probitatis Iudæ, ſub tertio rege, ſcilicet Demetrio Nepote Antiochi Illuſtris filio Seleuci, qui tribus annis regnauit poſt Antiochi Magnum patrem eius, & Patrem Antiochi Illuſtris, à quo Demetrio Antiochus Illuſtris auunculus ſuus regnum abſtulerat: vbi primu ponitur victoria habita ſub Demetrio. Secundo confœderatio facta cum Romanis poſt victorias, & hoc 8. cap. Tertio inſurrectio ipſius, ſcilicet, Demetrii facta contra Iudam, occaſione illius confœderationis, & hoc cap. 9. &c.

E Circa iſtud caput primo ponit tria in generali; primo ipſius Demetrii ad regnum exaltationem. Secundo ipſius contra Iudam informationem, ibi, *& elegit rex*. Circa primam partem ponitur primo, quomodo de terra Romanorum remeauit: ſecundo, qualiter Antiochum Eupatorem filium Antiochi auunculi ſui, & Lyſiam eius auditorem trucidauit, ibi, *& factum eſt*, Tertio ponitur malorum congregatio, & Iudæ accuſatio, ibi, *perdidit Iudas*, Quarto Regis informatio ibi, *Nunc ergo mitte virum*, &c. *Et elegit*. Tertia pars principalis ponitur, vbi Rex miſit primo contra Iudæos duos Principes, ſcilicet, Alcimum & Bacchidem. Secundo, quomodo poſt illos miſit Nicanorem, ibi, *& vidit Alcimus*. Circa pri-

A mum ponit ipſorum Principum doloſitatem & crudelitatem. Secundo ipſius Iudæ contra eos probitatem, ibi, *& vidit Iudas omnia mala*. Circa primam partem ponit primo doloſam illorum Principum intentionem: & ſecundo cauteloſam ipſius à Iuda perceptionem, ibi, *& non intenderunt ſermonibus*, tertio ingenioſam aliquorum deceptionem, ibi, *& conuenerunt ad Alcimum*, quarto doloroſam ipſorum interfectionem, ibi, *& comprehendit ex eis*, quinto animoſam aliorum fugam & diuiſionem, cum viderunt eorum proditionem, ibi, *& incubuit timor*, ſexto ipſorum fugientium perſecutionem, ibi, *& mouit Bacchides*, ſeptimo Bacchidis ab Alcimo ſeparationem, ibi; *& abiit Bacchides*, octauo malorum ab Alcimo auxilium & adiuuationem, ibi, *& conuenerunt ad eum. Vidit autem Alcimus*. Hic miſit ſecundo

B Demetrius ipſum Nicanorem, contra quem fuit duplex congreſſus. Et circa primum primo ponit iterum ipſius Iudæ per Bacchidem accuſationem, & ſecundo Nicanoris miſſionem, ibi. *& miſit Rex Nicanorem*, tertio ipſius doloſam intentionem, ibi, *& venit Nicanor*, quarto ipſius à Iuda receptionem, ibi, *& venit ad Iudam*, quinto falſitatis cognitionem, & eius expulſionem, ſexto bellandi rationem & coactionem, ibi, *& congregauit*, ſeptimo Nicanoris deiectionem, ibi, *& ceciderunt de Nicanoris. Et poſt hæc verba*. Secundus congreſſus cum Nicanore ponitur, & primo deſcribitur illius ſuperbia, & ſecundo Iudæ victoria, ibi, *& exiit Nicanor*. Circa

C primum ponit Sacerdotum placationem, ſecundo ipſius Nicanoris ſuperbam irriſionem, ibi, *& irridens ſprenit*, tertio ſacerdotum deuotionem, ibi, *& intrauerunt Sacerdotes*. Circa ſecundum ponitur primo Nicanoris applicatio, ibi, *& exiit*, ſecundo ipſius Iudæ oratio, ibi, *& orauit Iudas*, tertio hoſtis expugnatio ibi, *& commiſerunt exercitus*, quarto exercitus eius fuga & euaſio, ibi, *& vidit*; quinto fugientium occiſio, ibi, *& perſecuti ſunt*, ſexto populi Dei exultatio, ibi, *& lætatus eſt populus*, Ait ergo.

Textus expoſitio.

Anno centeſimo quinquageſimoprimo, & ita patet, quod Antiochus Eupator regnauit duobus annis, quia, vt dictum eſt ſupra, incepit anno centeſimo quinquageſimo, aut circiter. *Rex Demetrius filius*

D *Seleuci*, fratris ſcilicet Antiochi Illuſtris: cum enim eſſet paruulus, vſurpauit ei patruus ſuum regnum.

Ioſeph. antiq lib. 12. cap. 16.

Ab vrbe Roma, Iuerat enim illuc, vt conquereretur de patruo ſuo, cuius audita morte reuerſus eſt, quem libenter receperunt ſui, & filium patrui ſui Antiochum Eupatorem ei tradiderunt ligatum cum Lyſia fautore ſuo. Ita vult Hieronymus ſuper Danielem, & Ioſephus, & Magiſter hiſtoriarum. Mirum eſt tamen de Gloſſa, quæ in hunc locum dicit, quod Trogus Pompeius narrat, quod iſte Demetrius fuit frater Antiochi Illuſtris, qui fuerat datus Romę obſes pro fratre ſuo maiori, conſtituto autem loco patris Antiocho Eupatore paruulo, audiens Demetrius mortem fratris ſui maioris, Antiochi ſcilicet Il-

Daniel 11. Hieron & Ioſephus. Trogus. Pomp. li 34.

E luſtris, petiit à Senatoribus licentiam reuertendi, quia iam non erat, cuius eſſet obſes, vel, at alii Romani nolentes illi dare licentiam, perdiderunt eum exeuntem ſub ſpecie venandi: qui apud oſtia Tyberina nauem conſcendit: & veniens ad domum patrum ſuorum libenter receptus eſt ſicut prius. Si vero quis roget cauſam, & quo iure peteret regnum pro fratre, cum ille haberet hæredem de carne ſua, nempa Eupatorem? Reſpondetur, quod tunc temporis ius gentium erat, vt conſtat ex multis authoribus, qui geſta Regnorum conſcripſerunt, quod quando pater moreretur, non habens niſi pupillum, & præter ætatem, frater eius habens ætatem regnare de-

De hoc iure gent. vide Trogum Pomp. loco ſupra citato.

A beret. Sicut exempli gratia, ſi modo Rex Franciæ moreretur: per hanc viam ſi nunc ſeruaretur, non obſtante eius paruulo filio; Carolus eius frater haberet ius in regno. *Maritimam*, aliqui dicunt Tyrum, aliqui Antiochiam. *regnauit*, id eſt, tanquam Rex fuit receptus. *iniqui*, quia impius fuit & Iudæus apoſtata, *Dux eorum*. Nota, quod hic erat inſtitutus ſummus Sacerdos mortuo Menelao & occiſo, ſed aſpirabat, vt ab ipſo Demetrio confirmaretur. Quod videns filius Oniæ adhuc paruulus, quod patruus ſuus Menelaus eſſet occiſus, & quod Alcimus, qui alio nomine dicitur Onias, eſſet Pontifex conſtitutus, iuit ad Ptolomæum Regem Ægypti, qui templum conſimile Iudæis fecit ad eius inſtan-

Hoc intelliges de S. Ludouico eius cōtemporaneo. & vtrauter ait, per hanc viam, id eſt ſi nunc ſeruaretur, & eſſet in practica talis vſus. Quaſi dicat, non eſſe eam in vſu. & ideo ſine præiudicio hoc ponit exemplum

B tiam in regione Heliopolitana, in principali vrbe ſua & reuerenter ab eo receptus, factus eſt ſummus ſacerdos. *Et elegit Rex ex amicis ſuis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen*, id eſt in interiori Meſopotamia Syriæ, trans fluuium ſcilicet Euphratem, ſecundum Ioſephum, *& impium Alcimum conſtituit in ſacerdotium, & mandauit ei facere vltionem*, id eſt, confirmauit prius ab Eupatore Antiocho poſitum. Sed & Alcimum impium dicit propter ambitionem *Iuſta ſunt*, id eſt, oſtendere quod iuſtum eſſet, quod dimitteret Iudæos in pace. Et hæc audacius fecerunt, quia Sacerdos erat ille, non credentes, quod deciperet. *Sacra agebat Alcimus*, ſupple Regi, qui eum confirmauerat: quaſi diceret, ita malus & crudelis

De hoc tempo vide Ioſephum lib. 11. antiq c. 6 & lib. 12. cap. 15.

C erat, qui Regi ſufficere poterat: vel ſecundum Ioſephum, ſacra agebat, vnicuique reddendo, quod ſibi ſufficiebat, *multo plus quam Gentes*, quia illa mala faciebant Iudæi, vnde tanto crudeliores, quanto ante domeſticiores: & ita dicitur de Chriſtianis apoſtatis *fines Iudææ*, bellabat enim contra ſuos, qui eum ſatis moleſtabant, *Nicanorem*: aliqui dicunt, iſtum fuiſſe illum, qui fuit infeſtus Iudæis tempore Antiochi Illuſtris, qui ſecundum Ioſephum cum Demetrio de Roma fugerat. Vnde ſequitur, *qui erat inimicitias exercens contra Iſrael. Et hoſtes parati erant rapere Iudam*, id eſt, informati milites Nicanoris, vt eum caperent. *Capharſalama*, viculus eſt iuxta Ieruſalem, villa Gamalielis in monte Sion. *Fugerunt in*

Nunc legimus. Sacra agebat & credebant, Ioſephus.

D *ciuitatem Dauid*, Iudas victus, & ſui, vt dicit Ioſephus & Magiſter hiſtoriarum, vel, vt alii, Nicanor & ſui fuerunt victi, quod melius videtur: quia quinque mille de ſuis interfecti fuerunt. *Pro Rege*, ad literam, vt Deus illum corrigeret, non vt faueret factis ſuis, *polluit*, id eſt blaſphemando pollutos oſtendit, *niſi traditus fuerit Iudas*, &c. quaſi dicat ibo adhuc contra Iudam, ſed niſi vicero eum nunc, ſi non tradideritis mihi eum, reuertenti ad vos, ſuccendam, &c. quaſi diceret, prius volo eum capere, ſi poſſum ſed ſi non poſſum, ſi non tradideritis eum mihi reuertenti, ſuccendam, &c. *occurrit*, &c. id eſt, ad auxiliandum, *tribus millibus*, Ioſeph dicit, mille tantum milites habens, forſitan per exaggerationem, non numerando ſocios. Sennacherib, vide Eſa. 37. &

Magiſter hiſtor. c. de Demetrio & Nicanore. & Ioſephus lib 12. antiq. c. 17. Sed Hugo ait, quod Nicanor & ſui fugerunt.

Ioſeph. vbi ſupra

Obiectio.

E 4. Reg. 19. Sed obiicietur contra hoc illud: Diligite inimicos veſtros, ergo non licet vindictam optare, & quærere de illis. Reſpondetur, quod licet tale præceptum de dilectione inimicorum etiam tunc obligaret, tamen dico, quod pœna habet triplicem rationem; ſcilicet ſupplicii, pretii ſatisfactorii, & remedii. Primo modo non licet eam viris ſanctis optare, alioquin infringeretur in eo charitas, quæ vindictam non petit ſub illa ratione præciſe, qua eſt afflictio. Sed ſecundo modo & tertio modo eſt pœna conſona iuſtitiæ Dei, inquantum in ipſa reducitur iniquitas contracta per peccatum ad remedium illius & ſatisfactionem. Poteſt etiam conſiderari, quæ

Triplicem pœna habet rationem: ſupplicij ſatiſfactionis & remedij.

Pœna etiã accepta poteſt, vt eſt cautela ad cauendum peccata futura.

tenus eſt cautela ad cauendum futura peccata: & ſic etiam non eſt contra charitatem illam optare. *Adar* ideſt Martii *ſignificationibus*, ideſt, in modo tubicinandi inſinuabant hoſtes ſuos fugere, *ventilabant*, ideſt, informatione ſua, quæ ſignificatur in cornu, *ventilabant*, huc & illuc diſpergebant, *ſiluit*, ideſt, quieta fuit à prœliis. Hic figuratur hiſtoria ſecundi libri, de toto reſiduo vix eſt ibi mentio: vide tamen principium cap. 14. quod caput videre oportet propter concordiam iſtius literæ & illius.

CAP. VIII.

Iudas conſiderans vel Romanorũ proſperitatas eſſe: cum eis pacem iniit.

ET audiuit Iudas nomen Romanorum, quia ſunt potentes viribus, & acquieſcunt ad omnia, quæ poſtulantur ab eis: & quicunque acceſſerunt ad eos, ſtatuerunt cum eis amicitias, & quia ſunt potentes viribus. Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas, quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos, & duxerunt ſub tributum: & quanta fecerunt in regione Hiſpaniæ, & quod in poteſtatem redegerunt metalla argenti & auri quæ illic ſunt, & poſſederunt omnem locum conſilio ſuo & patientia, locaque, quæ longe erant valde ab eis, & Reges, qui ſuperuenerant eis ab extremis terræ, contriuerunt, & percuſſerunt eos plaga magna: cæteri autem dant eis tributum omnibus annis, & Philippum & Perſen Cetheorum Regem & cæteros, qui aduerſum eos arma tulerant, contriuerunt in bello, & obtinuerunt eos: & Antiochum magnum Regem Aſiæ, qui eis pugnam intulerat, habens centum viginti elephantes, & equitatum, & currus, & exercitum magnum valde contritum ab eis: & quia ceperunt eum viuum, & ſtatuerunt ei, vt daret ipſe, & qui regnarent poſt ipſum, tributum magnum, & daret obſides, & conſtitutum & regionem Indorum, & Medos, & Lydos de optimis regionibus eorum: & acceptas eas ab eis, dederunt Eumeni Regi: & quia qui erant apud Helladam, voluerunt ire, & tollere eos: & innotuit ſermo his, & miſerunt ad eos ducem vnum, & pugnauerunt contra illos, & ceciderunt ex eis multi. & captiuas duxerunt vxores eorum & filios, & diripuerunt eos: & terram eorum poſſederunt, & deſtruxerunt muros eorum, & in ſeruitutem illos redegerunt vſque in hunc diem, & reſidua regna, & inſulas, quæ aliquando reſtiterant illis, exterminauerunt, & in poteſtatem redegerunt. Cum amicis autem ſuis, & qui in ipſis requiem habebant, conſeruauerunt amicitiam, & obtinuerunt regna, quæ erant proxima, & quæ longe: quia quicunque audiebant nomen eorum, timebant eos: quibus vero vellent auxilio eſſe, vt regnarent, regnabant: quos autem vellent, regno deturbabant, & exaltati ſunt valde. Et in omnibus iſtis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea. Et quia curiam fecerunt ſibi, & quotidie conſulebant trecentos viginti conſilium agentes ſemper de multitudine, vt quæ digna ſunt, gerant: & committunt vni homini magiſtratum ſuum per ſingulos annos dominari vniuerſæ terræ ſuæ, & omnes obediunt vni, & non eſt inuidia, neque zelus inter eos. Et elegit Iudas Eupolemum filium Ioannis filii Iacob, & Iaſonem filium Eleazari, & miſit eos Romam conſtituere cum illis amicitiam & ſocietatem: & vt auferrẽt ab eis iugum Græcorum, quia viderunt, quod in ſeruitutem premerent regnum Iſrael. Et abierunt Romam viam multam valde, & introierunt curiam, & dixerunt, Iudas Machabæus, & fratres eius, & populus Iudæorum miſerunt nos ad vos ſtatuere vobiſcum ſocietatem, & pacem: & conſcribere nos ſocios & amicos veſtros. Et placuit ſermo in conſpectu eorum. Et hoc reſcriptum eſt:

Et committunt vno In tempore Vrgentis alicuius neceſſitatis Reip. creabatur vnus, quem vocabant Dictatorem. Ac vero Conſules duo ſolebant in bello imperare. nõ tamen ſimul,

A *quod reſcripſerunt in tabulis æreis, & miſerunt in Ieruſalem, vt eſſet apud eos ibi memoriale pacis & ſocietatis.*

Bene ſit Romanis & genti Iudæorum in mari, & in terra in æternum. gladiuſque & hoſtis procul ſit ab eis. Quod ſi inſtiterit bellum Romanis prius, aut omnibus ſociis eorum in omni dominatione eorum, auxilium feret gens Iudæorum, prout tempus dictauerit, corde pleno: & prœliantibus non dabunt, neque ſubminiſtrabunt triticum, arma, pecuniam, naues, ſicut placuit Romanis: & cuſtodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes. Similiter autem & ſi genti Iudæorum prius acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex animo prout eis tempus permiſerit: & adiuuantibus non dabitur triticum, B *arma, pecunia, naues, ſicut placuit Romanis, & cuſtodient mandata eorum abſque dolo. Secundum hæc verba conſtituerunt Romani populo Iudæorum. Quod ſi poſt hæc verba hi aut illi addere, aut demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex propoſito ſuo: & quæcunque addiderint vel dempſerint, rata erunt. Sed & de malis, quæ Demetrius Rex fecit in eos, ſcripſimus ei, dicentes: Quare grauaſti iugum tuum ſuper amicos noſtros, & ſocios Iudæos? Si ergo iterum adierint nos aduerſum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari terraque.*

Fœdus alternis dictibus, vt patet in T. Liuio Decad. 2 & 3.

C

CAP. VIII.

ET audiuit Iudas. Hæc eſt ſecunda pars principalis illius, Anno centeſimo quinquageſimo primo: vbi poſt victorias cum Demetrio ponuntur amicitiæ contractæ cum Romanis. Audita enim Romanorum fama, voluit ſe cum eis confœderare: & primo ponitur Romanorum laudabilis opinio, & ſecundo ad ipſos facta legatio, ibi, *& elegit*, tertio legationis acceptatio & confœderatio, ibi, *& placuit Simoni.* Circa primum commendantur Romani in generali in duobus, ſcilicet de ſtrenuitate & fidelitate: & ſecundo declarat id in ſpeciali. Circa primum commendat eos de multiplici victoria, D ſecundo de fideli amicorum amicitia, *cum amicis autem*, & tertio de ſublimata Monarchia, ibi, *& in omnibus.* Circa ſecundam partem principalem miſit Iudas legatos ad Romanos, in quorum legatione petierunt familiaritatem, & à Græcis conſeruari ſibi libertatem, ibi, *& vt auferrentur*, & tertio ponitur mandati exequutio, ibi, *& abierunt Romam.* Circa primum Romani confœderationem acceperunt, & auxilium Iudæorum inuicem petierunt, ibi, *quod ſi inſtiterit bellum* & tertio eis conſimiliter in ſuis impugnationibus auxilium conferre promiſerunt, & contra Demetrium aſſecurationem, ibi; *ſimiliter autem & ſi genti.* Et hoc totum fuit factum in tempore intermedio inter mortem Nicanoris, & relationem ad Antiochum, vt patet ex principio capi- E tis. Quoniam vero in iſto capitulo fit mentio de probitate Romanorum, meminiſſe oportet, quod in principio præfuerunt illis Reges vſque ad Tarquinium; qui propter ſuperbiam nimiam fuit regno deiectus, & tunc Rempublicam rexeruot, ait Magiſter in hiſtoriis, triginta, quorum nullus diadema portabat, vel portare ambiebat, Qui multa inſignia in Republica adminiſtranda geſſerunt: & durauit hic modus Reipublicæ adminiſtrandæ vſque ad Iulium Cæſarem, per annos ſcilicet quadringentos & ſexaginta quatuor. Tunc Iulius Cæſar ſurrexit, de quo dicitur à nonnullis, quod incepit anno à principio mundi ter milleſimo nongenteſimo ſexto da-

Vide eundem 1. 2. q. 103. art. 3. & 1. 2. q. 95. art. 4. & 2. 2. q. 50 art. 2. ad 2. de Romanorum regimine.

Romanorũ reb. præfuerunt vſque ad Tarquinium Magiſtro teſte Poſt reges imperium Romanum adminiſtrarunt 30. viri per 464. annos. Iulius Cæſar.

A cimo. Et hic Imperator triumphauit de Germanis Gallis, & Anglis, & ciuitatem Anglorum præcipuam, quæ Londinum dicitur, & multas alias in ſuam ditionem redegit, plures alias deſtruxit, & tandem etiam exercitui Romano offenſus eius ducem, Pompeium in Ægyptum fugauit, & perſecutus eſt. Qui à Ptolomæo Rege ad quem confugiebat antequam in terram deſcenderet, occidi iuſſus eſt. Tunc Cæſar Alexandriam veniens, ipſam inuaſit, obtinuit & combuſſit, captumque Regem ad petitionem ciuium libertati reddidit. Qui libertate donatus mox Iolium Cæſarem inuaſit: ſed fuit ab illo interfectus. Tunc in Syriam profectus illius Regem ſuperauit, & deinde in Africam pergens omnes B Pompeii ſatellites deuicit, & demum in vrbem fuit reuerenter ſuſceptus, & potentem Monarchiam ſolus obtinuit: vnde dicitur, omnia Cæſar habet. Is itaque ita benignus fuit, vt omnes, quos vicerat armis, ſuperaret clementia, Et, vti dicit Petrus Comeſtor in hiſtoriis, fuit magni ingenii: ſed demum cum iret ad Capitolium, inde non rediit, inſidiis ibi interfectus. Datæ fuerunt illi literæ quibus ei mors detegebatur, quæ poſt mortem illius in manu eius inuentæ fuerunt, & illas non legit. Ab ipſo autem menſis ſeptimus anni dicitur Iulius, quia in illo natus fuit. Huic ſucceſſit Octauianus, qui ob auguſtæ probitatis & fidelitatis præſtantiam Auguſtus di- C ctus eſt. Hæc ergo & ſimilia de Romanis audiuit Iudas. *Galatia*, id eſt, in Græcia: quorum Rex Iudæos moleſtabat, *patientia*, id eſt, conſtantia & tolerantia. *Et Philippum & Perſem Cetæorum Regem.* Perſem, id eſt, Perſarum Regem, ſecundum Ioſephum. Et *Antiochum.* De illa pugna loquitur D. Hieronym. ſuper Daniel. cap. 11. *& daret obſides*, ſcilicet pro tributo ſoluendo, & pace conſeruanda. *& conſtitutum*, id eſt, pecuniam conſtitutam pro ſua redemptione, *de optimis regionibus eorum*, id eſt, Orientalium, *Indorum*, aliqui libri habent Medorum, *& daret*, &c quia litera ſuſpenſiua eſt, intellige, quod Antiochus daret Romanis quidem ad eorum petitionem omnes iſtas regiones, quæ hic numerantur, quæ erant de optimis regionibus in domi- D nio Antiochi, & in ſignum iſtius pacti dicitur ſupra primo, quod filius eius fuit Romæ obſes, *dederunt eas Eumeni*, id eſt, tali viro dederunt Romani ſuas regiones, vt eſſet ibi rex, & ſubiectus per omnia Romanis. *Et quia qui erant apud Helladam audierant* ſupple, Iudas ſcilicet & ſui; quod aliqui homines, qui erant in ciuitate, quæ dicitur Helladam vel Helladar, voluerunt auferre à Romanis prædictas regiones. Erat enim illa ciuitas ſemper rebellis Romanis, & ipſi Romani de eis ſe fortiter defenderunt & vindicauerunt. *Et innotuit ſermo his*, id eſt, factorum eorum illius ciuitatis, fuit illis ſignificatus, *nemo portabat diadema*, id eſt, ambiebat portare, *& quia Curiam fecerunt*, id eſt, locum, in quo plures conuenientes, id eſt, centum & viginti, vt dictum eſt ſu- E pra, tractabant negotia, *conſilium agentes ſemper de multitudine*, id eſt, pro vtilitate multitudinis, vel maioris partis multitudinis, non declinantes ob alicuius ſuroreṁ aut fauorem, *inuidia*, quia non erat ambitio, nec priuati boni alicuius præponderatio. *Et elegit Iudas Eupolemum*, aliqui Eupolenium. *Iugum Græcorum*, id eſt, oppreſſionem Syrorum; nam Reges Syriæ à Græcis deſcenderunt, vt dictum eſt ſupra cap. 1. Nam poſt Alexandrum, qui primus regnauit in Græcia, Seleucus Nicanor habuit regnum Babyloniæ & Syriæ: & ab iſto ſecundum literam, vt dictum eſt, deſcendit Antiochus Illuſtris, & Antiochus Eupator, & hic Demetrius, qui opprimebat Iudæos, *& conſcribere eos ſocios*, id eſt, præcepto firmare, & inſtrumentum de hoc facere, *in mari & in terra in æternum*, id eſt, proſpere eis cedat, ſiue belletur in mari ſiue in terra, ſed hæc facient Romani ratione coniuncti fœderis, quæ in textu ſequitur.

Hoc teſtatur Plutarchus in eius vita.

Omnia Cæſar habet. Magiſter hiſtor.

Iulius menſis ſuit ſic dictus a Iulio Cæſare, quando natus fuit.

Ioſephus.

CAP. IX.

INterea vt audiuit Demetrius, quia cecidit Nicanor & exercitus eius in prælio, appoſuit & Bacchidem B & Alcimum rurſum mittere in Iudæam, & dextrum cornu cum illis. Et abierunt viam, quæ ducit in Galgala & caſtra poſuerunt in Maſaloth, quæ eſt in Arbellis: & occupauerunt eam, & peremerunt animas hominum multas. In menſe primo anni centeſimi & quinquageſimi ſecundi applicuerunt exercitum ad Ieruſalem, & ſurrexerunt, & abierunt in Bercam viginti millia virorum, & duo millia equitum. Et Iudas poſuerat caſtra in Laiſa, & tria millia viri electi cum eo: & viderunt multitudinem exercitus, quia multi ſunt, & timuerunt valde: & multi ſubtraxerunt ſe de caſtris, & non remanſerunt ex eis niſi octingenti viri. Et vidit Iudas, quod defluxit exercitus ſuus: & bellum perurgebat eum, & C confractus eſt corde: quia non habebat tempus congregandi eos, & diſſolutus eſt. Et dixit his, qui reſidui erant: Surgamus, & eamus ad aduerſarios noſtros: Si poterimus pugnare aduerſus eos. Et auertebant eum, dicentes: Non poterimus ſed liberemus animas noſtras modo, & reuertamur ad fratres noſtros, & tunc pugnabimus aduerſus eos: nos autem pauci ſumus. Et ait Iudas Abſit iſtam rem facere, vt fugiamus ab eis, & ſi appropiauit tempus noſtrum, moriamur in virtute propter fratres noſtros, & non inferamus crimen gloriæ noſtræ. Et mouit exercitus de caſtris, & ſteterunt illis obuiam: & diuiſi ſunt equites in duas partes, & fundibularii & ſagittarii præibant exercitum, & primi certaminis omnes potentes. Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus, & clamabant tu- D bis: exclamauerunt autem & hi, qui erant ex parte Iudæ etiam ipſi, & commota eſt terra à voce exercituum: & commiſſum eſt prælium à mane vſque ad veſperam. Et vidit Iudas, quod firmior eſt pars exercitus Bacchidis in dextris, & conuenerunt cum ipſo omnes conſtantes corde: & contrita eſt dextra pars ab eis. & perſecutus eſt eos vſque ad montem Azoti. Et qui in ſiniſtro cornu erant, viderunt, quod contritum eſt dextrum cornu, & ſecuti ſunt poſt Iudam & eos qui cum ipſo erant à tergo: & ingrauatum eſt prælium, & ceciderunt vulnerati multi ex his & ex illis. Et Iudas cecidit, & cæteri fugerunt. Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam fratrem ſuum, & ſepelierunt eum in ſepulchro patrum ſuorum in ciuitate Modin. Et fleuerunt eum omnis populus Iſrael planctu magno: & lugebant dies multos, & di- E xerunt, Quomodo cecidit potens, qui ſaluum faciebat populum Iſrael? Et cætera verba bellorum Iudæ, & virtutum, quas fecit, & magnitudinis eius non ſunt deſcripta: multa enim erant valde Et factum eſt poſt obitum Iudæ, emerſerunt iniqui in omnibus finibus Iſrael & exorti ſunt omnes, qui operabantur iniquitatem In diebus illis facta eſt fames magna valde, & tradidit ſe Bacchidi omnis regio eorum cum ipſis. Et elegit Bacchides viros impios, & conſtituit eos dominos regionis: & exquirebant & perſcrutabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidem, & vindicabant in illos, & illudebat. Et facta eſt tribulatio magna in Iſrael, qualis non fuit ex die, qua non eſt viſus Propheta in Iſrael. Et congregati ſunt omnes amici Iudæ, & dixerunt Ionathæ,

Poſt mortem Nicanoris iterùm mittit Demetrius Bacchidem & Alcimum contra Iudæos, & Iudas interficitur.

Iudas Machabæus interficitur.

Eis

Ex quo frater tuus Iudas defunctus eſt, vir ſimilis ei non eſt, qui exeat contra inimicos, Bacchidem & eos, qui inimici ſunt gentis noſtræ. Nunc itaque te hodie elegimus eſſe pro eo nobis in principem & ducem ad bellandum bellum noſtrum. Et ſuſcepit Ionathas tempore illo principatum, & ſurrexit loco Iudæ fratris ſui. Et cognouit Bacchides, & quærebat eum occidere. Et cognouit Ionathas & Simon frater eius, & omnes, qui cum eo erant, & fugerunt in deſertum Thecuæ, & conſederunt ad aquam lacus Aſphar. Et cognouit Bacchides, & die ſabbathorum venit ipſe & omnis exercitus eius trans Iordanem. Et Ionathas miſit fratrem ſuum ducem populi, & rogauit Nabuthæos amicos ſuos, vt commodarent illis apparatum ſuum, qui erat copioſus. Et exierunt filii Iambri ex Madaba, & comprehenderunt Ioannem, & omnia, quæ habebat, & abierunt habentes ea. Poſt hæc verba renuntiatum eſt Ionathæ & Simoni fratri eius quia filii Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt ſponſam ex Madaba filiam vnius de magnis Principibus Chanaan cum ambitione magna. Et recordati ſunt ſanguinis Ioannis fratris ſui: & aſcenderunt, & abſconderunt ſe ſub tegumento montis. Et eleuauerunt oculos ſuos, & viderunt, & ecce tumultus, & apparatus multus: & ſponſus proceſſit, & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis, & muſicis, & armis multis. Et ſurrexerunt ad eos ex inſidiis, & occiderunt eos: & ceciderunt vulnerati multi, & reſidui fugerunt in montes, & acceperunt omnia ſpolia eorum, & conuerſæ ſunt nuptiæ in luctum, & vox muſicorum ipſorum in lamentum. Et vindicauerunt vindictam ſanguinis fratris ſui: & reuerſi ſunt ad ripam Iordanis. Et audiuit Bacchides, & venit die ſabbathorum vſque ad oram Iordanis in virtute magna. Et dixit ad ſuos Ionathas: Surgamus & pugnemus contra inimicos noſtros, non eſt enim hodie ſicut heri & nudiuſtertius. Ecce enim bellum ex aduerſo, aqua vero Iordanis hinc & inde & ripæ, & paludes, & ſaltus: & non eſt locus diuertendi. Nunc ergo clamate in cælum, vt liberemini de manu inimicorum veſtrorum. Et commiſſum eſt bellum. Et extendit Ionathas manum ſuam percutere Bacchidem, & diuertit ab eo retro: & diſſiluit Ionathas, & qui cum eo erant in Iordanem, & tranſnatauerunt ad eos Iordanem. & ceciderunt de parte Bacchidis die illa mille viri: & reuerſi ſunt in Hieruſalem, & ædificauerunt ciuitates munitas in Iudæa, munitionem, quæ erat in Iericho, & in Ammaum, & in Bet-horon, & in Bethel, & Thamnata, & Phara, & Thopo muris excelſis, & portis & ſeris. Et poſuit cuſtodiam in eis, vt inimicitias exercerent in Iſrael: & muniuit ciuitatem Beth ſuram, & Gazaram, & arcem, & poſuit in eis auxilia, & apparatum eſcarum, & accepit filios principum regionis obſides, & poſuit eos in arce in Ieruſalem in cuſtodiam. Et anno centeſimo quinquageſimo tertio, menſe ſecundo, præcepit Alcimus deſtrui muros domus ſanctæ interioris & deſtrui opera Prophetarum, & cœpit deſtruere. In tempore illo percuſſus eſt Alcimus, & impedita ſunt opera illius, & occluſum eſt os eius, & diſſolutus eſt paralyſi nec vltra potuit loqui verbum, & mandare de domo ſua. Et mortuus eſt Alcimus in tempore illo cum tormento magno. Et vidit Bacchides, quoniam mortuus eſt Alcimus, & reuerſus eſt ad Regem. & ſiluit terra Iuda annis duobus, Et cogitauerunt omnes iniqui, dicentes, Ecce Ionathas, & qui cum eo ſunt, in ſilentio habitat confidenter. Nunc ergo adducamus Bacchidem, & comprehendet eos omnes nocte. Et abierunt, & conſilium ei dederunt. Et ſurrexit, vt veniret cum exercitu multo: & miſit occulte epiſtolas ſociis ſuis, qui erant in Iudæa, vt comprehenderent Ionatham, & eos, qui cum eo erant: ſed non potuerunt, quia innotuit eis conſilium eorum. Et apprehendit de viris regionis, qui principes erant militiæ quinquaginta viros, & occidit eos. Et ſeceſſit Ionathas & Simon, & qui cum eo erant in Beth beſſen, quæ eſt in deſerto: & extruxit diruta eius, & firmauerunt eam. Et cognouit Bacchides, & congregauit vniuerſam multitudinem ſuam, & his, qui de Iudæa erant, denuntiauit. Et venit, & caſtra poſuit deſuper Beth-beſſen, & oppugnauit eam dies multos, & fecit machinas. Et reliquit Ionathas Simonem fratrem ſuum in ciuitate, & exiit in regionem, & venit cum numero, & percuſſit Odarem, & fratres eius, & filios Phaſeron in tabernaculis ipſorum, & cœpit cædere & creſcere in virtutibus. Simon vero, & qui cum ipſo erant, exierunt de ciuitate, & ſuccenderunt machinas, & pugnauerunt contra Bacchidem, & contritus eſt ab eis, & afflixerunt eum valde, quoniam conſilium eius, & congreſſus eius erat inanis. Et iratus contra viros iniquos, qui ei conſilium dederant, vt venirent in regionem ipſorum, multos ex eis occidit, ipſe autem cogitauit cum reliquis abire in regionem ſuam. Et cognouit Ionathas: & miſit ad eum legatos componere pacem cum ipſo, & reddere ei captiuitatem. Et libenter accepit, & fecit ſecundum verba eius, & iurauit ſe nihil facturum ei mali omnibus diebus vitæ eius. Et reddidit ei captiuitatem, quam prius erat prædatus de terra Iuda: & conuerſus abiit in terram ſuam, & non appoſuit amplius venire in fines eius. Et ceſſauit gladius ex Iſrael: & habitauit Ionathas in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Iſrael.

Madaba. Vel Medeba erat ciuitas trans Iordanem in tribu Ruben.

CAP. IX.

I*Nterea vt audiuit Demetrius.* Hæc eſt tertia pars illius, anno centeſimo quinquageſimo primo, in qua poſt Demetrium ſuperatum, & Iudam cum Romanis confœderatum, deſcribitur Demetrius huius occaſione turbatus, & exercitus ab eo congregatus. Ponitur ergo primo ex vtraque parte exercitus congregatio, & ſecundo exercituum congreſſio, ibi, *& mouit exercitus.* tertio Iudæ occiſio, & exercitus proſtratio, ibi, *& factum eſt poſt obitum.* Circa primum ponitur primo apparatus à parte Demetrii, & ſecundo ex parte Iudæ, ibi, *& Iudas poſuerat caſtra*, & in iſta ponitur primo Iudas exercitum congregare; & ſecundo ponitur exercitum Iudæ, præ timore, ab ipſo recedentem, ibi, *Et viderunt multitudinem exercitus*, tertio Iudam remanentẽ cum paucis ex zelo, dolentem & faſtidientem, ibi, *Et vidit Iudas.* Quarto exercitum ſuum bellare diſſuadentẽ, ibi, *Et auertebant eum.* Quinto Iudam exercitum ſuũ animantem, & nullo modo fugere diſponentem, ibi, *Et ait Iudas, Abſit iſtam rem facere*, In ſecunda parte principali expreſſe patet ordo congreſſus. In tertia principali; primo Iudas moritur, ſecundo mors eius ponitur, & tertio à populo plangitur, & quarto probitas eius repetitur. Circa quartam partem principalem ponitur primo, quomodo Iuda mortuo mali latentes apparuerunt: ſecundo quomodo Bacchides ſeipſos adunarunt: & tertio quomodo ſub ipſo in illa regione præpoſiti fuerunt. Ait ergo: *Interea*, ideſt, cum fieret cum Romanis confœderatio, *quia cecidit Nicanor*, vide ſupra cap. 7. *Bacchidem & Alcimum & dextrum cornu*, ideſt fortiores de tota militia ſua, qui ad dexteram eius erant, & pluſquam alii ab ipſo appreciati, *in Arbellis*, Videtur hic eſſe nomen regionis, in qua erat Maſaloch, in cuius confinius multos peremerunt. Ioſephus tamen vult, quod Arbellis ſcilicet ſit ciuitas Galilææ in ſed hoc non videtur probabile, quia Galilæa non

Ioſeph. li. 12. cap. 18. antiq.

eſt ita prope Hieruſalem, *tria millia viri electi cum eo.* Ioſephus ponit mille tantum, vel duo millia, *& confractus eſt corde*, ideſt, tædio affectus, & hoc quia vehementem zelum habebat, & ipſum proſequi non poterat. *Liberemus animas noſtras*, Scilicet, ab eis nos diuertendo, *modo*, ideſt, hac vice, contra conſuetudinem noſtram fugientes. *Et ait Iudas, Abſit*, Sed nonne fuit huiuſmodi audacia notabilis, ſecundum quod eſt vitium? Dico quod non, quia non hæc dixit confidens de ſeipſo, ſed de diuino auxilio. Vnde ſupra dixerat: Non eſt differentia apud Dominum ſaluare in paucis aut in multis, *non inferamus crimen gloriæ noſtræ*, non tam humanæ quam diuinæ ideſt, non tam in via, quam in patria, quæ non habetur ſine perſeuerantia. *Et diuiſi ſunt equites*, ſcilicet Bacchidis, ita quod faciebant cornu dextrum, ideſt, à dextris, & cornu ſiniſtrum, ideſt, à ſiniſtris Inuaſit autem cornu dextrum Iudas tanquam fortis & à cornu ſiniſtro inuaſus fuit à tergo; ac per hoc ex vtraque parte inualuerunt contra eum. Magnam autem probitatem fecit in reſiſtendo. Notandum, quod Iudas tenuit principatum ſeptem annnis; patet enim quod mortuus fuit anno centeſimo quadrageſimo ſexto, vt ſupra cap 1. dictum eſt. Hic vero anno centeſimo quinquageſimo ſecundo. *Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam*, &c. Iudam, ideſt, cadauer Iudæ redemptum ab hoſtibus pretio. *Emerſerunt iniqui*, qui ſcilicet prius latebant timore Iudæ, *& vindicabat in illos*, ideſt, vindictam in illis de factis Iudæ faciebat. *Et congregati ſunt omnes amici Iudæ* Hæc eſt tertia pars principalis illius in cap. 2. *In diebus illis*, vbi poſt victorias Iudæorum ſub Mathathia & ſub Iuda, ponuntur victoriæ eorum ſub Ionatha, qui ſub quatuor Regibus triumphauit: primo ſub iſto Demetrio, ſecundo ſub Alexandro filio Antiochi Illuſtris, vt dicitur cap 10. tertio ſub Demetrio filio alterius Demetrii, vt dicitur cap. 11. quarto ſub Antiocho filio Alexandri, vt dicitur cap. 12. Circa reſiduum huius cap. ponitur, quomodo Ionathas bis congreſſus eſt cum Bacchide: & prima vice illius exercitum minorauit, & reliquos fugauit, & ſecunda vice ipſum quaſi totaliter debellauit, *& cogitauerunt omnes iniqui, dicentes.* Circa primum agitur de Ionathæ promotione, & ſecundo de Bacchidis inſurrectione, ibi. *Et cognouit Bacchides.* vbi ponit ipſius malitioſam inſurrectionem, & ſecundo Ionathæ & ſuorum diſſimulationem ob exercitus ſui prouiſionem. *Et cognouit Ionathas.* Circa iſtam vltimam partem ponitur ex parte Ionathæ animus ſibi prouidendi, & ſecundo ex parte Bacchidis ipſos perſequendi ibi, *& audiuit Bacchides.* In deſcribendo prouiſionem Ionathæ tangit quoddam incidens, quod accidit, & primo ponit Ioannis fratris Ionathæ ad Nabuthæos deſtinationem, ſecundo ponit ipſius Ioannis à filiis Iambri interfectionem & ſpoliationem, ibi, *& exierunt*, tertio Iambricatum nuptias facientium punitionem, ibi, *poſt hæc verba reuerſus*, & quarto totius ſocietatis & lætitiæ prioris deſolationem, ibi, *& conuerſa ſunt nuptiæ. Et audiuit Bacchides.* Hic ponitur ex parte Bacchidis animus impugnandi Iudæos, ideo in parte iſta fiunt ſeptem commiſſiones per ordinem vel partitiones, primo Bacchidis applicatio, ibi, *Et audiuit Bacchides.* Secundo exercitus Ionathe informatio, tertio belli congreſſio, quarto Bacchidis ſubiectio, quinto Bacchidis reuerſio: ſexto crudelis illius deliberatio: ſeptimo eius vilis conſummatio. *Et cogitauerunt omnes iniqui dicentes.* Hęc eſt ſecunda pars, in qua agitur de ſecundo congreſſu Ionathę cum Bacchide: & primo ponitur ipſius Bacchidis contra Ionathan concitatio, & ſecundo ipſius & ſuorum contra prædictum conſpiratio, ibi, *& miſit occulte*, tertio Ionathę euaſio, ibi, *& non potuerunt*, quarto ponitur ipſius Ionathę à Bacchide perſequutio, ibi *& congregauit Bacchides*, quinto ipſius à Ionatha expugnatio, ibi. *& reliquit Ionathas*, ſexto ipſius cum Ionatha confœderatio ad perpetuam de ipſo deliberationem. ibi, *& cognouit Ionathas*, *& miſit Aſphar.* Ioſephus ponit Aſcuphar, *& die Sabbathorum venit ipſe*, vt ſcilicet ſe non defenderent, ſicut ſupra cap. 1. vel vt Iudęis maiorem ignominiam inferrent, *& miſit Ionathas fratrem ſuum, ſcilicet, Ioannem* Nabuthæos, qui fuerunt fauorabiles Iudę quando venit in Galaadithim, ſupra cap. 5. *vt commodarent, vel commendarent illis apparatum.* Ioſephus ait, vt Ioannes commendaret illis, ideſt, eorum cuſtodiæ apparatum, ſcilicet Ionathę & ſuorum, quouſque pugnaſſet contra Bacchidem; eo quod ipſe apparatus eſſet illi pretioſus. Magiſter tamen hiſtoriarum dicit, quod volebant, vt Nabuthęi accomodarent eis apparatum ſuum ad bellandum contra Bacchidem. *Et exierunt filii Zambri*, qui erant inimici Iudæorum, habitantes in inſulis, *ex Madaba*, ciuitas eſt, quę habebat ipſum apparatum copioſum, quem intendebat Nabuthæis commendare. *Non enim eſt hodie ſicut heri*, ideſt, non poſſumus modo fugere, ſicut alias fecimus: quia, ſcilicet, erant incloſi aquis, & in loco paludoſo, *Et extendit Ionathas manum ſuam* ideſt, potentiam ſuam, quam oſtendit per ſigna, quia illam bellando volebat oſtendere in Bacchidem & in ſuos pugnando. Et cum tranſnatauit Ionathas & ſui pugnauerunt, *& reuerſi ſunt*, &c. *Præcepit Alcimus deſtrui muros.* Iſte fuit ſummus Sacerdos, & peſſimus Apoſtata Iudæorum, *muros domus*, id eſt, muros antiquos atriorum, *quæ erant Prophetarum*, id eſt, antiquorum virorum, vt Eſdræ & Nehemiæ: vel illa, quæ ibi fabricata erant & à Prophetis præonunciata, *ſed non potuerunt*, quia dicit Ioſephus, quod Ionathas caute ſe ſeruabat, *quinquaginta viros; & occidit eos.* hic dicitur ab aliquibus ſcriptoribus, quod Ionathas eos occidit, ſed Ioſephus dicit, quod Bacchides eos occidit, quia impoſuit eis, quod conſilium ſuum de proditione Ionathæ inſinuauerunt Iudęis? vnde iſti fuerunt quinquaginta de Iudęis apoſtatis; & multi libri non habent ſic, *Ionathas*, & credo quod non debet hic eſſe, *Renuntiauit*, omnes per eos pati proditionem: aliqui libri habent, *Denuntiauit*, & tunc ſenſus eſt, quod id fecit, vt ad eum venirent, *Et venit cum numero*, id eſt, cum paucis, ita vt numerari poſſent. *Percuſſit Gadarem & fratres eius*, ideſt, fautores Bacchidis, ad quos recurſum habebat. *Simon vero*, &c. Hęc autem fecit, quia Ionathas ei hęc inſinuauit, quod exiret, & ita ex vna parte inſurgeret in exercitum Bacchidis, & ipſe ex alia. *Et progreſſus eius erat inanis* ideſt, inutilis & vanus, *& iratus*, Bacchides ſcilicet vnde ſurrexit in ſuos, *& cognouit Ionathas*, quod ſcilicet Bacchides apoſtatas etiam, qui de ſua parte erant, occidebat. *Componere pacem*, non quia eum timeret, ſed vidit, quod Bacchides eum timebat, & quod de facili faceret cum eo pacem, & ea facta, captiuos quos tenebat; ex parte Ionathæ redderet libenter, & amore huius voluit pacem facere, *in Machmas*, nomen loci eſt duarum ſyllabarum, quando vero accipitur pro inſtrumento pugnandi, tunc eſt trium ſyllabarum, machinas.

CAP.

Ioſeph. l. 13. antiq. c. 18. — *Obiectio.* — *Aliqui ſentiunt, quod tantũ quatuor annis. inter quos Genebr. ſed male, vt hinc patet.* — *Ionathas, qui Iudæ ſucceſſit, ſub quatuor Regibus triumphauit.* — *Textus expoſitio.* — *Ioſeph. l. 13. antiq. c.* — *Magiſter hiſtor.* — *Ioſeph. vbi ſupr lib. 13. antiq. c. 1.* — *Concordat cum textu Vulgato in hoc.*

CAP. X.

Demetrius tentat fœdus inire cum Ionatha: qui eo reiecto cum Alexandro paciſcitur.

ET anno centeſimo ſexageſimo aſcendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus eſt Nobilis: & occupauit Ptolemaidam, & receperunt eum, & regnauit illic. Et audiuit Demetrius Rex, & congregauit exercitum copioſum valde: & exiuit obuiam illi in prælium. Et miſit Demetrius epiſtolam ad Ionatham verbis pacificis, vt magnificaret eum: dixit enim, Anticipemus facere pacem cum eo, priuſquam faciat cum Alexandro aduerſum nos. Recordabitur enim omnium malorum, quæ fecimus in eum & in fratrem eius, & in gentem eius. Et dedit ei poteſtatem congregandi exercitum: & fabricare arma, & eſſe ipſum ſocium eius: & obſides, qui erant in arce, iuſſit tradi ei. Et venit Ionathas in Ieruſalem, & legit epiſtolas in auditu omnis populi, & eorum, qui in arce erant. Et timuerunt timore magno, quoniam audierunt quod dedit ei rex poteſtatem congregandi exercitum. Et traditi ſunt Ionathæ obſides, & reddidit eos parentibus ſuis: & habitauit Ionathas in Ieruſalem, & cœpit ædificare & innouare ciuitatem. Et dixit facientibus opera vt extruerent muros, & montem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem: & ita fecerunt. Et fugerunt alienigenæ qui erant in munitionibus quas Bacchides ædificauerat: & reliquit vnuſquiſque locum, & abiit in terram ſuam: tantum in Bethſura remanſerunt aliqui ex his qui reliquerant legem & præcepta Dei: erat enim hæc eis ad refugium. Et audiuit Alexander rex promiſſa quæ promiſit Demetrius Ionathæ: & narrauerunt ei prælia, & virtutes quas ipſe fecit, & frater eius, & labores quos laborauerunt: & ait, Nunquid inueniemus aliquem virum talem: nunc faciemus eum amicum, & ſocium noſtrum. Et ſcripſit epiſtolam, & miſit ei ſecundum hæc verba, dicens: Rex Alexander fratri Ionathæ ſalutem. Audiuimus de te quod vir potens ſis viribus, & aptus es, vt ſis amicus noſter, & nunc conſtituimus te hodie ſummum Sacerdotem gentis tuæ, vt amicus voceris Regis, & miſit ei purpuram, & coronam auream: & quæ noſtra ſunt, ſentias nobiſcum, & conſerues amicitias ad nos. Et induit ſe Ionathas ſtola ſancta ſeptimo menſe, anno centeſimo ſexageſimo in die ſolenni ſcenopegiæ: & congregauit exercitum, & fecit arma copioſa. Et audiuit Demetrius verba iſta: & contriſtatus eſt nimis, & ait. Quid hoc fecimus, quod præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiam Iudæorum ad munitionem ſui? Scribam & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, & dona: vt ſint mecum in adiutorium. Et ſcripſit eis in hæc verba, Rex Demetrius genti Iudæorum ſalutem. Quoniam ſeruaſtis ad nos pactum, & manſiſtis in amicitia noſtra, & non acceſſiſtis ad inimicos noſtros, audiuimus & gauiſi ſumus. Et nunc perſeuerate adhuc conſeruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ feciſtis nobiſcum. Et remittemus vobis præſtationes multas, & dabimus vobis donationes. Et nunc abſoluo vos & omnes Iudæos, à tributis, & pretia ſalis indulgeo, & coronas remitto & tertias ſeminis, & dimidiam partem fructus ligni, quod eſt portionis meæ, relinquo vobis ex hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda: & tribus ciuitatibus, quæ additæ ſunt illi, ex Samaria & Galilæa ex hodierna die & in totum tempus: & Ieruſalem ſit ſancta & libera cum finibus ſuis: & decimæ & tributa ipſius ſint. Remitto etiam poteſtatem arcis, quæ eſt in Ieruſalem: & do eam ſummo Sacerdoti, vt conſtituat in ea viros, quoſcunque ipſe elegerit, qui cuſtodiant eam. Et omnem animam Iudæorum, quæ captiua eſt à

Stola ſancta talaris erat Veſtis: & ornamentum proprium ſummi Sacerdotis.

A *terra Iuda in omni regno meo, relinquo liberam gratis, vt omnes à tributis ſoluantur, etiam pecorum ſuorum. Et omnes dies ſolennes, & ſabbatha, & neomeniæ, & dies decreti, & tres dies ante diem ſolennem, & tres dies poſt diem ſolennem ſint omnes immunitatis & remiſſionis omnibus Iudæis, qui ſunt in regno meo: & nemo habebit poteſtatem agere aliquid, & mouere negotia aduerſus aliquem illorum in omni cauſa. Et aſcribantur ex Iudæis in exercitu Regis ad triginta millia virorum, & dabuntur illis copiæ, vt oportet, omnibus exercitibus Regis, & ex eis ordinabuntur, qui ſint in munitionibus Regis magni: & ex his conſtituentur ſuper negotia regni, quæ aguntur ex fide, & principes ſint ex eis, & ambulent in legibus ſuis, ſicut præcepit Rex in*
B *terra Iuda. Et tres ciuitates, quæ additæ ſunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa reputentur: vt ſint ſub vno & non obediant alienæ poteſtati, niſi ſummi Sacerdotis. Ptolemaida & confines eius, quas dedi donum ſanctis, qui ſunt in Ieruſalem ad neceſſarios ſumptus ſanctorum. Et ego do ſingulis annis quindecim millia ſiclorum argenti de rationibus Regis, quæ me contingunt: & omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderant, qui ſuper negotia erant annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus. Et ſuper hæc quinque millia ſiclorum argenti, quæ accipiebant de ſanctorum ratione per ſingulos annos: & hæc ad ſacerdotes pertineant, qui miniſterio funguntur. Et quicunque confugerint in templum, quod eſt Ieroſolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxii Regi in*
C *omni negotio, dimittantur, & vniuerſa, quæ ſunt eis in regno meo, libera habeant. Et ad ædificanda vel reſtauranda opera ſanctorum ſumptus dabuntur de ratione Regis, & ad extruendos muros in Ieruſalem, & communiendos in circuitu, ſumptus dabuntur de ratione Regis & ad conſtruendos muros in Iudæa. Vt audiuit autem Ionathas & populus ſermones iſtos, non crediderunt eis, nec receperunt eos: quia recordati ſunt malitiæ magnæ, quam fecerat in Iſrael, & tribulauerat eos valde. Et complacuit eis in Alexandrum, quia ipſe fuerat eis princeps ſermonum pacis, & ipſi auxilium ferebant omnibus diebus. Et congregauit Rex Alexander exercitum magnum, & admouit caſtra contra Demetrium. Et commiſerunt prælium duo Reges, & fugit exercitus*
D *Demetrii, & inſecutus eſt eum Alexander, & incubuit ſuper eos. Et inualuit prælium nimis, donec occidit ſol: & cecidit Demetrius in die illa. Et miſit Alexander ad Ptolemæum Regem Ægypti legatos ſecundum hæc verba, dicens: Quoniam regreſſus ſum in regnum meum, & ſedi in ſede patrum meorum, & obtinui principatum, & contriui Demetrium, & poſſedi regionem noſtram, & commiſi pugnam cum eo, & contritus eſt ipſe, & caſtra eius à nobis, & ſedemus in ſede regni eius: & nunc ſtatuamus ad inuicem amicitiam & da mihi filiam tuam vxorem, & ego ero gener tuus: & dabo tibi dona, ipſi dignitatem. Et reſpondit Rex Ptolemæus, dicens: Felix dies, in qua reuerſus es ad terram patrum tuorum, & ſediſti in ſede regni eorum.*
E *Et nunc faciam tibi, quod ſcripſiſti: ſed occurre mihi Ptolemaidam, vt videamus inuicem nos, & ſpondeam tibi, ſicut dixiſti. Et exiuit Ptolemæus de Ægypto, ipſe & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidam anno centeſimo ſexageſimo ſecundo. Et occurrit ei Alexander Rex, & dedit ei Cleopatram filiam ſuam: & fecit nuptias eius Ptolemaidæ: ſicut Reges, in magna gloria. Et ſcripſit rex Alexander Ionathæ, vt veniret obuiam ſibi. Et abiit cum gloria Ptolemaidam, & occurrit ibi duobus Regibus, & dedit illis argentum multum, & aurum, & dona, & inuenit gratiam in conſpectu eorum. Et conuenerunt aduerſus eum viri peſtilentes ex Iſrael, viri iniqui interpellantes aduerſus eum, & non intendit ad eos Rex, Et iuſſit ſpoliari Ionatham veſtibus ſuis, &*

Et tres ciuitates, &c. non intelligendum eſt de vrbibus, agris terræque portionibus Iudæ aſſignatis atque adnexis. Has autem præfecturas ſiue agros ſiue ciuitates poſtea in cap. 11. nominat author, Apharema, Lyddam & Ramathem de Samaria Iudææ additas.

A *indui eum purpura, & ita fecerunt. Et collocauit eum Rex ſedere ſecum, Dixitque principibus ſuis: Exite cum eo in medium ciuitatis, & prædicate, vt nemo aduerſus eum interpellet de vllo negotio, nec quiſquam ei moleſtus ſit de vlla ratione. Et factum eſt, vt viderunt qui interpellabant gloriam eius, quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fugerunt omnes: & magnificauit eum Rex, & ſcripſit eum inter primos amicos, & poſuit eum ducem & participem principatus. Et reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem cum pace & lætitia. In anno centeſimo ſexageſimo quinto venit Demetrius filius Demetrii à Creta in terram patrum ſuorum. Et audiuit Alexander Rex, & contriſtatus eſt valde, & reuerſus eſt Antiochiam. Et conſtituit Demetrius Rex Apollonium* B *ducem, qui præerat Cœleſyriæ: & congregauit exercitum magnum, & acceſſit ad Iamniam, & miſit ad Ionatham ſummum Sacerdotem, dicens: Tu ſolus reſiſtis nobis, ego autem factus ſum in deriſum & in opprobrium propterea quia tu poteſtatem aduerſum nos exerces in montibus, Nunc ergo ſi confidis in virtutibus tuis, deſcende ad nos in campum, & comparemus illic inuicem: quia mecum eſt virtus bellorum. Interroga & diſce, quis ſum ego & cæteri, qui auxilio ſunt mihi, qui & dicant quia non poteſt ſtare pes veſter ante faciem noſtram, quia bis in fugam conuerſi ſunt patres tui in terra ſua: & nunc quomodo poteris ſuſtinere equitatum & exercitum tantum in Campo, vbi non eſt lapis, neque ſaxum, neque locus fugiendi?* C *Vt audiuit autem Ionathas ſermones Apollonii motus eſt animo, & elegit decem millia virorum, & exiit ab Hieruſalem & occurrit ei Simon frater eius in adiutorium: & applicuerunt caſtra in Ioppen, & excluſit eum à ciuitate: quia cuſtodia Apollonii Ioppe erat, & oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen. Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitum, & exercitum multum. Et abiit Azotum, tanquam iter faciens, & ſtatim exiit in campum, eo quod haberet multitudinem equitum, & confideret in eis. Et inſecutus eſt eum Ionathas in Azotum, & commiſerunt prælium. Et reliquit Apollonius in caſtris mille equites poſt eos occulte. Et cognouit Ionathas, quoniam inſidiæ ſunt poſt ſe, & circuierunt caſtra eius, & iecerunt iacula in populum à mane vſque ad veſperam.* D *Populus autem ſtabat, ſicut præceperat Ionathas: & laborauerunt equi eorum. Et eiecit Simon exercitum ſuum, & commiſit contra legionem, equites enim fatigati erant: & contriti ſunt ab eo & fugerunt. Et qui diſperſi ſunt per campum, fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Beth-Dagon idolum ſuum, vt ibi ſe liberarent. Et ſuccendit Ionathas Azotum, & ciuitates, quæ erant in circuitu eius, & accepit ſpolia eorum, & templum Dagon, & omnes, qui fugerunt in illud, ſuccendit igni. Et fuerunt, qui ceciderunt gladio, cum his, qui ſuccenſi ſunt, fere octo millia virorum. Et mouit inde Ionathas caſtra, & applicuit ea Aſcalonem. & exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria. Et reuerſus eſt Ionathas Ieruſalem cum ſuis, habentibus ſpolia multa.* E *Et factum eſt, vt audiuit Alexander Rex ſermones iſtos, addidit adhuc glorificare Ionatham. Et miſit ei fibulam auream, ſicut conſuetudo eſt dari cognatis Regum. Et dedit ei Accaron, & omnes fines eius in poſſeſſionem.*

Aſcalonem. Vrbs erat maritima prope Azotũ munitiſſima.

CAP. X.

E*T anno centeſimo ſexageſimo*, hæc eſt ſecunda pars principalis illius, *& aggregati ſunt*, in qua ponitur ducatus Ionathæ ſub Alexandro filio Antiochi Illuſtris. Qui fuit frater Antiochi Eupatoris, A quem occidi fecit Demetrius: & abſtulit illi regnum & ob hoc cum mortuus fuerit ſine hærede, voluit Alexander impugnare Demetrium, & regnare pro fratre ſuo. Trogus tamen Pompeius dicit, quod in veritate non fuit filius Nobilis Antiochi, ſed tantum reputatione vel fama, nam Antiochenſes non potentes ſuſtinere tyrannidem Demetrii, neque eius exactiones; quendam iuuenem Ægyptium fortem prodiderunt, quem filium Antiochi magni eſſe diffamauerunt, & Alexandrum vocauerunt. Tria ergo fiunt per ordinem, primo ponitur confœderatio ipſius Ionathæ cum Alexandro, & hoc in principio capituli, ſecundo congreſſio eius cum Demetrio ibi, B *& congregauit Alexander*, tertio eius congreſſio cum Apollonio pro ipſo Alexandro. Circa primum primo Ionathas per epiſtolas à Demetrio pacifice viſitatur, ſecundo ab Alexandro eius aduerſario conſimile replicatur: ibi, *& audiuit Alexander*, tertio iterum à Demetrio promiſſio augmentatur, ibi, *& audiuit Demetrius*, quarto confœderatio cum Alexandro finaliter acceptatur, ibi, *vt audiuit Ionathas* Circa partem primam Demetrius in aduerſitate ſua recolit in Iudæos ſuas crudelitates, & commemorat eorum probitatem & deliberat acquirere eorum familiaritatem, & offert eis libertatem & tranquillitatem. Circa 2. partem ſimiliter Ionathæ probitas C ab Alexandro recitatur, & ille muneribus viſitatur & illius familiaritas exoratur. Circa 3. partem Demetrius iterum deceptorie replicat promiſſiones, quas Iudæis fecerat; & promittit eis amicitiæ confœderationem, & tributorum omnium talium relaxationem, & ſolemnitatum ſuarum liberam executionem, & omnium captiuorum liberationem, & templi & cultus diuini largam deuotionem, & neceſſariorum pro templo collationem. *Et congregauit Rex Alexander.* Hæc eſt tertia pars principalis totius capituli, in qua ponitur congreſſus Alexandri cum Demetrio: vbi ponitur primo, quomodo Alexander Demetrium debellauit, & ſecundo quomodo ſecum Ptolomæo Rege Ægypti confœderauit, ibi, *& miſit Alexander*, tertio quomodo Ionatham mul- D tipliciter honorauit, ibi, *& ſcripſit Rex Alexander Ionathæ*, prima pars iſtarum patet. Circa ſecundam Alexandri victoria recitatur, filia Ptolomæi poſtulatur, & petitio acceptatur, & matrimonium celebratur. Circa tertiam Ionathas recipitur amoroſe, induitur gratioſe, & accuſatur malitioſe, & excuſatur glorioſe, *In anno centeſimo ſexageſimo quinto*, Hæc eſt tertia pars Capituli, in qua ponitur congreſſus Ionathæ cum Apollonio, & primo Apollonius Princeps exercitus Demetrii Ionatham prouocauit; ſecundo ponitur, quomodo Ionathas contra ipſum feſtinauit: ibi, *vt audiuit autem Ionathas*. Circa primum, Demetrius filius Demetrii prædicti de Cretenſi regione reuertitur, & ſecundo Apollonius princeps militiæ conſtituitur, & tertio ipſius ſuperbia & E elatio multis præſumptuoſis verbis oſtenditur. Circa ſecundam partem iſtarum ponitur primo, quomodo exercitum congregauit, & quomodo Ionathas & ſui aduerſarios ad Ioppen propulſarunt, & applicuerunt ad caſtrum, & ſecundo, quomodo illi de exercitu Apollonii inſidias in occulto poſuerunt ibi, *& audiuit Apollonius*. Tertio quomodo Ionathas & ſui ſciuerunt, & eos expugnarunt, ibi, *& cognouit Ionathas*. Quarto quomodo exercitum Apollonii partim occiderunt, partim combuſſerunt, ibi, *& eiecit Simon exercitum ſuum*. Quinto, quomodo cum multis bonis & ſpoliis ad propria redierunt, ibi, *& reuerſus eſt Ionathas*. Tertia pars patet. *Aſcendit Alexander*. Notandum eſt, quod Trogus Pompeius

Trog. Pompeius l. 30. apud Iuſtinum.

Textus expoſitio. Trog. Pompeius li. 35.

Pompeius dicit in libro trigeſimo quinto quod Demetriua filius Demetrij prædicti prius occupato regno Syriæ & Macedonum, ſicut ſupra dictum eſt capite ſeptimo, reputans vile, ſe eſſe otioſum, cogitauit apes ſuas ampliare, & Reges circunſtantes expugnare, incipiens à Rege Cappadocum cuius cum haberet in matrimonio filiam, poſt faſtiditas cum ipſa nuptias, inuaſit Holofernem fratrem ſuum, & regno expulit & priuauit: quem tamen poſtea humilem & ſupplicem recepit curialitate motus & regnum illi reſtituit. Holofernes vero releuationem ſuam ingrato animo recipiens, pactum fecit cum Antiochenſibus, qui tunc erant irati Demetrio. Quod reſciens Demetrius ipſum inuaſit & cepit, Antiochenſibus in ſua opinione contra Demetrium remanentibus. Qui poſtea bellis & iniuriis Demetrii laceſſiti, ſubornauerunt quendam iuuenem ſortis extremæ, & de humili proſapia, ſed pulchrum & aptum, vt Syriæ regnum valut iure paterno ſibi debitum, repeteret, dicentes ipſum vocari Alexandrum, & genitum eſſe ab Antiocho Rege Nobili, & ideo regnum Syriæ illi deberi. Tantum enim odium Demetrii apud omnes erat, vt æmulo eius non tantum vires regiæ verum etiam nobilitas generis, conſenſu omnium, tribueretur. Alexander vero omnium orientalium virtuta ſuccinctus, prælium intulit Demetrio, quem regno pariter & vita priuauit. *Recordabitur enim malorum*, ſupra 7 & 9. per totum, *& in fratrem eius*, Ioannem ſcilicet, quem occiderunt filii Iambri, vt ſupra cap. 9 *vel in fratrem*, & melius, ideſt, Iudam, qui mortuus fuerat ſub Demetrio, *& dedit ei poteſtatem congregandi exercitum*. Contra, nonne publice faciebat hoc prius?

Obiectio. exercitum nõ licet congregare ſine Regis authoritate.

Reſpondetur, quod ita, ſed inuito Rege. Non enim licet inferioribus exercitum congregare, niſi de ſcitu ſuperiorum, vt ſciant ad quem finem hæc faciant ne res vergat in præiudicium Regis, *Et traditi ſunt Ionatha obſides*, quos ſcilicet poſuerat Bacchides & Alcimus in arce, vt ſupra cap. 9. habetur, *& fugerunt alienigenæ*, cuſtodes, ſcilicet, quos poſuerat Bacchides in Iudæa, *qui reliquerant legem*, &c. qui ſcilicet, Alcimo & Bacchidi adhæſerant, *ſummum, ſacerdotem*, quia illi erant de genere ſummorum ſacerdotum, eo quod filii erant Mathathiæ, vt dictum eſt ſupra cap. 2. & erat officium tale multum concupitum, *& miſit ei purpuram, & coronam auream*.

Quatuor erant ſigna regalia, ſc. diadema, fibula aurea, ſceptrum, purpura.

Notandum, quod quatuor erant inſignia regalia; & inter hæc erat purpura: Etenim erant diadema, fibula aurea, ſceptrum & purpura. Et fibula quidem in mulieribus eſt ornamentum pectoris, in militibus eſt cingulus, & forſitan baltheus, purpura in Regibus eſt pallium humerale, *& quæ noſtra ſunt ſentias nobiſcum*, tam quæ bona, quam quæ mala, ſicut in amicitia requiritur. *Et induit ſe Ionathas ſtolam ſanctam*, &c. Non tanquam à gentili ſibi datam & conceſſum, ſed iam alias paterno iure ſibi debitam. *Scenopegia*, ideſt, fixionis tabernaculorum. Et vox hęc de Gręco in Latinum deriuata, dicitur à ſcena, quod eſt tabernaculum. Ab Hebræo autem deriuata, dicitur à ſcenon, quod eſt vmbra, quia tunc habitabant in vmbraculis, ob memoriam habitationis eorum in deſerto, cum exirent de Ægypto. Et incipiebat die 14. Sept. & durabat per ſeptem dies, & octaua feſtinabatur, quia in ea fiebat collecta pro omnibus expenſis totius anni pro pauperibus, *præoccupauit nos Alexander*, præoccupaſſe dicitur, non quia Demetrius prius non inuaſerit eum, ſed quia cum Demetrio Ionathas nullum pactum fecit. *Quoniam ſeruaſti ad nos pactum*. Aliqui putant, quod id dicit, mentiendo & adulando; vel id dicit, quia inierat pactum

A Ionathas cum Bacchide, qui de parte erat Demetrii, vt ſupra cap. 9. dicitur: vel quia poſt vltimam Epiſtolam Demetrii nihil ei nocuit. *Et remittimus vobis præſtationes*, ideſt, exactiones, quas ſub nomine præſtationis nobis dabatis, vel ſub nomine etiam tributi, *pretia ſalis*, ideſt, ſal ſine pretio habebitis. Forte Iudæi multo ſale indigebant, & care emebant: vel ſecundum alios, pretia ſtatuta pro pecoribus veſtris venditis. *Coronas*, quas ſingulis annis hæreditabant, *portiones tertias ſanguinis*, id eſt, frugum & leguminum, tantum enim ſoluebant Regi *& dimidiam partem fructus ligni*, ideſt, mediam partem de arboribus, quæ etiam debebant ei ob eius exactionem. *Tribus ciuitatibus quæ additæ ſunt, illi*,

B ideſt regionibus. & ſunt Samaria, Galilæa, & trans Iordanem, ſecundum Ioſephum, *& Ieruſalem ſit ſancta* ideſt, tanquam ſacra ſit & immunis, *& pecorum ſuorum*, ideſt, à tributis pro pretio pecorum, *& dies decreti*, ideſt, ex communi ſtatuto ordinat ſub decreto, *& tres dies ante diem ſolemnem*, ſicut erant ſolemnitates aduentitiæ, vt feſti in Heſter, Iudith & ſimilia, *immunitatis*, ideſt, ſine vectigalibus & tributis. Sed contra obiicitur, quia ante eos liberos fecerunt à tributis, ergo ſuperflue hæc repeti videntur. Reſpondetur, quod à tributis determinate ſtatutis nunquam eos exonerarunt, vt ſunt vectigalia & huiuſmodi, ſed ab aliis quotidie contingentibus, & eos immunes fecit per tres dies ante ſolemnitatem,

C & per tres dies poſt, *aſcribantur*. ideſt aſſumantur ad officia dignitatis. Et hoc tripliciter, ita quod aliqui vigilent in expeditionibus, quidam cuſtodiant in munitionibus, quidam etiam diſpenſatores ſint in rebus, Secundum Ioſephum hæc dicebat, quia ad iſta officia ponuntur primi, de quibus confiditur, quaſi diceret, volo de vobis confidere. Vnde ſequitur: *quæ aguntur ex fide*, ideſt in quibus agendis neceſſaria eſt fidelitas, *ſicut præcepit rex*, ideſt, ego, vel aliquando Cyrus. 1. Eſd. 1 *Ptolemaida*, ciuitas eſt adiuncta Iudææ; & eſt Achum, & duæ confines ciuitates eius, ſcilicet, Ioppen, & Gazar vide 1. Paral. 15. *De rationibus Regis, quæ me contingunt*, ideſt, quæ me ſecundum rectam rationem computi contin-

Ioſeph. vbi ſupra.

D gunt, *Quæ non reddiderunt*, ideſt, quicunque de officialibus meis, vel de aliis mihi debuerant reddere, & non reddiderunt forſan, illa condonabuntur. *Obnoxii*, ideſt, aliquo magno malo facto aſtricti. *Anno centeſimo ſexageſimo ſecundo*. Ipſe vero incepit regnare anno centeſimo ſexageſimo, vt pater in principio capitis *dedit illis*, ſcilicet, Ionathas Regibus *Cum gloria magna*. Magiſter in hiſtoriis dicit, quod hoc fuit ſignum renouationis Iudæorum in anno centeſimo ſexageſimo quinto. Secundũ Magiſtrum hiſtoriarum, iſte Demetrius paruulus viſa morte Demetrii patris ſui cucurrit ad parentes ſuos maternos, qui Cretenſes erant: & poſt triduum, cum multis ipſi fauentibus, reuerſus eſt, & inuaſit Alexandrum,

Magiſter hiſtor.

E & vicit, & regnum obtinuit. Sed Trogus Pompeius aliter narrat, & dicit, quod Demetrius pater iturus ad bellum contra Alexandrum, duos filios ſuos paruulos apud quendã Gnidium hoſpitalitati commiſit, cum magna pecunia. Quo mortuo poſt tres annos, maior eorum Demetrius adoleſcentiam adeptus, audiens luxuriam Alexandri, in quam inopinata' proſperitas eum immerſerat, adiuuantibus Cretenſibus eum aggreſſus fuit, & inueniens fauorabiles Antiochenſes, ſuper quos regnabat Aleſander, tradiderunt ſe illi, Et ita aggreſſus Alexandrum, illum magno impetu deiecit, & ita exoluit ei pœnam pro patre ſuo Demetrio. quem occiderat, & pro nomine Antiochi, cuius filium ſe mentitus fua-

Trog Pompeius lib. 35. in Iuſtino.

rat. *Contriſtatus eſt valde ſe Alexander Rex.* quia nihil hoſtile reputans inter ſcorta viuebat ſecurus. *Reuerſus eſt Antiochiam*, non Alexāder, ſed Demetrius qui prius ab ipſis cum patre ſuo fuerat de Antiochia fugatus, poſtea fuit receptus in recompenſationem iniuriæ. *Apolloniū ducem qui præerat Cœleſyriæ.* Syria habet multas partes; quarum vna eſt Cœles, & ibi erat Princeps iſte Apollonius, quem Demetrios iſte fecit Principem totius exercitus ſui, *Reſiſtis nobis*, reſiſtere te confidis: quidam legunt interrogatiue, & alii demiſſiue, & deſpectiue, quaſi diceret: Si reſiſtis nobis fugiendo, non inſultando in nos, quia non audes, *hi in fugam conuerſi ſunt patres tui*, ſemel ante Eleazarum, qui mortous fuit ſub ventre Elephantis, ſupra capite 6. & ſemel quando Iudas, &c. *& exercitum tantum in campo*, ſenſus eſt, Si in terra noſtra nō præualuiſtis, quomodo in campo, ideſt, in terra aliena præualere poteritis? *misit animo*, ideſt, concepit animum ſe vindicandi. *Et excluſit à ciuitate*, ideſt, viri habitatores Ioppen excluſerunt Ionatham fauentes Apollonio, ita Ioſephus: vel aliter Ionathas excluſit cuſtodias Apollonii à ciuitate Ioppe, quæ iuncta erat Iudææ: vel excluſit ſeipſum à Ioppe, volens, quod Apollonius obſideret eam pro Ionathæ odio. Media expoſitio magis conſonat literæ ſequenti, vt patet. *Et abiit Azotum tanquam iter faciens*, id eſt, gradatim pergens, non in exercitum Iudæ. *Bet-Daghon*, duæ dictiones ſunt, ideſt, domum Daghon ideſt, illios idoli: & eiecit Simon, adducentes recentes milites, &c.

CAP. XI.

Diſcordia inter Ptolomæum Regem, & Alexandrum ſuum generum.

ET Rex Ægypti congregauit exercitum, ſicut arenam quæ eſt circa oram maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere illud regno ſuo. Et exiit in Syriam verbis pacificis, & aperiebant ei ciuitates, & occurrebant ei: quia mandauerat Alexander Rex exire ei obuiam, eo quod ſocer ſuus eſſet. Cum autem introiret ciuitatem Ptolomæus, ponebat cuſtodias militum in ſingulis ciuitatibus. Et vt appropiauit Azoto, oſtenderunt ei templum Daghon ſuccenſum igni, & Azotum, & cætera eius demolita, & corpora proiecta, & eorum, qui caſi erant in bello, tumulos, quos fecerant ſecus viam. Et narrauerunt Regi, quia hæc fecit Ionathas, vt inuidiam facerent ei: & tacuit Rex. Et occurrit Ionathas Regi in Ioppen cum gloria, & inuicem ſe ſalutauerunt, & dormierunt illic. Et abiit Ionathas cum Rege vſque ad fluuium, qui vocabatur Eleutherus: & reuerſus eſt in Ieruſalem. Rex autem Ptolomæus obtinuit dominium ciuitatum vſque Seleuciam maritimam, & cogitabat in Alexandrum conſilia mala. Et miſit legatos ad Demetrium, dicens: VENI, componamus inter nos pactum, & dabo tibi filiam meam, quam habet Alexander, & regnabis in regno patris tui. Pœnitet enim me, quod dederim illi filiam meam: quæſiuit enim me occidere. Et vituperauit eum, propterea quod concupierat regnum eius. Et abſtulit filiam ſuam, & dedit eam Demetrio, & alienauit ſe ab Alexandro, & manifeſtatæ ſunt inimicitiæ eius. Et intrauit Ptolomæus Antiochiam, & impoſuit duo diademata capiti ſuo, Ægypti & Aſiæ. Alexander autem Rex erat in Cilicia illis temporibus: quia rebellabant, qui erant in locis illis. Et audiuit Alexander, & venit ad eum in bellum: & produxit Ptolomæus Rex exercitum, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eum. Et fugit Alexander in Arabiam, vt ibi proteA getur: Rex autem Ptolomæus exaltatus eſt. Et abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & miſit Ptolomæo. Et Rex Ptolomæus mortuus eſt in die tertia, & qui erant in munitionibus, perierunt ab his, qui erant intra caſtra. Et regnauit Demetrius anno centeſimo ſexageſimo ſeptimo. In diebus illis congregauit Ionathas eos, qui erant in Iudæa, vt expugnarent arcem, quæ eſt in Ieruſalem: & fecerunt contra eam machinas multas. Et abierunt quidam, qui oderant gentem ſuam, viri iniqui ad Regem Demetrium, & renunciauerunt ei, quod Ionathas obſideret arcem. Et vt audiuit, iratus eſt: & ſtatim venit ad Ptolemaidam, & ſcripſit Ionathæ, ne obſideret arcem, ſed occurreret ſibi ad colloquium feſtinato.

Zabdiel. vel vt alij. Zabelus, quia erat dynaſta Arabiæ. Vide Iuſtinum de hoc, & Ioſephū antiq. l. 17. cap. 7.

B *Vt audiuit autem Ionathas iuſſit obſidere, & elegit de ſenioribus Iſrael, & de ſacerdotibus, & dedit ſe periculo. Et accepit aurum & argentum, & veſtem, & alia xenia multa, & abiit ad Regem Ptolemaidam, & inuenit gratiam in conſpectu eius. Et interpellabant aduerſus eum quidam iniqui ex gente ſua. Et fecit ei Rex, ſicut fecerant ei, qui ante eum fuerant: & exaltauit eum in conſpectu omnium amicorum ſuorum, & ſtatuit ei principatum ſacerdotii, & quæcunque alia habuit prius pretioſa, & fecit eum principem amicorum. Et poſtulauit Ionathas à Rege, vt immunem faceret Iudæam, & tres toparchias, & Samariam, & confines eius, & promiſit ei talenta trecenta. Et conſenſit*

Ne obſideret, ideſt vt ab obſidione ceſſaret: vel vt ſuſceptā obſidionem deponeret.

C *Rex, & ſcripſit Ionathæ epiſtolas de his omnibus hunc modum continentes: REX Demetrius fratri Ionathæ ſalutem, & genti Iudæorum. Exemplum epiſtolæ, quam ſcripſimus Laſthenis parenti noſtro de vobis, miſimus ad vos, vt ſciretis. Rex Demetrius Laſtheni parenti ſalutem. Genti Iudæorum amicis noſtris, & conſeruantibus, quæ iuſta ſunt apud nos, decreuimus benefacere, propter benignitatem ipſorum, quam erga nos habent. Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ, & tres ciuitates, Lydan & Ramathan, quæ additæ ſunt Iudææ ex Samaria, & omnes confines earum ſequeſtrari omnibus ſacrificantibus in Ieroſolymis pro his, quæ ab eis prius accipiebat Rex per ſingulos annos, & pro fructibus terræ & pomorum. Et alia, quæ ad nos pertinebant, decimarum & tributorum, ex hoc tempore*

Et tres toparchias, & Samariā, & confines eius: aliqui legūt tres præfecturas, atq; Samariam cum confinibus eius.

D *remittimus eis: & areas ſalinarum, & coronas, quæ nobis deferebantur, omnia ipſis concedimus, & nihil horum irritum erit ex hoc & in omne tempus. Nunc ergo curate facere horum exemplum, & detur Ionathæ, & ponatur in monte ſancto: & in loco celebri. Et videns Demetrius Rex, quod ſiluit terra in conſpectu ſuo, & nihil ei reſiſtit, dimiſit totum exercitum ſuum, vnumquemque in locum ſuum, excepto peregrino exercitu, quem traxit ab inſulis Gentium: & inimici erant ei omnes exercitus patrum eius. Tryphon autem erat quidam partium Alexandri prius: & vidit, quoniam omnis exercitus murmurabat contra Demetrium, & iuit ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri: & aſſidebat ei, vt traderet eum ipſi, & regnaret loco patris ſui: & enunciauit ei, quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituum*

E *eius aduerſus illum. Et manſit ibi diebus multis. Et miſit Ionathas ad Demetrium Regem, vt eiiceret eos, qui in arce erant in Ieruſalem, & qui in præſidiis erant quia impugnabant Iſrael. Et miſit Demetrius ad Ionathan, dicens: Non hæc tantum faciam tibi & genti tuæ, ſed gloria illuſtrabo te & gentem tuam, cum fuerit opportunum. Nunc ergo recte feceris, ſi miſeris in auxilium mihi viros: quia diſceſſit omnis exercitus meus. Et miſit ei Ionathas tria millia virorum fortium Antiochiam: & venerunt ad Regem, & delectatus eſt Rex in aduentu eorum. Et conuenerunt, qui erant de ciuitate, centum viginti millia virorum, & volebant interficere Regem. Et*

fugit

A *fugit Rex in aulam: & occupauerunt, qui erant de ciuitate, itinera ciuitatis, & cœperunt pugnare. Et vocauit Rex Iudæos in auxilium, & conuenerunt omnes ſimul ad eum, & diſperſi ſunt omnes per ciuitatem: & occiderunt in illa die centum millia hominum, & ſuccenderunt ciuitatem, & ceperunt ſpolia multa in die illa & liberauerunt Regem. Et viderunt, qui erant de ciuitate, quod obtinuiſſent Iudæi ciuitatem ſicut volebant: & infirmati ſunt mente ſua, & clamauerunt ad Regem cum precibus, dicentes: Da nobis dextras, & ceſſent Iudæi oppugnare nos & ciuitatem. Et proiecerunt arma ſua, & fecerunt pacem: & glorificati ſunt Iudæi in conſpectu Regis, & in conſpectu omnium, qui erant in regno eius, & nominati ſunt in regno: & regreſſi ſunt in Ieruſalem, habentes ſpolia multa.* B *Et ſedit Demetrius Rex in ſede regni ſui, & ſiluit terra in conſpectu eius. Et mentitus eſt omnia quæcunque dixit, & abalienauit ſe à Ionatha, & non retribuit ei ſecundum beneficia, quæ ſibi tribuerat, & vexabat eum valde. Poſt hæc autem reuerſus eſt Tryphon, & Antiochus cum eo puer adoleſcens, & regnauit, & impoſuit ſibi diadema. Et congregati ſunt ad eum omnes exercitus, quos diſperſerat Demetrius, & pugnauerunt contra eum: & fugit, & terga vertit. Et accepit Tryphon beſtias, & obtinuit Antiochiam: & ſcripſit Antiochus adoleſcens Ionathæ, dicens: Conſtituo tibi ſacerdotium, & conſtituo te ſuper quatuor ciuitates, vt ſis de amicis Regis: & miſit illi vaſa aurea in miniſterium, & dedit ei poteſtatem bibendi in auro, & eſſe in purpura, & habere fibulam au-* C *ream: & Simonem fratrem eius conſtituit Ducem à terminis Tyri vſque ad fines Ægypti. Et exiit Ionathas, & perambulabat trans flumen ciuitates: & congregatus eſt ad eum omnis exercitus Syriæ in auxilium, & venit Aſcalonem, & occurrerunt ei honorifice de ciuitate. Et abiit inde Gazam: & concluſerunt ſe, qui erant Gazæ & obſedit eam, & ſuccendit quæ erant in circuitu ciuitatis, & prædatus eſt eam. Et rogauerunt Gazenſes Ionatham, & dedit illis dextram: & accepit filios eorum obſides, & miſit illos in Ieruſalem: & perambulauit regionem vſque Damaſcum. Et audiuit Ionathas quod præuaricati ſunt Principes Demetrii in Cades, quæ eſt in Galilæa, cum exercitu multo, volentes eum remouere à negotio regni. Et occurrit illis: fratrem autem ſuum* D *Simonem reliquit intra prouinciam. Et applicuit Simon ad Bethſuram, & expugnabat eam diebus multis, & concluſit eos. Et poſtulauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis, & eiecit eos inde, & cepit captiuitatem, & poſuit in ea præſidium. Et Ionathas & caſtra eius applicuerunt ad aquam Genaſar, & ante lucem vigilauerunt in campo Aſor. & ecce caſtra alienigenarum occurrebant in campo, & tendebant ei inſidias in montibus: ipſe autem occurrit ex aduerſo. In die vero exſurrexerunt de locis ſuis, & commiſerunt prælium. Et fugerunt qui erant ex parte Ionathæ omnes & nemo relictus eſt ex eis niſi Mathathias filius Abſalomi, & Iudas filius Calphi princeps militiæ exercitus. Et ſcidit Ionathas ve-* E *ſtimenta ſua, & poſuit terram in capite ſuo, & orauit Et reuerſum eſt Ionathas ad eos in prælium, & conuertit eos in fugam, & pugnauerunt. Et viderunt qui fugiebant partis illius & reuerſi ſunt ad eum, & inſequebantur cum eo omnes vſque Cades ad caſtra ſua, & peruenerunt vſque illuc, & ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia virorum: & reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem.*

CAP. XI.

Et *Ptolomæus Rex Ægypti*. Hæc eſt tertia pars illius, *& congregati ſunt omnes amici*, in qua ponitur victoria Ptolomæi contra Alexandrum generum ſuum. Secundo exaltatio Ionathæ ſub tertio Rege, ſcilicet Demetrio filio prædicti Demetrii, ibi, *& regnauit Demetrius*, tertio aduentus filii Antiochi, ſcilicet Alexandri, ibi, *Poſt hæc autem reuerſus eſt Tryphon*. Circa primum primo ponitur proditio Ptolomæi Regis Ægypti exercitum congregantis, & Ale-
B xandrum inuadentis, & ſecundo cõfœderatio ipſius Demetrii cum ipſo, ibi, *& miſit legatos ad Demetrium*. tertio proſtratio Regis Alexandri, ibi, *& audiuit Alexander, & venit in bellum*, quarto punitio Ptolomæi Regis Ægypti, ibi, *& Rex Ptolomæus mortuus*. Circa ſecundam partem, quę incipit, ibi, *& regnauit Demetrius*, ponitur ipſius Demetrii prouocatio pro impiorum accuſatione, & ſecundo ipſius placatio cum Ionathæ honoratione, ibi, *vt audiuit Ionathas*, tertio literarum ſubſcriptio pro pacis confirmatione, ibi, *& conſenſit Rex*, & ſcripſit Ionathas. Quarto ponitur Antiochi filii Alexandri promotio pro Demetrii deſtinatione, ibi, *& vidit Demetrius Rex*. Quinto ponitur à Ionatha exercitus deſtinatio pro Regis libera-
C tione, ibi, *& miſit Ionathas ad Demetrium*. Sexto ciuiũ cum Rege confœderatio, cum Iudæorum honore & commendatione, & Regis Demetrii parum curiali obliuione, ibi, *& vt viderunt qui erant in ciuitate*. Circa tertiam partem, quæ incipit, ibi, *poſt hæc autem reuerſus*, primo deſcribitur aduentus Antiochi filii Alexandri cum adiutorio Tryphonis. Et primo introducitur vt ex parte Antiochi Regis occupatio; & ſecundo Ionathæ ſalutatio & honoratio, ibi: *& ſcripſit Antiochus*, tertio ex parte Ionathę probitatis exequutio, ibi, *& exiit Ionathas*. Et circa iſtam vltimam partem, *& exiit Ionathas*, primò ponitur probitas Ionathæ contra Aſcalonitas & Azotios, & ſecundo probitas ſcilicet ſui fratris Simonis contra inclu-
D ſos in Bethſuram, ibi, *& applicuit Simon*, tertio reperitur victoria Ionathæ contra aduerſarios, ibi, *& Ionathas & caſtra eius*. Et primo ponitur, qualiter Iudæi fugerunt & ſuccubuerunt, ſecundo quomodo reuerſi fuerunt, & præualuerunt, ibi, *& ſcidit Ionathas*. *Et Ptolomæus*, ſecundum Ioſephum Philopator primus, fuit tertius Rex in Alexandria, & regnauit viginti ſex annis, ſecundus Rex fuit quartus, & regnauit annos ſeptendecim. *Et exiit in Syriam verbis pacificis*, &c. *in dolo*, ſcilicet, quaſi veniſſet genero ſuo Alexandro ſolatia præſtiturus: ait Ioſephus, *& aperiebant ei ciuitates*. Magiſter hiſtoriarum dicit, quod ſic præceperat Alexander in fauorem ipſius, *Dagon ſuccenſum*, ſcilicet à Ionatha, ſupra 10. capite
E *vt inuidiam facerent ei*, ideſt, odium, & mouerent Regis animum contra eum, & tacuit, ac diſſimulauit, ne haberet in ſua nouitate aut inuaſione in Regem Alexandrum, Ionatham contrarium, *flumium qui vocatur Eleutherus*, ideſt, liberum, ſecundum Ioſephum *Seleuciam*, dictam à Seleuco, ſicut Antiochia ab Antiocho, *impoſuit duo diademata capiti ſuo*, Ioſephus dicit, quod hoc fecit compulſus à ſuis militibus. Nam dicebat ſibi ſufficere regnum Ægypti, propter timorem Romanorum, ne videretur ipſis inuitis eorum iuriſdictionẽ vſurpare. *quaſiuit me occidere*, imo econtra erat, quod iſte eum, ideſt Ptolomæus Alexandrũ occidere quærebat. *Fugit Alexãder in Arabiã* ad parentes maternos cum filio ſuo Antiocho. Rex

Ioſeph. antiq. lib. 13

Textus expoſitio.

Ioſeph. antiq. vbi ſup.

Ioſeph. vbi ſupra.

A autem Arabum ob fauorem & timorem Ptolomæi occidit eum, & filium ſuum Antiochum reſeruauit, vt dicitur in hiſtoriis, & miſit caput eius Ptolomæo. *Et vituperauit eum*, loquitur author in tertia perſona de Ptolomæo, quod vituperauerit Alexandrum, ideſt, crimen illi impoſuit, quod Ptolomæus ſcilicet concupient regnum Alexandri, *erat Rex in Cilicia*, propter eorum rebellionem. *Zabdiel Rex Arabia caput Alexandri, & miſit Ptolomao: & mortuus eſt die tertia*, Ioſephus dicit: quod contigit, vt equus Ptolomæi audiret vocem vel garritum elephantis, & quod proiecit dominum ſuum ad terram, quod cum vidiſſent hoſtes, impetum fecerunt in eum, & multa vulnera illi inflixerunt vſque ad mortis periculum

Ioſeph li. 13. antiq. ca. 8

B cuſtodes tamen corporis ſui eum liberauerunt, & ideo ſuperuixit quatuor diebus, non intelligens neque loqoens. In fine vero quinti diei reſpirans à vulneribua, & videns caput Alexandri, quod reſciſum illi miſerat Zabelus ſiue Zabdiel Rex Arabum, quoquo modo exultauit, ſed ſtatim mortuus fuit *Et qui erant in munitionibus*, poſiti, ſcilicet, à Ptolomæo. *At his qui erant intra caſtra*, ideſt, qui plus faoebant Alexandro, pluſque diligentes eum quam Ptolomæum. Sed quia vterque iam erat mortuus, ideo melius dicitur ſecundum Ioſephum, ab his, qui erant de parte Demetrii, qoi cœpit corrumpere milites Ptolomæi ipſo defuncto. *Quidam qui oderant gentem ſuam*, ſcilicet Iudæi. Impugnatio enim ortum habebat ex Iodæis, *ne obſideret*, ideſt, in obſidione permaneret: aliqui tameo libri habent, non obſideret & aliqui, ne obſiſteret, ideſt, deſiſteret, *& ſtatuit ei principatum ſacerdotii*, ideſt, confirmauit ei officium ſacerdotiis, quod ſcilicet habuit prius ſibi ab Alexandro conceſſum, *prinsipem amicorum*, ideſt, principalem amicum. *Et tres Toparchias*, id eſt, priocipatum trium locorum, & dicitur ſic à topos, quod eſt locus & archon, quod eſt prioceps. Erant autem illa tria loca Iudææ addita, & erant Samaria, Lydia, & Ramatha. Ioſephus dicit, trium prouinciarum Iudææ additaru, ſcilicet Samariæ, Ioppen, & Galilææ, & in Samaria fuerunt tres ciuitates, quæ fuerunt. Effroma, Bebellida, & Ramotha, *& Samariam*, ita debet eſſe: aliqui autem libri habent, ſed male ex Samaria *Rex Demetrius Laſthenis parenti*, ideſt, ſummo ſacerdoti gentis ſuæ & ritus ſui, *excepto exercitu peregrino*, qui propter hoc fuit odioſus aliis: vel, vt dicit Trogus Pompeius, quia proſpero tunc ſucceſſu adoleſcens vitiis adoleſcentiæ corruptus in ſegnitiem verſus eſt: & ideo tantum fuit odioſus propter ſuam laſciniam, quantum pater eius propter ſuam ſuperbiam, *Primus*, ideſt, præcipuus, *quidam partium*, ideſt, quidam præcipuus de parte Alexandri. *Et iuit ad Emachuel*. i. Regem Arabiæ, qui ob fauorem Ptolomæi occiderat Alexandrum, retinens filium eius Antiochum. *Aſſiſtebant ei*, ideſt, aſſidue inſtabāt, illum pro Antiocho dimittendo. *Miſit Ionatham*, videns eum ſuis odioſum. *In præſidiis*, ab his ſcilicet ab arce in Bethſura. *& mentitus eſt omnino*, ſcilicet Iudæis, quod multum ei poſtea nocuit. Et *accepit Thryphon beſtias*, ideſt, elephantes exercitus Demetrij, qui erant docti ad bellū *Et miſit illi vaſa aurea in miniſterium*, id eſt, vſum, *fibulam*, ornamentum, quod ſolis cognatis Regis ferre licebat. *Trans flumium*, Euphratem ſcilicet. *Et venit Aſcalon*, ciuitas eſt Philiſthinorum. *Et Ionathas & caſtra eius applicuerunt ad aquam Genaſar* mare Galilææ, quæ alias dicitur Tyberiadis, & dicitur Geneſar, quaſi generans auras, *& ante lucem vigilauerunt*, ideſt, excubias fecerunt propter hoſtes propinquos, quos poſtea Ionathas vicit & fugauit.

Ioſephus.

C

Ioſephus.

Hugo legit, id eſt, Samariam & cõfinos eius.

D

Trog Pompeius lib. 33.

E

CAP. XII.

Miſit Ionathas legatos Romanis & Spartiatis ad confirmandum fœdus amicitia.

E*T vidit Ionathas, quia tempus eum iuuat, & elegit viros, & miſit eos Romam ſtatuere, & renouare cum eis amicitiam: & ad Spartiatas, & ad alia loca miſit epiſtolas ſecundum eandem formam, & abierunt Romam, & intrauerunt curiam, & dixerunt, Ionathas ſummus Sacerdos, & gens Iudæorum miſerunt nos, vt renouaremus amicitiam & ſocietatem ſecundum priſtinum. Et dederunt illis epiſtolas ad ipſos per loca, vt deducerent eos in terram Iuda cum pace. Et hoc eſt exemplum epiſtolarum, quas ſcripſit Ionathas Spartiatis. IONATHAS ſummus Sacerdos, & Seniores gentis, & Sacerdotes, & reliquus populus Iudæorum, Spartiatis fratribus ſalutem. Iam pridem miſſa erant epiſtola ad Oniam ſummum Sacerdotem à Dario, qui regnabat apud vos, quoniam eſtis fratres noſtri, ſicut ſcriptum continet, quod ſubiectum eſt. Et ſuſcepit Onias virum, qui miſſus fuerat, cum honore: & accepit epiſtolas, in quibus ſignificabatur de ſocietate & amicitia. Nos cum nullo horum indigeremus, habentes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in manibus noſtris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem & amicitiam, ne forte alieni efficiamur à vobis: multa enim tempora tranſierunt, ex quo miſiſtis ad nos. Nos ergo in omni tempere ſine intermiſſione in diebus ſolemnibus, & cæteris, quibus oportet, memores ſumus veſtri in ſacrificiis, quæ offerimus, & in obſeruationibus ſicut fas eſt, & decet meminiſſe fratrum. Lætamur itaque de gloria veſtra. Nos autem circumdederunt multæ tribulationes. & multa prælia, & impugnauerunt nos reges, qui ſunt in circuitu noſtro. Noluimus ergo vobis moleſti eſſe, neque cæteris ſociis, & amicis noſtris in his præliis. Habuimus enim de cælo auxilium, & liberati ſumus nos, & humiliati ſunt inimici noſtri. Elegimus itaque Numenium Antiochi, & Antipatrem Iaſonis filios, & miſimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam & ſocietatem priſtinam Mandauimus namque eis, vt veniant etiam ad vos, & ſalutent vos, & reddant vobis epiſtolas noſtras de innouatione fraternitatis noſtræ. Et nunc benefacietis reſpondentes nobis ad hæc. Et hoc reſcriptum eſt epiſtolarum, quod miſerat Onias. Rex Spartiatarum Onias, Ionathæ Sacerdoti magno ſalutē. Inuentum eſt in ſcriptura de Spartiatis & Iudæis, quoniam ſunt fratres, & quod ſunt de genere Abraham. Et nunc ex quo hæc cognouimus, benefacitis ſcribentes nobis de pace veſtra, Sed & nos reſcripſimus vobis, Pecora noſtra, & poſſeſſiones noſtræ veſtra ſunt, & veſtra noſtra: mandauimus itaque hæc nuntiari vobis. Et audiuit Ionathas, quoniam regreſſi ſunt principes Demetrii cum exercitu multo ſupra, quam prius, pugnare aduerſus eum. Et exiit ab Ieruſalem, & occurrit eis in Amathite regione: non enim dederat eis ſpatium, vt ingrederentur regionem eius. Et miſit ſpeculatores in caſtra eorum: & reuerſi renuntiauerunt, quod conſtituunt ſuperuenire illis nocte. Cum occidiſſet autem ſol, præcepit Ionathas ſuis vigilare, & eſſe in armis paratos ad pugnam tota nocte, & poſuit cuſtodes per circuitum caſtrorum. Et audierunt aduerſarij quod paratus eſſet Ionathas cum ſuis in bello: & timuerunt, & formidauerunt in corde ſuo: & accenderunt focos in caſtris ſuis. Ionathas autem & qui cum eo erant non cognouerunt vſque mane, videbant autem luminaria ardentia, & ſecutus eſt eos Ionathas, & non comprehendit eos: tranſierant enim flumen Eleutherum. Et diuertit Ionathas ad Arabas, qui vocabantur Zabadæi, & percuſſit eos, & accepit ſpolia eorum.*

ſt iunxit, & venit Damaſcum, & perambulabat omnem regionem illam. Simon autem exiit; & venit vſque ad Aſcalonem, & ad proxima præſidia, & declinauit in Ioppen, & occupauit eam, audiuit enim quod vellent præſidium tradere partibus Demetrij, & poſuit ibi cuſtodes vt cuſtodirent eam. Et reuerſus eſt Ionathas & conuocauit ſeniores populi, & cogitauit cum eis ædificare præſidia in Iudæa, & ædificare muros in Ieruſalem, & exaltare altitudine magna intermedium arcis & ciuitatis, vt ſepararet eam à ciuitate, vt eſſet ipſa ſingulariter, & neque emant, neque vendant. Et conuenerunt vt ædificarent ciuitatem: & cecidit murus qui erat ſuper torrentem ab ortu ſolis, & reparauit eum qui vocatur Caphetetha: & Simon ædificauit Adiada in

Sepheia vel Rephaim vallis eſt in tribu Iuda iuxta vrbem Eleutheropolim.

B *Sephela, & muniuit eam, & impoſuit portas & ſeras. Et cum cogitaſſet Tryphon regnare Aſiæ, & aſſumere diadema, & extendere manum in Antiochum regem: timens ne forte non permitteret eum Ionathas, ſed pugnaret aduerſus eum, quærebat comprehendere eum, & occidere. Et exurgens abiit in Beth-ſan. Et exiuit Ionathas obuiam illi cum quadraginta millibus virorum in prælium, & venit Beth-ſan. Et vidit Tryphon quia venit Ionathas cum exercitu multo, vt extenderet in eum manus: & timuit, & excepit eum cum honore, & commendauit eum omnibus amicis ſuis: & dedit ei munera & præcepit exercitibus ſuis vt obedirent ei, ſicut ſibi. Et dixit Ionathæ, Vt quid vexaſti vniuerſum populum, cum bellum nobis non ſit? Et nunc remitte eos in domos*

C *ſuas: elige autem tibi viros paucos qui tecum ſint, & veni mecum Ptolemaidam, & tradam eam tibi, & reliqua præſidia, & exercitum, & vniuerſos præpoſitos negotij, & conuerſus abibo: propterea enim veni. Et credidit ei, fecit ſicut dixit: & dimiſit exercitum, & abierunt in terram Iuda. Retinuit autem ſecum tria millia virorum: ex quibus remiſit in Galilæam duo millia, mille autem venerunt cum eo. Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauſerunt portas ciuitatis Ptolemenſes, & comprehenderunt eum: & omnes qui cum eo intrauerant gladio interfecerunt. Et miſit Tryphon exercitum & equites in Galilæam, & in campum magnum, vt perderent omnes ſocios Ionathæ. At illi cum cognouiſſent quia comprehenſus eſt Ionathas, & periit, &*

D *omnes qui cum eo erant, hortati ſunt ſemetipſos, & exierunt parati in prælium. Et videntes hi qui inſequuti fuerant, quia pro anima res eſt illis, reuerſi ſunt: illi autem venerunt omnes cum pace in terram Iuda. Et planxerunt Ionatham, & eos qui cum ipſo erant valde: & luxit Iſrael luctu magno. Et quæſierunt omnes gentes quæ erant in circuitu eorum, conterere eos, dixerunt enim Non habent principem & adiuuantem: nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.*

CAP. XII.

E

Vide annot. 2. 2. q. 188. art. 5.

ET *vidit Ionathas quia tempus*, Hic ponitur ducatus Ionathæ ſub Antiocho filio Alexandri, & primo ponitur quomodo Ionathas cum extraneis ſe confœderauit, & ſecundo quomodo hoſtes viriliter expugnauit, ibi, *& audiuit Ionathas*. Tertio quomodo Tryphon eum defraudauit: ibi, *& cum cogitaſſet*. Circa primam partem ponitur pro fraternitate renouanda cum Romanis & aliis, nunciorum deſtinatio, ſecundo epiſtolarum recapitulatio, ibi, *& hoc exemplar epiſtolarum*, Tertio ad epiſtolas facta reſponſio, ibi, *& hoc reſcriptum epiſtolarum*. In epiſtolis allegat primo antiquitus contractam cum eis familiaritatem, Secundo reducit ad memoriam an-

A tiquitatem, ibi, *multa enim tempora*. Tertio oſtendit ſuam erga eos fidelitatem, ibi, *Nos ergo omni tempore* Quarto gaudet propter eorum proſperitatem, ibi: *Lætamur itaque*. Quinto recitant multiplicem ſuam aduerſitatem, ibi, *Nos autem circumdederunt*. Sexto recognoſcunt ſe liberatos per diuinam benignitatem, ibi, *habuimus*. Septimo petunt curialiter ad reſcribendum facultatem. Circa ſecundam partem principalem quæ eſt ibi. *Et audiuit Ionathas*; primo ponitur à Ionatha & Simone hoſtium expugnatio; ſecundo Hieruſalem fortificatio & reformatio, ibi, *Et reuerſus eſt Ionathas & conuocauit*. Circa primam partem iſtarum primo ponitur factum Ionathæ, & ſecundo Simonis, ibi, *Simon autem exiit*. Circa pri-

B mam iſtarum ponitur exercitus congregatio, & Ionathæ inuaſio, ibi, *& exiit ab Hieruſalem*. Tertio ipſorum euaſio, ibi, *& audierunt aduerſarij*. Circa tertiam partem totius capituli principalem ponitur primo Tryphonis peruerſa cogitatio. & ſecundo Ionathæ fallax honoratio, ibi, *& vidit Tryphon quod venit*. Tertio deceptoria promiſſio; & informatio, ibi, *& dixit Ionathæ vt quid*. Quarto ſtulta conſilij exequutio, ibi *& tradidit illi, & fecit*, Quinto Ionathæ incluſio, & ſuorum occiſio, ibi, *& intrauit Ptolemaidam*. Sexto exercitus illius perſequutio, ibi, *& miſit Tryphon exercitum*. Septimo virilis defenſio, ibi. *At illi cum cognouiſſent tempus*, id eſt, quod opportunitatem habebat. *Spartiatas*. Ioſephus Lacedæmonios dicit, iſti ſecun- Ioſephus vbi ſupra.

C dum gloſſam iactabant, ſe eſſe de genere Abrahæ, ac per hoc eſſe ſe fratres Iudæorum. Quomodo vero hoc fuerit non eſt certum, niſi quia forte deſcenderant de aliquo filio Agar, vel Cethuræ. Præterea confœderatio fuit facta, anno centeſimo quinquageſimo primo, ſicut poteſt haberi ex ſuperioribus. Nam fuit facta inter miſſionem Nicanoris à Demetrio, mortuo Nicanore, quod fuit factum anno centeſimo quinquageſimo primo; primo ſcilicet anno Demetrij; vt patet ſupra cap. 7. inter miſſionem Bacchidis ſcilicet & Alcimi. Quos ſecundo miſit Demetrius mortuo Nicanore, anno centeſimo quinquageſimo ſecundo, & patet ſupra 9. Hæc vero fuit facta ſub Demetrio filio Demetrij anno ſuo

D vltimo ante captionem eius, qui fuit annus centeſimus ſeptuageſimus ſecundus; & ita fluxerant viginti anni ſolum. *Priſtinum*, vide ſupra cap. 8. *& dederunt illis epiſtolas*, ſenſus eſt quod Romani dederunt legatis Iudæorum epiſtolas commendatitias ad principes illis ſubiectos: vt haberent liberum iter ad Spartiatas, & ad reuertendum in Iudæam, *ad Oniam* prædeceſſorem dicit, non computando Iaſonem vel Menelaum vel Alcimum, propter eorum malitiam & vſurpationem. *à Dario*. Ioſephus ponit ab Ioſephus vbi ſupra.
Areo Rege Lacedæmonum, *cum nullo eorum*, id eſt, nullus amicitia indigeamus, quaſi diceret, non ex neceſſitate miſimus ad vos, ſed ex amore, *ſanctos libros*, qui nobis dant occaſionem confidendi de

E virtute Dei magna, *ſicut fas eſt*, id eſt, ſicut licet nobis. Quod dicit quia aliquando fuerunt impediti ab aduerſariis: vel hoc dicit, quia non erant penitus & ex toto vnius religionis, *vobis moleſti eſſe*, videlicet petendo auxilium à vobis. *Amachita regione*, Amachi locutus eſt. *Non enim dederat eis*. Anticipando ſcilicet *miſit ſpeculatores*, id eſt, inſidias ad ſciendum quomodo facerent aduerſarij, vel quid facere intenderent. *Arabas qui vocantur Zabadæi*: aliqui dicunt Nabuchæi, quod non videtur verū, quia iſti fuerunt familiares Iudæorum, vt patet ſupra c. 3. Ioſephus dicit Ioſephus. iſtos fuiſſe qui occiderunt Ioannem fratrem Ionathæ, vt habetur ſupra cap. 9. *Non cognouerunt*, ratio fuit, quoniam videntes focos in exercitu illorum,

credebant, eos ibi eſſe præſentes. *Præſidium*, ideſt, locum munitum ipſius Ioppes, vt eſſet ſingulariter & diſtinčte, Et ſenſus eſt ſecundum Ioſephum, quod ipſe volebat facere murum magnum inter arcem & ciuitatem, vt eſſet ciuitas diuiſa ab arce, ita quod non poſſent illi de arce habere cibos, *Caphethetha*, nomen viri reædificantis, vel loci reædificati, *Adiada* nomen caſtri eſt. *Bephela*, nomen eſt regionis, *comprehendere eum*, ideſt, Ionatham, *& exiuit Ionathas*, ſcripſe: at enim Tryphon, vt ſibi occurreret in Bethſan, *quia pro anima rex eſt illis*, ideſt, pro vita ſaluanda.

C AP. XIII.

Capitur Ionathas & interficitur cum liberis, & Simon dux ſubſtituitur eius loco.

ET audiuit Simon quod congregauit Tryphon exercitum copioſum, vt veniret in terram Iuda, & attereret eam. Videns quia in tremore populus eſt & in timore, aſcendit Ieruſalem, & congregauit populum: & adhortans dixit, vos ſcitis quanta ego & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus & pro ſanctis prælia, & anguſtias quales vidimus. horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Iſrael: & relictus ſum ego ſolus. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior ſum fratribus meis. Vindicabo itaque gentem meam & ſancta, natos quoque noſtros, & vxores: quia congregatæ ſunt vniuerſæ gentes conterere nos inimicitiæ gratia. Et accenſus eſt ſpiritus populi ſimul vt audiuit ſermones iſtos: Et reſponderunt voce magna dicentes, tu es dux noſter loco Iudæ & Ionathæ fratris tui, pugna prælium noſtrum: & omnia quæcunque dixeris nobis, faciemus. Et congregans omnes viros bellatores, accelerauit conſummare vniuerſos muros Ieruſalem, & muniuit eam in gyro. Et miſit Ionatham filium Abſolomi & cum eo exercitum nouum in Ioppen, & eiectis his qui erant in arce, remanſit illic ipſe. Et mouit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu multo, vt veniret in terram Iuda, & Ionathas cum eo in cuſtodia. Simon autem applicuit in Addin contra faciem campi. Et vt cognouit Tryphon quia ſurrexit Simon loco fratris ſui Ionathæ, & quia commiſſurus eſſet cum eo prælium, miſit ad eum legatos, dicens, Pro argento quod debebat frater tuus Ionathas in ratione Regis, propter negotia quæ habuit; detinuimus eum. & nunc mitte argenti talenta centum, & duos filios eius obſides, vt non dimiſſus fugiat à nobis, & remittemus eum. Et cognouit Simon quia cum dolo loqueretur ſecum, iuſſit tamen dari argentum, & pueros: ne inimicitiam magnam ſumeret ad populum Iſrael, dicentem. Quia non miſit ei argentum & pueros, propterea periit. Et miſit pueros, & centum talenta: & mentitus eſt, & non dimiſit Ionatham. Et poſt hæc venit Tryphon intra regionem, vt contereret eam: & gyrauerunt per viam quæ ducit Ador, & Simon & caſtra eius ambulabant in omnem locum quocunque ibant. Qui autem in arce erant, miſerunt ad Tryphonem legatos, vt feſtinaret venire per deſertum, & mitteret illis alimonias. Et parauit Tryphon omnem equitatum, vt veniret illa nocte. erat autem nix multa valde, & non venit in Galaaditim. Et cum appropinquaſſet Baſcaman. occidit Ionatham & filios eius illic. Et conuertit Tryphon, & abiit in terram ſuam. Et miſit Simon, & accepit oſſa Ionathæ fratris ſui. & ſepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius. Et planxerunt eum omnis Iſrael planctu magno, & luxerunt eum dies multos. Et ædificauit Simon ſuper ſepulchrum patris ſui & fratrum ſuorum ædificium altum viſu, lapide polito retro & ante: & ſtatuit ſeptem pyramidas, vnam contra vnam patri &

Planxerũt eum. & Aduerte funus antiquum eſſe in Eccleſia.

A *matri, & quatuor fratribus: & hic circum poſuit: columnas magnas, & ſuper columnas arma, ad memoriam æternam: & iuxta arma naues ſculptas, quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare, hoc eſt ſepulchrum quod fecit in Modin vſque in hunc diem. Tryphon autem cum iter faceret cum Antiocho rege adoleſcente, dolo occidit eum, Et regnauit loco eius, & impoſuit ſibi diadema Aſiæ, & fecit plagam magnam in terra. Et ædificauit Simon præſidia Iudææ, muniens ea turribus excelſis, & muris magnis, & portis, & ſeris: & poſuit alimenta in munitionibus. Et elegit Simon viros, & miſit ad Demetrium regem vt faceret remiſſionem regioni: quia actus omnes Tryphonis per deceptionem fuerant geſti. Et Demetrius rex ad verba iſta reſpondit ei,*

Vide de hoc etiam Hieronymum in Epitaphio Paulæ.

B *& ſcripſit epiſtolam talem. Rex Demetrius Simoni ſummo ſacerdoti, & amico regum, & ſenioribus, & Genti Iudæorum ſalutem. Coronam auream. & bahem quam miſiſtis, ſuſcepimus: & parati ſumus facere vobiſcum pacem magnam, & ſcribere præpoſitis regis remittere vobis quæ induſimus. Quæcunque enim conſtituimus, vobis conſtant. Munitiones quas ædificaſtis, vobis ſint: remittimus quoque ignorantias, & peccata vſque in hodiernum diem, & coronam quam debebatis, & ſi quid aliud erat tributarium in Ieruſalem iam non ſit tributarium. Et ſi qui ex vobis apti ſunt conſcribi inter noſtros, conſcribantur, & ſit inter nos pax. Anno centeſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugum Gentium ab Iſrael. Et cœpit populus Iſrael ſcribere in tabulis*

C *& geſtis publicis, anno primo ſub Simone ſummo ſacerdote, magno duce & principe Iudæorum. In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & circumdedit eam caſtris: & fecit machinas, & applicuit ad ciuitatem, & percuſſit turrem vnam, & comprehendit eam. Et eruperant qui erant intra machinam, in ciuitatem: & factus eſt motus magnus in ciuitate. Et aſcenderunt qui erant in ciuitate cum vxoribus & filiis ſupra murum ſciſſis tunicis ſuis, & clamauerunt voce magna poſtulantes à Simone dextras ſibi dari, & dixerunt, Non nobis reddas ſecundum malitias noſtras, ſed ſecundum miſericordias tuas. Et flexus Simon non debellauit eos: eiecit tamen eos de ciuitate, & mundauit ædes in quibus fuerant ſimulachra, & tunc intrauit in eam in hymnis benedicens Dominum*

D *& eiecta ab ea omni immunditia, collocauit in ea viros qui legem facerent: & muniuit eam, & fecit ſibi habitationem. Qui autem erant in arce Ieruſalem, prohibebantur egredi & ingredi regionem, & emere, & vendere: & eſurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt, & clamauerunt ad Simonem vt dextras acciperet, & dedit illis: & eiecit eos inde, & mundauit arcem à contaminationibus, & intrauerunt in eam tertia & viceſima die ſecundi menſis, anno centeſimo ſeptuageſimo primo, cum laude & ramis palmarum, & cinnyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis & canticis, quia contritus eſt inimicus magnus ex Iſrael. Et conſtituit vt omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia. Et muniuit montem templi, qui erat ſecus arcem, & habitauit ibi ipſe, & qui cum eo erant. Et vidit Simon Ioannem filium ſuum*

E *quod vir eſſet: & poſuit eum ducem virtutum vniuerſarum, & habitauit in Gazaris.*

CAP. XIII.

ET audiuit Simon. Hęc eſt quarta pars totius huius proceſſus, quæ ſupra à principio ſecundi capit. fuit diuiſa, in qua agitur de ducatu Simonis. qui habuit ducatum ſub duobus regibus, ſcilicet ſub Demetrio prædicto, quia Antiochus filius Alexandri deceſſit, antequam ille plenum regnum haberet, &

A ſub Antiocho filio eius, vel ſecundum aliquos, fratres, & primo ponitur eius probitas ſub Demetrio, ſecundo ſub ipſo iam dicto Antiocho, cap. 15. Circa primum primo ſub Simone pax acquiritur, & ſecundo fœdus renouatur, cap. ſequenti. In prima parte quæ hoc capitulo continetur, primo Simon ad ducatum eligitur, & aſſumitur: ſecundo Tryphon repellitur & occiditur, ibi, *& mouit Tryphon.* Tertio à Demetrio pax Iudæis redditur, ibi, *& electus Simon.* Circa primum ponitur primo eligendi cauſa, & ſecundo eligendi forma, ibi, *& accenſus eſt ſpiritus.* Tertio electi induſtria, ibi, *& congregans.* Circa ſecundam partem principalem ponitur Tryphonis malitia in populi deceptione, & expugnatione. Et ſecundo ipſius nequitia in Ionathæ occiſione, ibi, *& cum appropinquaſſet.* Tertio Simonis clementia in ſepulturæ ædificatione, ibi, *& miſit Simon.*

B Circa primam iſtarum, primo ponit Tryphonem inuadentem, & ſecundo Simonem defendentem, ibi, *Simon autem applicuit.* Tertio Tryphonem mentientem, ibi, *& vt cognouit Tryphon.* Quarto Simonem præcipientem, & tamen metu populi mandato acquieſcentem, ibi, *& cognouit Simon.* Quinto Tryphonem eos qui in arce erant, ſubuertentem, ibi, *& poſt hæc venit Tryphon.* Circa tertiam partem corpus Ionathæ ſepelitur, & ſepulchrum curioſum inſtruitur, ibi, *& ædificauit,* & Antiochus adoleſcens à Tryphone occiditur, ibi, *Tryphon autem cum iter.* Circa tertiam partem principalem, *& elegit Simon viros,* ponitur pacis à rege Demetrio poſtulante adeptio, & ſecundo illius adeptæ executio, ibi, *In diebus illis Simon.* Vbi primo ponit fortaliciorum conſtructionem, & ſecundo hoſtium impugnationem, ibi, *eripuerunt qui erant.* Tertio arcis poſſeſſionem, & hoſtium expulſionem, ibi, *qui erant in arce.* Quarto ſolennitatis inſtitutionem, ibi, *& celebrauerunt diem.* Quinto filii ſui promotionem, ibi, *& vidit Simon.*

C Nunc ergo ad literam. *Pro legibus,* ideſt, legitimis obſeruandis in ſua libertate, *& Sanctis,* ideſt templo.

Textus expoſitio.

Anguſtias, ſcilicet mentis & corporis in fame & ſiti, *pro amore,* ſenſus eſt pro amore vitæ meæ corporalis: volo enim imitari fratres meos. *Natos,* occiſos, *mulieres,* violatas. *Et accenſus eſt,* ideſt, magno affectu voluntarius factus eſt ad conſentiendũ. *Iuda & Ionatha,*

D fratris ſui ſcilicet, qui erat eius amicus ſingularis, *exercitum nouum,* ideſt, alium ab illo, cuius ſupra cap. 12. fuit facta mentio, *poſuerat,* timebat enim ne primi, ideſt, exiſtentes traderent ciuitatem Tryphoni. *In Addus,* eſt nomen ciuitatis, quæ ſecundum Ioſephum eſt in monte ædificata, vnde poſſunt campi Iudææ videri, & ideo ſequitur. *Contra faciem campi,* vbi ſcilicet erat Tryphon. *In ratione regis,* ideſt, ſecundum computationem regis, pro tributo vectigalium, *vt non dimiſſus,* contrarie ſic, vt dimiſſus non fugiat à nobis, ideſt, non diſſentiens à nobis, mouens contra nos arma. *Iuſſit tamen dari.* Nunquid peccauit hic, ſibi conſcientia dictante, quod iſte mentiretur? reſpondetur, quod videtur excuſabilis, pri-

Ioſephus vbi ſupra.

Obiectio.

E mo quia certus de fraude non erat; & tamen rationabiliter maius malum formidabat, ſcilicet ne populus ab ipſo recederet, & per conſequens à lege, & ita tota reſpubl. deperiret. *Perijt,* ideſt, perire eum permiſit, vt dominaretur. *Ador,* ciuitas eſt Idumææ. *Quocunque ibant,* ſcilicet Tryphon & ſui. *Qui erant in arce.* Contra id dictum eſt in principio, quod Simon expulerat eos: Reſpondetur quod vel non loquitur de eadem arce ſed de alia; vel illud quod dictum eſt ſupra, dicitur per anticipationem, quia hoc fuit factum diu poſt, vt patet in fine cap. *Ædificium,* ideſt, mauſolæum de lapide albo & polito,

Obiectio.

A cuius porticus ſuſtentabatur columnis, & ſuper eas lapidem politum & album eleuatum, *& ſeptem pyramydas,* & ſeptem ſigna ad modum pyramidis ædificata ab Apollonio in acutum tendentia, ſcilicet duo pro patre & matre; & quatuor pro Iuda, Ioanne, Eleazaro, & Ionatha, & pro ſe, *Retro & ante,* ideſt, intus & extra, quia vtraque ſuperficies apparebat, *Pyramidas,* Pyramis dicitur à pyr quod eſt ignis, quia ignis eſt talis figuræ, à lato in acutum, vt patet de ignis flamma. *Arma,* vel ſcuta, vel aliquid huiuſmodi. *Naues ſculptas,* in ſignum victoriæ habitæ, ſecundum Ioſephum: & tunc Tryphon miſit amicos ſuos ad milites vt eum regnare eligerent, plurima dona promittens eis, & oſtendebatur illis Demetrium eſſe captum à Perſis & occiſum: Antiochum

Pyramis vnde dicatur.

Ioſephus lib. 13. anti. cap. 12.

B vero fratrem Demetrij eis mala facturum, ſi regnaret. Vnde tantum fecit, quod ordinatus fuit, vt regnaret. Qui accipiens regnandi authoritatem, dimiſſa ſimulatione, verus Tryphon apparuit, qualis erat antea extraneos diligendo; amicos, & propinquos odiendo & negligendo: vnde & exercitus ab eo receſſit, vt dicitur inferius in loco ſuo, *per direptionem,* ideſt, violentiã & iniuſtitiam, *& baheu quam miſiſtis,* ornamentum eſt colli, ex annulis aureis contextum. *Regis,* loquitur de ſe in tertia perſona. *Indulſimus:* tempore Ionathæ, ſup. ca. 11. *vobis conſtant,* vel in ſcriptis, vel in animo noſtro, tanquam adimplenda à nobis, *remittimus quoque vobis ignorantias,* ideſt, peccata quæ ex ignorantia feciſtis in nos, fauentes

C Alexandro contra nos, vt patet ſupra cap. 11. *& coronam quam debetis,* quia forte quolibet anno debebãt ſibi mittere coronam auream in recognitionem dominij, *apti ſunt conſcribi,* ideſt, promoueri ſuper negotia regni. *Ablatum eſt iugum gentium,* magis plenarie, quam ante, quia tenuerunt arcem & alia præſidia *ſcribere in tabulis,* &c. ſenſus eſt propter proſperitatem illius anni, in conſcriptionem negotiorum ſuorum computabant ab anno primo Simonis Pontificis Iudæorum, ſicut nos ab incarnatione Chriſti, vt ſupra anno tali, vel tali à primo anno Simonis factum eſt hoc vel illud. *In ciuitatem,* quæ machinæ erant contra ciuitatem. *Prohibebantur egredi,* per cuſtodias ſcilicet Simonis, & per murum factum inter

D eos & ciuitatem, vt ſupra cap. 12. *centeſimo ſeptuageſimo primo,* hic fuit primus annus Simonis, & ita patet quod Ionathas tenuit principatum viginti annis, aut circiter, vt patet ſupra cap. 9. Iudas enim fuit mortuus anno centeſimo quinquageſimo ſecundo, cap. 9. & incepit anno centeſimo quadrageſimo ſeptimo, ſupra cap. 8. & Ionathas fuit dux populi poſt Iudam vſque ad annum centeſimum ſeptuageſimum. *Menſi ſecundi,* menſis ſecundus, eſt Maius, ſimpliciter loquendo, quia Aprilis erat primus apud Iudæos, & Martius non dicitur primus apud eos ſimpliciter, ſed ratione lunationis Aprilis, quæ in eo incipit, *Cynaris,* inſtrumentum Muſicum eſt, à cieo cies, vt dictum eſt quod eſt moueo moues; quia per motum in aere facit ſonum, *Nablis,* eſt

Aliqui dicunt quod tantum 18. annis, vt refert Genebrardus.

Aprilis erat primus menſis apud Iudæos.

E aliud inſtrumentum, & eſt idem quod pſalterium. Differunt tamen quia pſalterium pſaltro percutitur, & habet tantum decem chordas: Nablis vero digitis, & habet 12. chordas vt dicit gloſſa. 3. Regum cap. 22. *inimicus,* ideſt, arx quæ multas moleſtias eis fecerat vſque modo, *montem templi,* ideſt, montem in quo erat templum, *muniuit,* ſcilicet muros. Ioſephus tamen dicit quod per tres annos ipſum montem deſtruxerunt, & terræ coæquarunt, vt eis alias non nocaret, & vt templum magnum appareret, *habitauit,* Ioannes ſcilicet, non Simon, *in Gazaris,* verior litera ſic habet, & non Gætaris.

CAP. XVI.

Demetrius ſillus anneur ad Arſacem Regem Perſarum.

ANno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo congregauit rex Demetrius exercitum ſuum, & abiit in Mediam ad contrahenda ſibi auxilia, vt expugnaret Tryphonem. Et audiuit Arſaces rex Perſidis & Mediæ, quia intrauit Demetrius confines ſuos, & miſit vnum de principibus ſuis, vt comprehenderet eum viuum. Et abiit, & percuſſit caſtra Demetrij, & comprehendit eum, & duxit eum ad Arſacem, & poſuit eum in cuſtodiam. Et ſiluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis, & quæſiuit bona genti ſuæ: & placuit illis poteſtas eius, & gloria eius omnibus diebus. Et cum omni gloria ſua accepit Ioppen in portum, & fecit introitum in inſulis maris. Et dilatauit fines genti ſuæ, & obtinuit. Et congregauit captiuitatem multam, & dominatus eſt Gazaræ, & Bethſuræ, & arci: & abſtulit immunditias ex ea, & non erat qui reſiſteret ei. Et vnuſquiſque colebat terram ſuam cum pace, & terra Iuda dabat fructus ſuos, & ligna camporum fructum ſuum. Seniores in plateis ſedebant omnes, & de bonis terræ tractabant, & iuuenes induebant ſe gloriam, & ſtolas belli. Et ciuitatibus tribuebat alimonias, & conſtituebat eas vt eſſent vaſa munitionis quoadúſque nominatum eſt nomen gloriæ eius vſque ad extremum terræ. Fecit pacem ſuper terram, & lætatus eſt Iſrael lætitia magna. Et ſedit vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficulnea ſua: & non erat qui eos terreret. Defecit impugnans eos ſuper terram, reges contriti ſunt in diebus illis. Et confirmauit omnes humiles populi ſui, & legem exquiſiuit, & abſtulit omnem iniquum & malum: ſancta glorificauit, & multiplicauit vaſa ſanctorum. Et auditum eſt Romæ quia defunctus eſſet Ionathas, & vſque in Spartiatas: & contriſtati ſunt valde. Vt audierunt autem quod Simon frater eius factus eſſet Summus Sacerdos loco eius: & ipſe obtineret omnem regionem, & ciuitates in ea: ſcripſerunt ad eum in tabulis æreis, vt renouarent amicitias & ſocietatem quam fecerant cum Iuda & cum Ionatha fratribus eius. Et lectæ ſunt in conſpectu Eccleſiæ in Ieruſalem. Et hoc exemplum epiſtolarum quas Spartiatæ miſerunt. SPARTIANORVM principes & ciuitates Simoni ſacerdoti magno, & ſenioribus, & reliquo populo Iudæorum fratribus ſalutē. Legati qui miſſi ſunt ad populum noſtrū, nuntiauerunt nobis de veſtra gloria, & honore & lætitia: & gauiſi ſumus in introitu eorum: Et ſcripſimus quæ ab eis erant dicta in conciliis populi, ſic. Numenius Antiochi, & Antipater Iaſonis filius legati Iudæorum, venerunt ad nos, renouantes nobiſcum amicitiam priſtinam. Et placuit populo excipere viros glorioſè, & ponere exemplum ſermonum eorum in ſegregatis populi libris, vt ſit ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplū autem miſit Simoni magno ſacerdoti. Poſt hæc autem miſit Simon Numenium Romam, habentem clypeum aureum magnum, pondo mnarum mille ad ſtatuendam cum eis ſocietatem. Cum autem audiſſet populus Romanus ſermones iſtos, dixerunt, Quam gratiarum actionem reddemus Simoni & filiis eius? Reſtituit enim ipſe fratres ſuos, & expugnauit inimicos Iſrael ab eis, & ſtatuerunt ei libertatem, & deſcripſerunt in tabulis æreis, & poſuerunt in titulis in monte Sion. Et hoc eſt exemplum ſcripturæ OCTAVA decima die menſis Elul anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, anno tertio ſub Simone ſacerdote magno in Aſaramel, in conuentu magno ſacerdotum, & populi & principum gentis, & ſeniorum regionis, nota facta ſunt hæc. Quoniam frequenter facta ſunt prælia in regione noſtra: Simon autem Mathathiæ filius ex filiis Iarib. & fratres eius dederunt ſe periculo, & reſtiterunt

Iopte vel Ioppe vel Iapha: oppidum erat in tribu Manaſſe: antiquiſſimum in iſto orbe. à Iaphete Noe filio dicitur fuiſſe primo ædificatum, eſt prope mare in loco famoſo & amœnoque: vnde portus eſt Græcis Vrbs Ieroſolymitana.

A *aduerſariis gentis ſuæ vt ſtarent ſancta ipſorum & lex & gloria magna glorificauerunt gentem ſuam. Et congregauit Ionathas gentem ſuam, & factus eſt illis Sacerdos magnus, & appoſitus eſt ad populum ſuum. Et voluerunt inimici eorum calcare, & atterere regionem ipſorum, & extendere manus in ſancta eorum. Tunc reſtitit Simon, & pugnauit pro gente ſua, & erogauit pecunias multas, & armauit viros virtutis gentis ſuæ, & dedit illis ſtipendia: & muniuit ciuitates Iudææ, & Bethſuram quæ erat Iudææ, vbi erant arma hoſtium antea: & poſuit illic præſidium viros Iudæos: & Ioppen muniuit quæ erat ad mare: & Gazaram quæ eſt in finibus Azoti in qua hoſtes antea habitabant, & collocauit illic Iudæos: & quæcumque apta erant ad correptionem eorum,* B *poſuit in eis. Et vidit populus actum Simonis, & gloriam quam cogitabat facere genti ſuæ, & poſuerunt eum ducem ſuum, & principem ſacerdotum, eo quod ipſe fecerat hæc omnia, & iuſtitiam & fidem quam conſeruauit genti ſuæ, & exquiſiuit omni modo exaltare populum. Et in diebus eius proſperatum eſt in manibus eius, vt tollerentur gentes de regione ipſorum, & qui in ciuitate Dauid erant in Ieruſalem in arce, de qua procedebant & contaminabant omnia quæ in circuitu ſanctorum ſunt, & inferebant plagam magnam caſtitati: & collocauit in ea viros Iudæos ad tutamentum regionis, & ciuitatis, & exaltauit muros in Ieruſalem. Et rex Demetrius ſtatuit illi ſummum ſacerdotium. Secundum hæc fecit eum amicum ſuum, & glorificauit eum gloria magna. Au-*C*diuit enim quod appellati ſunt Iudæi à Romanis amici, & ſocij, & fratres, & quia ſuſceperunt legatos Simonis glorioſè: & quia Iudæi & ſacerdotes eorum conſenſerunt eum eſſe ducem ſuum, & ſummum ſacerdotem in æternum, donec ſurgat propheta fidelis: & vt ſit ſuper eos dux, & vt cura eſſet illi pro ſanctis, & vt conſtitueret præpoſitos ſuper opera eorum, & ſuper regionem, & ſuper arma & ſuper præſidia: & cura ſit illi de ſanctis: & vt audiatur ab omnibus, & ſcribantur in nomine eius omnes conſcriptiones in regione: & vt operiatur purpura & auro: & ne liceat vlli ex populo & ex ſacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione ſine ipſo: & veſtiri purpura, & vti fibula au-*D*rea, qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum, reus erit. Et complacuit omni populo ſtatuere Simonem, & facere ſecundum verba iſta. Et ſuſcepit Simon, & placuit ei vt ſummo ſacerdotio fungeretur, & eſſet dux & princeps gentis Iudæorum & ſacerdotum, & præeſſet omnibus. Et ſcripturam iſtam dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo ſanctorum, in loco celebri: exemplum autem eorum ponere in ærario, vt habeat Simon & filij eius.*

Gazarem vel Gazeram, vel Gaza Vrbs fuit celebris apud Paleſtinos.

CAP. XIV.

E *ANno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo congregauit.* Hæc eſt ſecunda pars, de pacto Simonis. Et primo ponitur à Simone pacis acquiſitio: & ſecundo promiſſa fœderis renouatio in iſto cap. & deſcribuntur tria per ordinem. Primo ſub regimine Simonis ponitur populi ſublimatio, in principio. Secundo per Demetrium ſacerdotij libera collocatio, ibi, *vt auditum eſt Romæ.* Tertio ſacerdotij collocati per populum confirmatio, ibi, *& hoc eſt exemplum epiſtolarum.* Circa primum ponitur captiuatio Demetrij: ſecundo ex hoc, ſub Simone ſede vacante populi ſublimatio, ibi, *& ſiluit terra.* Circa primum iſtorum, ponitur eius inuaſio, ligatio, & captiuatio. Circa ſecundum oſtenditur Simonem primo habuiſſe

ad

A ad ſubditos æquitatum, ſecundo ad patriam fortiſicandam ſtudioſam ſedulitatem. Tertio ab hoſtibus pro ſe & populo ſecuritatem. Quarto ad cultum diuinum pietatem. Circa ſecundam partem principalem; *vt audierunt*, &c. contraxerunt Spartiatæ cum Simone renouationem amicitiæ; ſecundo miſerunt de hoc literas in tabulis æreis, applaudẽtes ſuæ proſperitati & gloriæ. Circa primam partem. *Poſt hoc autem*, ponitur primo Romanorum deliberatio, & ſecundo epiſtolarum deſtinatio, ibi, *& ſtatuerunt*, &c. & in epiſtolis miſſis ad Iudæos recoluerunt Iudæorum ſpecialiter Machabæorum probitatem; & populo acquiſitam proſperitatem, deinde obtentam à Simone authoritatem, & populi ſub ipſo libertatem, vt patet, & totũ non eſt niſi recapitulatio præ-
B cedentium. Dicit ergo, *Anno centeſimo*, &c. Incepit ille regnare anno centeſimo ſexageſimo quinto, vt ſup. cap. 10. habetur. Ac per hoc regnauit 7. aut octo annis ad plus, computando annum ſexageſimum quintum & ſeptuageſimum ſecundum. Quod verum eſt de regno eius prima vice, quia bis regnauit. Nam frater eius vel filius Antiochus inuaſit ſemper eos qui eum detinebant. & liberauit eum, & regnauit poſt ipſum Tryphonem pluribus annis. Ioſephus tamen dicit, quod iſtud quod hic legitur, fuit factum antequam Tryphon occideret Antiochum, de quo ſupra ca. 12. & 13. *Cum omni gloria*, ideſt, cum tota ſua potentia, vel cum omnibus aliis factis ſuis glorioſis. Et deſignatur ſecuritas in eo quod dicitur, *colebant*, facilitas vero in eo quod dicitur, *Dabat fru-*
C *ctus*, longæuitas autem in eo quod dicitur. *ſeniores & ſtolas belli*, ideſt, loricas non ad bellandum cõtra hoſtes, ſed ad exercitium & ludum, ſicut faciunt qui vacant otio, *vaſa munita*, ideſt, inſtrumenta defendendi ſe, *quoadusque*, ideſt, in tantum quod, &c. *lætitia magna*, iſta eſt proſperitas de qua exponunt Iudæi plures, & fere omnes paſſus qui ſunt in Iſaia, de quibus credimus prophetare nobis de proſperitate ſpirituali Chriſtianorum, vel beatorum, vt illud, conflabunt gladios ſuos in vomeres, & alia huiuſmodi. *Cum Iuda & Ionatha*, vide ſupra cap. 8. & 12. *qui miſſi ſunt*, ſcilicet ſupra à Iuda & Ionatha, vel melius modo à Simone, *ſegregatis*, ideſt, ſecurius & ma-
D gis ſolicite cuſtoditis. *Numenium*, vel Neumenium, *habentem clypeum*, non quo vtebatur, ſed quem portabat Romanis pro encænio, *pondo*, eſt vox indeclinabilis & neutri generis, & dicitur à pendeo, pendes, & accipitur pro pondere, quod eſt quodlibet onus: tamen abuſiue accipitur ſpecialiter pro libra, vnde dipondium dicitur duæ libræ. *Mna* eſt pondus habens ſexaginta ſiclos facientes obolos mille ducentos, ac per hoc iſtud ſcutum habebat ſexaginta mille ſiclos, & obolorum ducenta millia, *quam gratiarum actionem*, non ſolum pro xenio, ſed pro eo quod exaltauit fratres ſuos amicos Romanorum ſi-
E bi confœderatos, *ſtatuunt*, ideſt, confirmant, prius enim ſtatutum illud ſcripſere Romani, ſcilicet illam confœderationem, *& poſuerunt*. Iudæi ſcilicet, *Ebul*. Ait gloſſa, ideſt, Septembris, *anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo*, regni Græcorum *ſub Simone*, ideſt, ſub ducatu Simonis, & ita patet quod negotia ſua ſubſcribebant ab annis Simonis in honorem ſui ducatus, ſicuti ſupra ab annis Ionathæ, *inſerebant plagam magnam caſtitati*, ideſt, cultui diuino, quo reducitur homo ab idololatria, *Demetrius*, ſupra ca. 13 *ſummum ſacerdotem in æternum*, ideſt, pro poſteritate ſua, *donec ſurgat propheta fidelis*, ideſt donec habeant reuelationem certam de aliquo alio promouendo, vel *propheta*, ideſt Meſſias, *ſcribantur in nomine*, ideſt, ſecundum annos ſuos, dicendo, Anno tali à ducatu Si-

Textus expoſitio.

A monis factum eſt hoc, vel hoc, *Dux*, ſcilicet in bellis, *princeps*, in officio ſacerdotali, *peribolo*, ideſt, in armario quod erat in muro templi: peribolus enim eſt circuitus muri.

CAP. XV.

Antiochus init fœdus cum Simone. & perſequitur Tryphonem.

ET miſit rex Antiochus filius Demetrij epiſtolas ab inſulis maris Simoni ſacerdoti, & principi gentis Iudæorum, & vniuerſæ genti: & erant continentes hunc modum. REX Antiochus Simoni ſacerdoti magno, & genti Iudæorum ſalutem. Quoniam quidam pe-
B *ſtilentes obtinuerunt regnum patrum noſtrorum, volo autem vendicare regnum, & reſtituere illud ſicut erat antea: & electam feci multitudinem exercitus, & feci naues bellicas. Volo autem procedere per regionem vt vlciſcar in eos qui corruperunt regionem noſtram, & qui deſolauerunt ciuitates multas in regno meo. Nunc ergo ſtatuo tibi omnes oblationes quas remiſerunt tibi ante me omnes reges, & quæcumque alia dona remiſerunt tibi: & permitto tibi facere percuſſuram proprij numiſmatis in regione tua: Ieruſalem autem ſanctam eſſe & liberam, & omnia arma quæ fabricata ſunt, & præſidia quæ conſtruxiſti, quæ tenes, maneant tibi. Et omne debitum regis, & quæ futura ſunt regis, ex hoc & in totum tempus remittuntur tibi. Cum autem obtinuerimus regnum noſtrum, glorificabimus te, & gentem tuam, & tem-*
C *plum gloria magna, ita vt manifeſtetur gloria veſtra in vniuerſa terra. Anno centeſimo ſeptuageſimo quarto exiit Antiochus in terram patrum ſuorum, & conuenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti eſſent cum Tryphone. Et inſecutus eſt eum Antiochus Rex, & venit Doram fugiens per maritimam, ſciebat enim quod congregata ſunt mala in eum, & reliquit eum exercitus. Et applicuit Antiochus ſuper Doram cum centum viginti millibus virorum belligeratorum, & octo millibus equitum: & circuiuit ciuitatem, & naues à mari acceſſerunt: & vexabant ciuitatem à terra & mari, & neminem ſinebant ingredi vel egredi. Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerant, ab vrbe Roma, habentes*
D *epiſtolas regibus & regionibus ſcriptas, in quibus continebantur hæc: LVCIVS Conſul Romanorum, Ptolomæo regi ſalutem. Legati Iudæorum venerunt ad nos amici noſtri, renouantes priſtinam amicitiam & ſocietatem, miſſi à Simone principe ſacerdotum, & populo Iudæorum. Attulerunt autem & clypeum aureum mnarum mille. Placuit itaque nobis ſcribere regibus & regionibus, vt non inferant illis mala, neque impugnent eos, & ciuitates eorum, & regiones eorum: & vt non ferant auxilium pugnantibus aduerſus eos. Viſum autem eſt nobis accipere ab eis clypeum. Si qui ergo peſtilentes fugerint de regione ipſorum ad vos, tradite eos Simoni principi ſa-*
E *cerdotum, vt vindicet in eos ſecundum legem ſuam. Hæc eadem ſcripta ſunt Demetrio Regi, & Attalo, & Arabæ, & Arſaci, & in omnes regiones, & Sampſamæ & Spartiatis & Delo & Myndo, & Sicyoni, & Cariæ, & Samum & Pamphyliam & Lyciam, & Alicarnaſſum & Rhodum & Phaſelida & Coo & Sidem & Arado & Cortynam & Cnidum & Cyprum & Cyrenem. Exemplum autem eorum ſcripſerunt Simoni principi ſacerdotum. Antiochus autem rex applicuit caſtra in Doram ſecundo, admouens ei ſemper manus & machinas faciens: & concluſit Tryphonem, ne procederet: & miſit ad eum Simon duo millia virorum electorum in auxilium, & argentum & aurum & vaſa copioſa: & noluit ea accipere, ſed rupit omnia quæ pactus eſt cum eo antea, & alienauit ſe ab eo. Et miſit ad eum Athenobium*

vnum de amicis ſuis, vt tractaret cum ipſo, dicens. Vos A *tenetis Ioppen, & Gazaram, & arcem quæ eſt in Ieruſalem ciuitates regni mei: fines earum deſolaſtis, & feciſtis plagam magnam in terra, & dominati eſtis per loca multa in regno meo. Nunc ergo tradite ciuitates quas occupaſtis, & tributa locorum in quibus dominati eſtis extra fines Iudææ: ſin autem, date pro illis quingenta talenta argenti, & exterminij, quod exterminaſtis, & tributorum ciuitatem alia talenta quingenta; ſin autem, veniemus & expugnabimus vos. Et venit Athenobius amicus Regis in Ieruſalem, & vidit gloriam Simonis, & claritatem in auro & argento, & apparatum copioſum, & obſtupuit: & retulit ei verba Regis. Et reſpondit ei Simon, & dixit ei Neque alienam terram ſumpſimus, neque alienam detinemus: ſed* B *hæreditatem patrum noſtrorum, quæ iniuſte ab inimicis noſtris aliquo tempore poſſeſſa eſt. Nos vero tempus habentes, vendicamus hæreditatem patrum noſtrorum. Nam de Ioppe & Gazara quæ expoſtulas, ipſi faciebant in populo plagam magnam, & in regione noſtra: Horum damus talenta centum. Et non reſpondit ei Athenobius verbum. Reuerſus autem cum ira ad regem, renuntiauit ei verba iſta, & gloriam Simonis, & vniuerſa quæ vidit: & iratus eſt rex ira magna. Tryphon autem fugit naui in Orthoſiada. Et conſtituit rex Cendebæum ducem maritimum, & exercitum peditum & equitum dedit illi. Et mandauit illi mouere caſtra contra faciem Iudææ: & mandauit ei ædificare Cedronem, & obſtruere portas ciuitatis, & debellare populum.* C *Rex autem perſequebatur Tryphonem. Et peruenit Cendebæus Iamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Iudæam, & captiuare populum, & interficere, & ædificare Cedronem. Et collocauit illic equites, & exercitum: vt egreſſi perambularent viam Iudææ, ſicut conſtituit ei rex.*

Hic Antiochus dicebatur Soter vel Pius. Cedron, ſeu Geder vetus erat magnus: qui decem mi. paſſibus diſtabat, in via Vrbis Dioſpole ad Eleutheropolim.

CAP. XV.

Et miſit *Antiochus filius* Demetrij, &c. Hæc eſt ſecunda pars illius, & audiuit Simon, vbi poſtquam egit de facto Simonis ſub Demetrio, hic D agitur de factis eius ſub Antiocho fratre prædicti Demetrij, ſecundum aliquos, & ſecundum alios, filio. Vbi ponitur primo eius cum Simone confœderatio; ſecundo ipſius regis alienatio poſt calumniam, ibi, *Antiochus autem*. Tertio ipſius expugnatio, *& venit Athenobius amicus*. Circa primum ponitur primo Antiochi intentio, & ſecundo Simonis ſalutatio & poſt ſibi conceſſorum confirmatio, ibi, *Nunc ergo ſtatus*, & tertio ipſius Antiochi in regem ſuſceptio, & Tryphonis perſecutio, ibi. *Anno centeſimo*, &c. Quarto ipſius Antiochi à Romanis pro Iudæis honorandis informatio, *Antiochus autem*. Hæc eſt ſecunda pars principalis, in qua ponitur primo Tryphonis ab Antiocho expugnatio, & ſecundo ipſius E Simonis curialis viſitatio, ibi. *& miſit ei Simon*; tertio ipſius Antiochi denegatio, ibi. *& noluit*, quarto ipſius à Simone iniurioſa petitio, ibi, *& miſit ad eum Athenobium. Et venit Athenobius*, Hæc eſt 3. pars in qua ponitur oppugnatio Simonis, & primo ſub Antiocho 2. à Ptolomæo quodam principe, ibi. *& Ptolomæus filius Abobi*. Circa primum ponitur Simonis ad interrogata reſponſio, & ſecundo reſponſionis eius ad regem Antiochum reportatio, ibi. *Reuerſus eſt autem cum ira*, tertio exercitus congregatio, ibi. *& conſtituit rex Cendebæum*. Sed iam ad literam. *Antiochus filius Demetrij*, ſecundum Ioſephum iſte fuit frater Demetrij iunioris, qui captus fuit à Perſis in cuſtodia poſi-

Ioſephus vbi ſupra.

A tus, vt habetur ſupra cap. 14. & ideo voluit iſte loco eius regnare: & ſecundum gloſſam, hic accepit Cleopatram vxorem fratris ſui Demetrij, qui etiam fuerat vxor Alexandri, filiam Ptolumæi Regis Ægypti ſupra 10. & iterum fuit ſublimatus, eo quod plures ciuitates ſe ei reddiderunt, & tantas opes habuit, quod etiam caſtra, domus ſuæ etiam vaſa coquinæ de argento erant. Poſtquam vero Babyloniam cepit, exercitum contra Spartiatas mouit qui fratrem ſuum detinebant, & neceſſitate compulſi Spartiatæ Demetrium reddiderunt, tamen poſtea, eo quod exercitum ſuum dimiſerat occiderunt, Iſte vero 14 annis regnauit, poſt quem frater eius iterum Demetrius, ſupra 4. *facere percuſſuram proprij numiſmatis*, nu- B miſma proprie dicitur imago *numiſmatis*, ideſt, authoritatem faciendi nouum modum numi, *venit autem*, recapitulatio eſt eius quod dictum fuit ſupra cap. 14. excepto quod additur hic de literis, quas attulit Numenius ad reges & regiones. *Regi Demetrio*, argumentum eſt, quod quando hæc ſcripſerunt Romani, non erat captus Demetrius, vel, *hæc ſcripſerant prius*. Demetrio quando regnabat. *Antiochus*, reuertitur ad hiſtoriam de Antiocho, ex quo patet quod ab illa parte, *Venit autem Numenius*, totum eſt incidens & recapitulatio, ſicut dictum eſt, vel forte in tempore fuit factum, quo ad iſtos qui hic nominantur, quod prius factum fuerat cum diminutione. *Secundo*, ideſt, ſecundum inſultum, quia forte iterum C ab obſidione receſſerat, *& ſemper manus*, ideſt, manualem impugnationem, *vos tenetis Ioppen & Gazaram*. Has nominat tanquam fortiores. *Fines*, quia ad illam terram ſuperadditæ, *Date talenta argenti & exterminij*, ideſt, date pecuniam ratione damni quod intuliſtis. *Cedronem*, ideſt, caſtrum quod ſitum eſt in torrente Cedron, qui eſt iuxta Hieruſalem ad impediendum viam in Hieruſalem. Et torrens Cedron intermedium inter ipſos & hoſtes.

Gloſſa.

CAP. XVI.

D Et *aſcendit Ioannes de Gazaris, & nuntiauit Simoni patri ſuo quæ fecit Cendebæus in populo ipſorum. Et vocauit Simon duos filios ſuos ſeniores, Iudam & Ioannem, & ait illis, Ego & fratres mei, & domus patris mei expugnauimus hoſtes Iſrael ab adoleſcentia vſque in hunc diem: & proſperatum eſt in manibus noſtris liberare Iſrael aliquoties. Nunc autem ſenui ſed eſtote loco meo, & fratres mei, & egreſſi pugnate pro gente noſtra, auxilium vero de cœlo vobiſcum ſit. Et elegit de regione viginti millia virorū bellatorum, & equites; & profecti ſunt ad Cendebæum: & dormierunt in Modin. Et ſurrexerunt mane, & abierunt in campum: & ecce exercitus copioſus in obuiam illis peditum & equitum, & fluuius torrens erat inter medium ipſo-* E *rum. Et admouit caſtra contra faciem eorum ipſe & populus eius, & vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem, & transfretauit primus: & viderunt eum viri, & tranſierunt poſt eum. Et diuiſit populum, & equites in medio peditum. Erat autem equitatus aduerſariorum copioſus nimis. Et exclamauerunt ſacris tubis, & in fugam conuerſus eſt Cendebæus & caſtra eius: & ceciderunt ex eis multi vulnerati; reſidui autem in munitionem fugerunt. Tunc vulneratus eſt Iudas frater Ioannis: Ioannes autem inſecutus eſt eos, donec venit Cedronem quam ædificauit, & fugerunt vſque ad turres quæ erant in agris Azoti, & ſuccendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo millia virorum, & reuerſus eſt in Iudæam in pace, & Ptolomæus filius Abobi conſtitutus*

Cendebæus dux exercitus Antiochi profligatur à filiis Simonis Machabæi.

erat

erat dux in campo Iericho, & habebat argentum & A
aurum multum: erat enim gener ſummi ſacerdotis. Et
exaltatum eſt cor eius, & volebat obtinere regionem, &
cogitabat dolum aduerſus Simonem & filios eius vt tol-
leret eos, Simon autem perambulans ciuitates quæ erant
in regione Iudeæ, & ſolicitudinem gerens earum, deſ-
cendit in Iericho ipſe & Mathathias filius eius, & Iudas
anno centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, menſe vndecimo,
hic eſt menſis ſabbat. Et ſuſcepit eos filius Abobi in
munitiunculam, quæ vocatur Doch,, cum dolo, quam
ædificauit, & fecit eis conuiuium magnum, & abſcon-
dit illic viros. Et cum inebriatus eſſet Simon & filij eius
ſurrexit Ptolomæus cum ſuis, & ſumpſerunt arma ſua,
& intrauerunt in conuiuium, & occiderunt eum, &
duos filios eius, & quoſdam pueros eius: & fecit dece- B
ptionem magnam in Iſrael, & reddidit mala pro bonis.
Et ſcripſit hæc Ptolomæus, & miſit regi vt mitteret ei
exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, & ci-
uitates eorum, & tributa. Et miſit alios in Gazaram
tollere Ioannem: & tribunis miſit epiſtolas, vt venirent
ad ſe, & daret eis argentum, & aurum, & dona. Et
alios miſit occupare Ieruſalem, & montem templi. Et
præcurrens quidam, nunciauit Ioanni in Gazara, quia
periit pater eius, & fratres eius, & quia miſit te quoque
interfici, Vt audiuit autem, vehementer expauit: &
comprehendit viros qui venerant perdere eum, & occidit
eos: cognouit enim quia quærebant eum perdere. Et cæ-
tera ſermonum Ioannis, & bellorum eius, & bonarum C
virtutum quibus fortiter geſſit, & ædificij murorum,
quos extruxit, & rerum geſtarum eius, ecce hæc ſcripta
ſunt in libro dierum ſacerdotij eius, ex quo factus eſt prin-
ceps ſacerdotum poſt patrem ſuum.

CAP. XVI.

E*T aſcendit Ioannes de Gazaris.* Hæc eſt ſecunda pars illius. *Antiochus autem*, vbi poſtquam ponitur, quod Antiochus noluit acceptare arma & ar-
gentum, quæ illi Simon miſerat ad expugnandum Doram vbi erat Tryphon, Rex ipſe miſit exercitum contra Iudæos, ibi. *& conſtituit Rex Cendebæum* Hic vero ponitur primo Simonis exhortatio, ibi. *Et vocauit Simon duos filios ſuos,* ſecundo ponitur filij Simonis, qui Ioannes dicebatur, ſubſtitutio, ibi, *& aſcendit Ioannes,* & circa hoc primo ponitur quomodo exercitum animauit, & informauit; Secundo quomodo exercitum ordinauit, ibi. *& admouit caſtra*; Tertio quomodo exercitus aduerſarium debellauit, ibi, *& exclamauerunt & Ptolomæus.* Hic primo ponitur, quomodo Ptolomæus contra Simonem conſpirauit: Secundo quomodo quidem deceptorie Simonem & filios hoſpitauit, ibi. *& ſuſcepit eos filius Abobi,* tertio quomodo ibidem Ptolomæus eos proditorie trucidauit, ibi, *& cum inebriatus eſſet,* Quarto quomodo ſuper hoc regem contra Iudæos informauit, ibi. *& miſit aliquos* Quinto quomodo Ioannes filius Simonis euaſit, ibi *vt autem audiuit.* *Amouit caſtra contra faciem eorũ,* ſcilicet Cendebæus, vel melius Ioannes filius Simonis. *Primus* Ioannes ſcilicet in medio, itaque pedites erant ante & retro, & equites in medio, *ſacris*, quia vſus eorum ſtatutus erat à lege: *nubis*, ſecundum præceptum legis Numer cap. 10. *munitionem fugerunt*, id eſt, in Cedronem, *ædificauit*, ſcilicet Cendebæus conſtitutus à Simone, *ſacerdotis*, ſcilicet ipſius Simonis cuius habebat filiam. *exaltatum cor eius*, præſumptione & ambitione dominandi. *menſis Sabbat*, id eſt, Februarios apud nos. *duos filios* ſcilicet Iudam & Mathathiam, & remanſit Ioannes. *Et quoſdam pueros* ſcilicet ſuos. Ioſephus dicit, quod vxorem Simonis matrem vxoris ſuæ vinculauit cum duobus filijs forte paruulis, quos occidere noluit, *in libro dierum*, quem non habemus. Notandum tamen eſt, quod iſte fuit Ioannes Hircanus cuius facta continuat Magiſter in hiſtoriis vſque ad decimum cap. & dicitur Hircanus propter bellum contra Hircanos. De factis vero iſtius & probitatibus, multa poſſunt videri in gloſſa ſuper locum iſtum & in hiſtoriis.

INCIPIT

SECVNDVS LIBER
MACHABÆORVM.

CAPVT PRIMVM.

Epiſtola Iudæorum habitantium Ieruſalem qua hortantur Iudæos Ægypti vt gratias Deo agant ſuper morte Antiocho.

Regnante Demetrio, ſiue ſcilicet Demetrij Seleuci qui cognomẽ natus fuit Soter anno 188 ab Aſſuero iuxta computationẽ Heb. & 155 iuxta Græcã; à Seleuco ſcilicet quo tempore Ariſtobulus erat præceptor Ptol. mai Ptolemæoris regis Ægypto.

Ducem, & c. Intellige miſſum ab Antiocho Epiph. vel ipſummet: qui poſtea eundem, ſui milites

in templo in fruſta conciſi ſunt.

A FRatribus qui ſunt per Ægyptum Iudæis, ſalutem dicunt fratres qui ſunt in Ieroſolymis, Iudæi, & qui in regione Iudææ, & pacem bonam. Benefaciat vobis Deus, & meminerit teſtamenti ſui quod locutus eſt ad Abraham, & Iſaac & Iacob ſeruorum ſuorum fidelium: & det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno & animo volenti. Adaperiat cor veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis: & faciat pacem. Exaudiat orationes veſtras, & reconcilietur vobis, nec vos deſerat in tempore malo. Et nunc hic ſumus orantes pro vobis. Regnante Demetrio, anno centeſimo ſexageſimo nono, nos Iudæi ſcripſimus vobis in tribulatione & impetu qui ſuperuenit nobis in iſtis annis, ex quo receſſit Iaſon à ſancta terra & à regno. Portam ſuccenderunt, B & effuderunt ſanguinem innocentem: & orauimus ad Dominum, & exauditi ſumus, & obtulimus ſacrificium & ſimilaginem, & accendimus lucernas, & propoſuimus panes. Et nunc frequentate dies ſcenopegia menſis Caſleu. Anno centeſimo octogeſimo octauo. Populus qui eſt Ieroſolymis, & in Iudæa, ſenatuſque & Iudas, Ariſtobulo magiſtro Ptolemæi regis qui eſt de genere Chriſtorum ſacerdotum, & his qui in Ægypto ſunt Iudæis, ſalutem & ſanitatem. De magnis periculis à Deo liberati magnifice gratias agimus ipſi, vtpote qui aduerſus talem regem dimicauimus. Ipſe enim ebullire fecit de Perſide eos qui pugnauerunt contra nos & ſanctam ciuitatem. Nam cum in Perſide eſſet dux ipſe, & cum ipſo immenſus exercitus, cecidit in templo Naneæ, C conſilio deceptus ſacerdotum Naneæ, etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius, & vt acciperet pecunias multas dotis nomine. Cumque propoſuiſſent eas ſacerdotes Naneæ, & ipſe cum paucis ingreſſus eſſet intra ambitum phani, clauſerunt templum, cum intraſſet Antiochus: apertoque occulto aditu templi mittentes lapides percuſſerunt ducem, & eos qui cum eo erant, & diuiſerunt membratim, & capitibus amputatis foras proiecerunt. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios. Facturi igitur quinta & viceſima die menſis Caſleu, purificationem templi, neceſſarium duximus ſignificare vobis: vt & vos quoque agatis diem ſcenopegiæ, & diem ignis, qui datus eſt quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit ſacrificia. Nam

A cum in Perſidem, ducerentur patres noſtri, ſacerdotes qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occulte abſconderunt in valle vbi erat puteus altus & ſiccus: & in eo contutati ſunt eum, ita vt omnibus ignotus eſſet locus. Cum autem præteriſſent anni multi, & placuit Deo vt mitteretur Nehemias à rege Perſidis: nepotes ſacerdotes illorum qui abſconderant, miſit ad requirendum ignem: & ſicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam. Et iuſſit eos haurire, & afferre ſibi: & ſacrificia, quæ impoſita erant, iuſſit ſacerdos Nehemias aſpergi ipſa aqua, & ligna, & quæ erant ſuperpoſita. Vtque hoc factum eſt & tempus affuit quo ſol refulſit qui prius erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur. Orationem autem faciebant omnes ſacerdotes, dum conſummaretur ſacrificium, Ionatha inchoante, cæteris autem reſpondentibus. B Et Nehemiæ erat oratio hunc habens modum, DOMINE Deus omnium creator, terribilis & fortis, iuſtus & miſericors, qui ſolus es bonus rex, ſolus præſtans, ſolus iuſtus, & omnipotens, & æternus qui liberas Iſrael de omni malo, qui feciſti patres electos, & ſanctificaſti eos: accipe ſacrificium pro vniuerſo populo tuo Iſrael & cuſtodi partem tuam, & ſanctifica. Congrega diſperſionem noſtram, libera eos qui ſeruiunt Gentibus: & contemptos & abominatos reſpice: vt ſciant Gentes quia tu es Deus noſter. Afflige opprimentes nos & contumeliam facientes in ſuperbia. Conſtitue populum tuum in loco ſancto tuo, ſicut dixit Moyſes. Sacerdotes autem pſallebant hymnos, vſquequo conſumptum eſſet ſacrificium. Cum autem conſumptum eſſet ſacrificium, C ex reſidua aqua Nehemias iuſſit lapides maiores perfundi. Quod & factum eſt, & ex eis flamma accenſa eſt: ſed & ex lumine quod refulſit ab altari conſumpta eſt. Vt vero manifeſtata eſt res, renuntiatum eſt regi Perſarum quod in loco in quo ignem abſconderant hi qui tranſlati fuerant ſacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cum eo erant, purificauerunt ſacrificia. Conſiderans autem rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templum, vt probaret quod factum erat, & cum probaſſet ſacerdotibus donauit multa bona: & alia atque alia munera, & accipiens manu ſua, tribuebat eis. Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

EXPOSITIO S. THOMÆ
Aquinatis in librum ſecundum.

CAP. I.

FRatribus qui ſunt in Ægypto. Hic incipit ſecundus liber, qui noo eſt eiuſdem hiſtoriæ proſequutio: ſed eiuſdem replicatio, ad ſupplementum aliquorum, quæ fuerunt prius dimiſſa, & fuit quaſi quędam epiſtola miſſa ab illis qui erant in Iudæa, Iudæis diſperſis in diuerſa loca, & maxime illis, qui erant in Ægypto, & hoc ad eorum conſolationem, & ſpei de ſua reuerſione erectionem; ſimiliter & ad eorum informationem ſuper receptione & ſolemnizatione aliquorum feſtorum, quæ fuerunt ab ipſis inſtituta, de quibus viſum eſt ſupra, & de illis infra dicetur. Et primo ponitur quaſi prælibata præfatio; ſecundo tribolationum recapitulatio: 3. tribulatorum liberatio. Circa primum notificat fratribus ſuis ſuam intentionem, & ſecundo explicat ſuæ intentionis cauſam & rationem, & hoc in 2. cap. In hoc cap. præmittit ſalutationem, ibi, *fratribus qui ſunt* ſecundo epilogat tribulationes, ibi, *anno centeſimo & octogeſimo.* 3. inducit ad purificationis templi celebrationem, ibi, *factum*; 4. autem celebrandi illam ſuaſionem, ibi. *Nam cum in Perſide.* Circa ſalutationem allegant familiaritatem, optant proſperitatem, ibi. *benefaciat*, & promittunt fidelitatem, ibi, *& nunc hic ſumus.* Circa ſecundam primo iterum replicat ſalutationem, ibi. *Anno centeſimo octogeſimo*; ſecundo ponit ſuam liberationem à magnis periculis factam a Domino; 3. tractat magnam fuiſſe tribulationem ibi, *ipſe enim obullire*: 4. tangit malinoſam hoſtis inuaſionem, ibi. *Etenim cum eo habitaturus*: 5. ipſius expulſionem, & occiſionem ibi, *cumque propoſuiſſent.* Tertia pars patet. Circa quartam partem repetit hiſtoriam ſacrificij Nehemiæ, quando ab ipſo reparatum fuit altare, & quo mirabili modo ignem habuerunt. Et primo oſtendit à Nehemia ipſius ignis cautam abſconſionem, & ſecundo mirabilem eius innentionem, ibi, *cum perenſiſſet autem*, 3. mirabilem eius operationem, ibi. *& iuſſit eos haurire*: 4. ipſius Nehemiæ & ſacerdotum orationem, ibi, *orationem autem*. 5. Nehemiæ ordinationem, ibi *cum autem conſumptum*, 6. facti apud regem diuulgationem, ibi, *vt vero manifeſtata*, 7. examinationem

Textus expoſitio. regis & approbationem, ibi, *conſiderans autem.* Sed iam ad Literam. *Salutem dicunt*, ideſt optant. *Iudæa* ideſt Iudæi, *teſtamenti*, ideſt, promiſſionis factæ ad Abraham cap. 12. 15. & 15. Geneſ. *meminerunt*, vt impleat in nobis, *cor*, ideſt animum, vel *cor*: ideſt ſapientiam ad colendum eum. *corde magno*, ideſt, comitatu magno, tam ex parte intellectus, quam voluntatis, *tempore magno*, ideſt, aduerſitatis, *regnante Demetrio*, ſcilicet filio Seleuci, & nepote Antiochi Magni, quia Antiochus Nobilis & Seleucus fuerunt fratres, filij Antiochi Magni, vt di-

A Ioſepho hic Demetrius Seleuci, etiam dicitur Nicanor. ctum eſt cap. 1. lib. 1. Iſte Demetrius expulit filium patrui ſui Antiochi de regno, ſupra lib. 1. cap. 7. & ita vult gloſſa Sed tunc repugnat numerus annorum, quia hoc dicitur factum eſſe anno centeſimo ſexageſimo nono, & iſte Demetrius mortuus fuit

Gloſſa. anno centeſimo ſexageſimo tertio. Ad hoc reſpon-

Obiectio. det Rabanus, quod 7. anni, de annis Alexandri, cuius

Rabanus. ſup. mentio facta fuit, quod eſſet filius Antiochi Epiphanis, propter eius fœdam originem & vitam, non

A ponuntur, & ſecundum Trogum Pompeium tra- *Trogus Pompeius.*
duntur iſti Demetrio, in fine enim illius Demetrij receſſerant Iudæi ab ipſo, ipſo tamen viuo, & coniunxerunt ſe Alexandro, qui iſtum Demetrium occidit, & ideo ob hanc victoriam forte fecerunt iſtam epiſtolam fratribus ſuis, & de iſtis videatur ſup. lib. 1. cap. 10. Aliqui tamen dicunt, quod loquitur hic de Demetrio filio Demetrij, quem conſtat illo tempore regnaſſe, & ad quem Simon miſit ſupra cap. 13. & ſub quo ablatum eſt omnino iugum gentium à Iudæis, & habuerunt illam proſperitatem de qua ſupra cap. 14. & ſub quo inſtitutum fuit feſtum purificationis altaris, de quo agitur hic, vt patet ſup. cap. 13. Et quidem omnia magis concordant de iſto *Scri-*

B *pſimus*, prius ſcripſerunt tribulationem, poſtea ſicut nunc liberationem, *Iaſon*. de hoc habetur infra, & etiam dictum fuit ſupra cap. primo. Et hic fuit frater Oniæ & Menelai, *qui*, ſcilicet Iaſon & Menelaus, ſic nominati fuerunt, poſtquam ad gentes ſe tranſtulerunt, propter ambitionem ſummi ſacerdotij, relinquentes ritum & nomen Iudæorum, & fuerunt filij iniqui, qui exierunt ex Iſrael, de quibus ſupra capite 1. & totum Iſrael turbauerunt. *portas templi*, plurale forſan pro ſingulari ponitur, ideſt, portam vrbis, *ſuccenderunt Antiochus & ſui. Obtulimus*, ſupra cap. 4 poſtquam tribus annis ad punctum durauit contaminatio, vt ibidem dicitur. *ſimilaginem*, ideſt, ſacrificia, quæ debebant fieri de ſimila ſecundum ritum

C legis. *Caſleu*, ideſt Decembris ſed contra feſtum ſce- *Obiectio.*
nopegiæ, ideſt, tabernaculorum, fiebat 15. die Septembris, non Decembris. Reſpondetur, quod non loquitur hic de Scenopegia proprie, ſed ſimilitudinarie, quia in purificatione templi vſi fuerunt tabernaculis, ideo vocant ipſam ſcenopegiam, Vnde ſupra 2. dicitur, quod in modum tabernaculorum diebus octo fecerunt iſtud feſtum. Vnde apparet ſatis: quod loquitur de ſcenopegia hic, non ad literam de feſto legali, ſed ſimilitudinarie loquitur, & ideo illud feciſſe dicuntur in Decembri. *Anno centeſimo octogeſimo octauo.* Hæc eſt alia epiſtola à prima, & eſt de morte Antiochi, de qua magis dicetur infra. *& Iudas.* contra Iudas mortuus fuit anno centeſimo quin-

D quageſimo ſecuodo. Ergo non potuit ſcribere, anno ceoteſimo octogeſimo ſecundo. Reſpondet Rabanus, quod non eſt vis facienda in huiuſmodi computationibus, quia cum diuerſi ſint, & ignari fuerint ſcriptores; probabile eſt, quod à diuerſis temporibus inceperint ſuas computationes. Vel dicitur, quod forte Iudas, antequam moreretur, ordinauerat iſtam epiſtolam mitti: vel etiam quod hic loquitur de Iuda filio Simonis, de quo ſupra cap. vltimo. Sed licet tempus id ipſum conſentiat, non tamen factum, quia ducatum non tenuit, *Ariſtobulo*. hic genere fuerat Iudæus de ſacerdotibus, & fuit Philoſophus Peripateticus, qui Ptolomæo ſcripſerat commentariolos in libros Moyſis, & cum rege erat tanquam Magi-

Hæc ſupputatio eſt Hebræorum: ab Anno ſe 12. regni Aſueri: ſic dicit Lyra. & Rabanus & alij.

E ſter illius. *Chriſtorum*, ideſt vnctorum. *ſalutem*. ſcilicet animæ, & ſanitatem corporis, *talem regem* Antiochum Nobilem vt dicit gloſſa, & Rabanus, ſed dicunt aliqui quod minus bene: quia iſte non fuit occiſus in templo vt patet ſupra cap 6. Imo mortuus fuit in loco ſuo, & ideo volunt quod intelligatur de Antiocho Magno, patre ſcilicet Antiochi Nobilis, quod fuit occiſus, vt author eſt Magiſter in hiſtoriis & membratim diuiſus in templo Naneæ. Et ſic iſte author tribulationes Iudæorum altius incipit computare, quam in primo libro, *ipſe enim fecit*. ſcilicet Antiochus, vel ipſe Deus de quo ſtatim ſupra dicitur, à Deo liberati, *obullire*, ideſt, cum impetu & copia venire. *Nanea*, ideſt Dianæ, ſecundum Ioſephum

Magiſter hiſt. in cap. de Philopatore: & idem ait Hugo Cardin. in Machab. ſuper

hâc locum, & Vatablus. Vide Ioſephum lib. 12. antiq. cap. 13. & de bello Iudaic. lib. 1. cap. 5.

de iſto templo dicitur ſupra lib. 1. cap. 3. & 6. qood A Antiochus Nobilis voluit illud ſpoliare, & non potuit : vnde indignatus occaſionem mortis contraxit, in illo etiam tempore fuit Antiochus Magnus interfectus, & occaſione illius fuit Antiochus filius eius infirmus. Et in hac dictione *Nanea* debet media produci, & vltima ſyllaba deprimi. *Conſilio*, promiſerant enim illi doloſe ſacerdotes Dianæ, quod intraret tēplum, & omnia illi darent, *dotis nomine*, ideſt titulo donationis : vel pecunia illa erat qua templum dotatum erat : ideo dotis oomine ſignificatur. 4. *percuſſerunt ducem*. Antiochum Magnum ſcilicet. Sed ſecundum illos qui dicunt, quod hic loquitur de Antiocho Epiphane, diceodum eſt, non ipſum Antiochum eſſe mortuum, ſed ipſius ducem, & ipſum exiiſſe & fugiſſe, & poſtmodum ex indigoatione infirmitatem incurriſſe, quod videtur magis rationabile B & ad ſenſum hiſtoriæ. *Scenopegia*, large hanc voculam accipiendo, non proprie, vt expoſitum eſt ante quaſi diceret, Significamus vobis, vt vos ſimiliter nobiſcum faciatis, & ſimus confotmes. Quod ſi accipitur proprie, tunc eſt ſenſus, quod nos non ſolum ſcenopegiæ feſtum interruptum propter captiuitatem reſumimus, ſed cum hoc facimus purificationes altaris, & ideo ad minus reſumatis feſtum ſcenopegiæ ob captiuitatem dimiſſam, Quod enim fecerunt ſcenopegiam, patet ſupra cap. 10. quod Ionathas induit ſe ſtolam ſanctam in die ſolemni ſcenopegiæ. *Et diem ignis*, ideſt ſolemnitatem pro igoe in- C uento. Nihil legitur de iſto feſto in Nehemia, niſi forſan hæc habeantur hic ex traditione aliquorum antiquorum. *in Perſidem*, ideſt in Babyloniam, *Patres noſtri ſacerdotes*, &c. hoc dicitur feciſſe Ieremias. *Cum autem præteriiſſent anni multi*.. ideſt ſeptuaginta, quia hoc fuit factum à Ieremia quando tranſmigrare debuerunt. & inuentum tempore Nehemiæ, nempe octauo. *ſolus præſtans*, ideſt præualens. *Cuſtodi partem tuam*, Deuteron. cap. 32. Pars autem Domini populus eius *confringe*. ideſt confringes, *in loco ſancto tuo* ſcilicet Iudam & Hieruſalem, *Quod refulſit ab altare* ideſt à ſacrificio lignorum, & animalium. *purificauerunt ſacrificia*, ideſt aſperſerunt, *fecit ei templum*, ideſt, ad volontatem eius, *fecit* ideſt, fieri permiſit tem- D plum, & ipſum etiam honorauit. *vt probaret*, ideſt, ad ipſius mirabilem approbationem : & ex iſto ſcito miraculo, fuit fanorabilis negotio. Et notandom, quod totam illam clauſulam, *vt probaret*, &c. non habent libri antiqui, ſed ſic habent : *Poſt illud fecit templum, & quibus prius dominatus fuerat multa dona accipiebat*: ex hoc tempore, quod tribuebat, quaſi diceret, quibos prius dominabatur, modo dabat. *Nephi*, idem eſt quod penitus.

Vide Theophyla ſup. cap. 9. Epiſtolo ad Hebr. & Hieron. in cap. Matthae 27. Vide D. Thom. 1 p. q. 3. art. 2. & q. 49. art. 3. ad 2. & q. 62. art. 2. & q. 100. art. 2. & q. 113. art. 2.

CAP. II.

Quomodo Hieremias occultauit in monte Arcam, altare & tabernaculū. Iſta deſcriptione non reperiſſetur : potorant olim habere tanquam ſacro hiſtoriæ ſupplementum, à

INuenitur autem in deſcriptionibus Ieremiæ Prophetæ, quod iuſſit eos ignem accipere qui tranſmigrabant : vt ſignificatum eſt, & vt mandauit tranſmigratis. Et dedit illis legem ne obliniſcerentur præcepta Domini, & vt non exerrarent mentibus videntes ſimulachra aurea & argentea, & ornamenta eorum. Et alia huiuſmodi dicens, hortabatur ne legem amouerent à corde ſuo. Erat autem in ipſa ſcriptura, quomodo tabernaculum & arcam iuſſit propheta diuino reſponſo ad ſe facto comitari ſecum, vſquequo exit in montem, in quo Moyſes aſcendit, & vidit Dei hæreditatem. Et veniens ibi Ieremias inuenit locum ſpelunca : & tabernaculum, & arcam, & altare incenſi intulit illuc, & oſtium obſtru- A *xit. Et acceſſerunt quidam ſimul, qui ſequebantur, vt notarent ſibi locum : & non potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos dixit. Quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi : & propitius fiat : & tunc Dominus oſtendet hæc, & apparebit maieſtas Domini & nubes erit ſicut & Moyſi manifeſtabatur, & ſicut cum Salomon petiit vt locus ſanctificaretur magno Deo, manifeſtabat hæc. Magnifice etenim ſapientiam tractabat : & vt ſapientiam habens obtulit ſacrificium dedicationis & conſummationis templi. Sicut & Moyſes orabat ad Dominum, & deſcendit ignis de cælo, & conſumpſit holocauſtum : et dixit Moyſes eo quod non ſit comeſtum quod erat pro peccato, & conſumptum eſt. Similiter & Salomon octo diebus cele-* B *brauit dedicationem. Inferebantur autem in deſcriptionibus & commentariis Nehemiæ hæc eadem, & qualiter conſtruens bibliothecam congregauit de regibus libros & prophetarum & Dauid, & epiſtolas regum, & de donariis. Similiter autem & Iudas ea quæ didicerat per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & ſunt apud nos. Si ergo deſideratis hæc mittite qui perferant vobis. Acturi itaque purificationem ſcripſimus vobis : bene ergo facietis ſi egeritis hos dies. Deus autem qui liberauit populum ſuum, & reddidit hæreditatem omnibus & regnum & ſacerdotium, & ſanctificationem, ſicut promiſit in lege, ſperamus quod cito noſtri miſerebitur, & congregabit de ſub cælo in locum ſanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis & locum purgauit. De* C *Iuda vero Machabæo, & fratribus eius, & de templi magni purificatione, & de ara dedicatione : ſed & de præliis quæ pertinent ad Antiochum Nobilem, & filium eius Eupatorem : & de illuminationibus quæ de cælo facta ſunt ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vniuerſam regionem cum pauci eſſent, vindicarent, & barbaram multitudinem fugarent, & famoſiſſimum in toto orbe templum recuperarent, & ciuitatem liberarent & leges quæ abolendæ erant reſtituerentur, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis. Item quæ ab Iaſone Cyrenæo, quinque libris comprehenſa, tentauimus nos vno volumine breuiare. Conſiderantes enim multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes hiſtoriarum propter multitudinem rerum : curauimus volentibus quidem legere, vt eſſet animi oblectatio : ſtudio-* D *ſis vero, vt facilius poſſint memoriæ commendare, omnibus autem legentibus vtilitas conferatur. Et nobis quidem ipſis, qui hoc opus breuiandi cauſa ſuſcepimus, non facilem laborem, imo vero negotium plenum vigiliarum, & ſudoris aſſumpſimus. Sicut hi qui præparant conuiuium, & quærunt aliorum voluntati parere, propter multorum gratiam, libenter laborem ſuſtinemus, veritatem quidem de ſingulis auctoribus concedentes, ipſi autem ſecundum datam formam breuitati ſtudentes. Sicut enim nouæ domus architecto de vniuerſa ſtructura curandum eſt : ei vero qui pingere curat quæ apta ſunt ad ornatum exquirenda ſunt : ita æſtimandum eſt & in nobis. Etenim intellectum colligere, & ordinare ſermonem & curioſius partes ſingulas quiſque diſquirere, hiſto-* E *riæ congruit auctori : breuitatem vero dictionis ſectari, & executiones rerum vitare, breuianti concedendum eſt. Hinc ergo narrationem incipiemus : de præfatione tantum dixiſſe ſufficiat, ſtultum etenim eſt ante hiſtoriam effluere : in ipſa autem hiſtoria ſuccingi.*

Ieremias vel Baruch conſcripta, vt notat Dorotheus & Epiph. in vita Ieremiæ. Donec congreget Deus &c. Ioannis 11. dicitur. Chriſtum moriturum vt filios Dei congregaret in vnum, vide Dorotheum in Synopſi, Cypr. in epiſt. vbi ait Profectus eſt Dominus Sinas in eū. lum Et vniuerſæ legiſlator : & vniuerſæ gentes ibi gnum adorabunt.

CAP.

CAP. II.

Inuenitur autem in deſcriptionibus. In primo capite aperuerunt Iudæis diſperſis ſuam intentionem, in iſto a. oſtendunt ſuæ intentionis occaſionem. Intentio eorum erat, vt Iudæi diſperſi illos dies purificationis ſcilicet templi, factæ à Iuda ſupra cap. 4. & feſtum ſcenopegiæ interruptum celebrarent. Rationem autem eius aſſignat, quia Ieremias ſimiliter ſuaſit populo cum diſpergeretur per captiuitatem, vt tenerent ſe in ritu & cultu Dei etiam in captiuitate exiſtentes, neque ad idololatriam defluerent: & ita volebant iſti Iudæi exiſtentes in Hieruſalem hortari eos, ſcilicet Iudæos diſperſos in Ægypto, ne cultum Dei dimitterent. Vt eos ad maiorem excitarent deuotionem, noua feſta celebranda eis indicebant, & facta per ipſos illis intimabant. Occaſione autem huius ſimilitudinis reducit ad memoriam factum ipſius Ieremiæ, quomodo ſe habuit erga Iudæos, quando venerunt in captiuitatem. Vnde cum iſta dicantur de tempore captiuitatis Babylonicæ quæ fuit tempore Ieremiæ; notandum eſt, quod non dubitatur hic de his, quæ ſub Machabæis contigerunt, ſed ſimilitudine quadam commemorantur, vt intelligatur, quod ſicut Ieremias tunc fecit, illos hortando, ita & nos vos incitando. Hoc ergo capitulum diuiditur in duas partes: & in prima ponitur pro ratione monitionis factum ipſius Ieremiæ: in ſecunda ponitur pro prælibatione ſequentium præfatio ſequentis hiſtoriæ in medio cap. ibi. *de Iuda vero Machabæo.* Circa primum ponitur Ieremiæ mirabile factum, ſecundo concluditur principale propoſitum, ibi, *acturi igitur purificationem.* Circa primum ponitur primo Ieremiæ deuotio in ignis abſconſione, & populi inſtructio, & tabernaculi, & arcæ, & altaris incenſi occulta repoſitio; ſecundo ponit aliquorum curioſorum interpretationem pro loci inueſtigatione, ibi. *& acceſſerunt.* tertio abſconſionis prohibitam rationem cum futuræ proſperitatis promiſſione, ibi. *vt autem cognouit,* &c. In ipſa autem præfatione & intentio exprimitur, & modus procedendi præfigitur. Nunc vero iam ad literam. *ſignatum eſt,* ſcilicet ſupra capite primo, *legem,* ideſt munitionem, ſicut lex dictabat, de hoc in epiſtola quam mandauit tranſmigratis Baruch, cap. 6. *mandauit,* vt ſcilicet de illo igne memoriam haberent, *erat autem,* iſtud non legitur alibi in ſcriptura ſacra, quam hic; de hoc tamen dicit Epiphanius: hic eſt Ieremias qui templum ſubuertendum prænoſcens, arcam teſtamenti cum his, quæ in eadem erant, tulit, & precibus eam abſorberi fecit in petram: petram vero digito deſignans, nomen Dei impreſſit, & factum eſt ſigillum in ſimilitudine ſcripturæ, quæ ferro cauatur, & ipſum Domini nomen nubis operimento ita celatum eſt, vt ex tunc nec locum quis cognoſcere queat, nec nomen legere vſque in hunc diem; & vſque in finem & priſtinæ figuræ inſtar ignis & nubes ſæpe illic fit nocturno tempore, eo quod gloria Domini ab eius lege non deſinat. Eſt autem petra illa in eremi terra, inter duos montes, inter quos iacent ſepulti Moyſes & Aaron, dixitque Ieremias præſentibus, Dominus de Sion aſcendit ad cœlos, inde cum virtute reuerſurus, & erit ſignum præſentiæ eius, quando omnes gentes adorauerint lignum, dixitque quod arcam hanc nemo poterit producere præter Moy-

Textus expoſitio.

Epiphanius libro de Vita & interitu prophetarum. p. 7.

A ſem electum Dei Prophetam. Et tabulas quæ in ea ſunt nullus aperiet ſacerdotum, nulluſque prophetarum, niſi electus Dei Aaron. Et in prima reſurrectione reſurget hæc arca, & exibit de petra, & ponetur in monte Sina, & omnes ſancti congregabuntur ad ipſam, regreſſum Domini expectantes, & vt vitent aduerſarium qui eos fugientes eſt quæſiturus interimere. Hæc ille. *Montem.* Abarim ſcilicet. Numer. 27. & Deut. 34. *donec congreget Deus.* ſcilicet perfecta congregatione, quæ erit poſt Antichriſtum, illam enim quando reuerſi ſunt de Babylonia, non habuerunt perfectam: *ſicut & Moyſi manifeſtabatur.* Exod. 19. in datione legis, *vt locus ſan-*
B *ctificaretur,* ideſt, templum & atrium, & ſicut nunc manifeſtauit gloriam ſuam per nubem & fumum, ita faciet in fine, quando Iudæi conuertentur, & oſtendet eis arcam. Quod hic vel intelligendum eſt ad literam vel myſtice, ideſt, humanitatem ſuam oſtendet. *obtulit ſacrificium dedicationis templi.* Salomon ſcilicet, & hoc, fumo ceſſante, ſecundum quod debebat, vel decebat, ſacrificium obtulit. *Sicut & Moyſes,* Leuitici 9. apparuit gloria domini, &c. & eſt alia apparitio ab illa quę facta fuit Exod. 19 *ſicut & Salomon* Iſta clauſula non habetur in antiquis libris, & ſine ea planus eſt textus, licet ita acciderit, vt hic dicitur & habetur. 2. Paral. 7. *& dixit Moyſes eo,* id, ideo
C *quod non ſit mundum,* ideſt, munde oblatum, incenſum ſcilicet, *quod erat pro peccato,* ſcilicet offerendum, & eo quod non ſit munde, *conſummatum,* ſcilicet non igne diuino, ſed alieno, *eſt,* id eſt, accidit hæc vindicta; ac ſi dicat, quia non munde & rite obtulerunt incenſum, ideo puniti ſunt, ſcilicet Nadab & Abiud filij Aaron, qui accepto igne alieno voluerunt offerre incenſum in thuribulo, vt habetur Leuit. 7. & cap. 10. Vel poteſt intelligi de hirco, cuius portionem in loco ſancto comedere debuerunt, reſiduo pro peccato cremato, & ipſi totum combuſſerunt. Vnde Leuit. 10. dicitur. Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato, cum quęreret Moyſes, combuſtum reperit: iratuſque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanſerant, ait: Cur non
D comediſtis hiſtoriam pro peccato, in loco ſancto, quę ſancta ſanctorum eſt. Et tunc legatur ſic, *eo quod non ſit mundum,* ideſt, munde comeſtum, & non à mundis & in loco ſancto, *quod erat pro peccato oblatum,* id eſt hircus. *& conſumptum,* ideſt, exuſtum. *eſt* id eſt, accidit hoc, vel eo quod exuſtum eſt: ſupple, increpo vos. *Manducant.* aliqui libri habent, mandant & tunc legendum eſt per ſyncopam, id eſt, manducant. *Similiter & Salomon,* ideſt, ſicut octo diebus fecit Moyſes obſeruari conſecrationem Aaron, ſimiliter & Salomon octo diebus fecit ſolennitatem dedicationis templi, ſic etiam modo, &c. ſed contra 3. Regum & dicitur, quod tantum 7. diebus. Reſpondetur, quod octaua dies obſeruabatur aliqua alia ratione, ſicut octaua de ſcenopegia fiebat collecta. *Inferebantur autem,* ideſt, continebantur, *in deſcriptio-*
E *nibus,* quas nos habemus. *hæc eadem,* ſcilicet de igne & de arca. *conſtruens,* ideſt, reparans auxilio Eſdrę, qui Bibliam combuſtam à Chaldęis reparauit, vt 1. Eſdrę, cap. 7. habetur in gloſſa quadam *vel Bibliothecam,* id eſt, locum ad reponendum plures libros quos de diuerſis partibus collegit, & de Donariis ſupra cap. de omnibus his habebatur in illis deſcriptionibus, & ita bene concludit intentum quaſi diceret: Ex eo quod tempore Moyſis & Salomonis: imo & Helię, Iudicum 13. Dominus oſtendit Iudęis gloriam ſuam per ignem, & nos iterum ſperamus adhuc iuxta Ieremię dictum quod Dominus oſtendet, vt dictum eſt. *bene ergo facietis, & ſi egeri-*

Congregatio Iudæorum fiet perfecta ante diem iudicij.

3. Reg. ca. 8

2. Paral. 7. Sicut & Salom.

Irenæus lib. 4. cap. 42.

Hoc non habetur nunc in textu Vulgari.

Obiectio.

tis hos dies, ſcilicet ignis & purificationis templi à nobis factæ ſupra ca. 4. obſeruare: & tunc oſtendet nobis arcam abſconditam, vt dictum eſt, *à Iaſone*, Cyrenæo hiſtoriographo. Non fuit Iaſon frater Menelai, *tentauimus*, huc vſque ſuſpenſiua eſt locutio. *oblectatio*, faſtidioſis ſcilicet, *datam formam*, ideſt, ſicut decet abbreuiationem, *breuiationis*, ideſt, hiſtoriæ vel dictorum. *De præfatione*, in qua oſtenditur quodlibet ſit recipiendus ratione humilitatis, facultatis, & vtilitatis.

CAP. III.

De honore à regibus exhibito tẽplo Hieroſolymitano: & proditione theſauri eius per Simonem.

IGitur cum ſancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime cuſtodirentur, propter Oniæ pontificis pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat vt & ipſi reges & principes locum ſummo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent: ita vt Seleucus Aſiæ rex de reditibus ſuis præſtaret ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes. Simon autem de tribu Beniamin præpoſitus templi conſtitutus, contendebat obſiſtente ſibi principe ſacerdotum, iniquum aliquid in ciuitate moliri. Sed cum vincere Oniam non poſſet, venit ad Apollonium Tharſeæ filium qui eo tempore erat dux Cæleſyriæ, & Phœnicis: & nuntiauit ei pecuniis innumerabilibus plenum eſſe ærarium Ieroſolymis, & communes copias immenſas eſſe quæ non pertinent ad rationem ſacrificiorum: eſſe autem poſſibile ſub poteſtate Regis cadere vniuerſa. Cumque retuliſſet ad regem Apollonius de pecuniis quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorum qui erat ſuper negotia eius, miſit cum mandatis, vt prædictam pecuniam tranſportaret. Statimque Heliodorus iter eſt aggreſſus, ſpecie quidem quaſi per Cæleſyriam & Phœnicen ciuitates eſſet peragraturus, re vera autem regis propoſitum perfecturus. Sed cum veniſſet Ieroſolymam, & benigne à ſummo ſacerdote in ciuitate eſſet exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarum, & cuius rei gratia adeſſet aperuit: interrogabat autem ſi vere hæc ita eſſent. Tunc ſummus ſacerdos oſtendit depoſita eſſe hæc, & victualia viduarum & pupillorum: quædam vero eſſe Hyrcani Tobiæ viri valde eminentis, in his quæ detulerat impius Simon: vniuerſa autem argenti talenta eſſe quadraginta, & auri ducenta. decipi vero eos qui credidiſſent loco & templo, quod per vniuerſum mundum honoratur, pro ſui veneratione & ſanctitate omnino impoſſibile eſſe. At ille pro his quæ habebat in mandatis à rege, dicebat omni genere regi ea eſſe deferenda. Conſtituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica vero per vniuerſam ciuitatem erat trepidatio. Sacerdotes autem ante altare cum ſtolis ſacerdotalibus iactauerunt ſe, & inuocabant de cælo eum qui de depoſitis legem poſuit, vt his qui depoſuerant ea, ſalua cuſtodiret. Iam vero qui videbat ſummi ſacerdotis vultum, mente vulnerabatur: facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem. Circumfuſa enim erat mæſtitia quædam viro, & horror corporis: per quæ manifeſtius aſpicientibus dolor cordis eius aſſciebatur. Alij etiam gregatim de domibus confluebant: publica ſupplicatione obſecrantes, pro eo quod in contemptum locus eſſet venturus. Accinctæque mulieres cilicis pectus, per plateas confluebant, ſed & virgines quæ concluſæ erant procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam vero per feneſtras aſpiciebant: vniuerſæ autem protendentes manus in cælum, deprecabantur, erat enim miſeria commiſtæ multitudinis, & magni ſacerdotis in agone conſtituti expectatio. Et hi quidem inuocabant omnipotentem Deum, vt credita

Virgines quæ cõcluſæ erãt, &c. Aduerte cõpore legis veteris Virgines

A *ſibi, his qui crediderant, cum omni integritate conſeruarentur. Heliodorus autem, quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipſe cum ſatellitibus circa ærarium præſens. Sed ſpiritus omnipotentis Dei magnam fecit ſuæ oſtenſionis euidentiam, ita vt omnes qui auſi fuerant parere ei ruentes Dei virtute, in diſſolutionem & formidinem conuerterentur. Apparuit enim de illis quidam equus terribilem habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus: iſque cum impetu Heliodoro priores calces eliſit, qui autem ei ſedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, ſpecioſique amictu: qui circumſteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis verberantes. Subito autem Heliodorus con-*
B *cidit in terram: eumque multa caligine circumfuſum rapuerunt, atque in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt. Et is qui cum multis curſoribus & ſatellitibus prædictum ingreſſus eſt ærarium, portabatur nullo ſibi auxilium ferente, manifeſta Dei cognita virtute: & ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni ſpe & ſalute priuatus. Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat locum ſuum: & templum quod paulo ante timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente Domino, gaudio & lætitia impletum eſt. Tunc vero ex amicis Heliodori quidam rogabant confeſtim Oniam, vt inuocaret Altiſſimum, vt vitam donaret ei qui in ſupremo ſpiritu erat conſtitutus. Conſiderans autem ſummus ſacerdos ne forte rex ſuſpica-*
C *retur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum conſummatam, obtulit pro ſalute viri hoſtiam ſalutarem. Cumque ſummus ſacerdos exoraret, iidem iuuenes eiſdem veſtibus amicti, aſtantes Heliodoro, dixerunt, Oniæ ſacerdoti gratias age: nam propter eum Dominus tibi vitam donauit, tu autem à Deo flagellatus nuntia omnibus magnalia Dei & poteſtatem. Et his dictis, non comparuerunt. Heliodorus autem hoſtia Deo oblata, & votis magnis promiſſis ei qui viuere illi conceſſit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad regem. Teſtabatur autem omnibus ea quæ ſub oculis ſuis viderat opera magni Dei. Cum autem rex interrogaſſet Heliodorum quis eſſet aptus adhuc ſemel Ieroſolymam mitti, ait, Si quem habes hoſtem,*
D *aut regni tui inſidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, ſi tamen euaſerit: eo quod in loco ſit vere Dei quædam virtus. Nam ipſe qui habet in cælis habitationem, viſitator & adiutor eſt loci illius, & venientes ad malefaciendum, percutit ac perdit. Igitur de Heliodoro & ærarii cuſtodia ita res ſe habet.*

Deo in templo ſeruare ſolitas: ab hominum cœtu ſegregatas: ſic notant hic aliqui doctores.

CAP. III.

I*Gitur cum ſancta ciuitas*. Iſta ſecunda pars diuiſa eſt contra primam, In qua primo prælibata fuit præfatio: ſecundo, vt hic promittebatur recitanda
E eorum tribulatio: & primo tribulatio, vt incepta ſub Seleuco Eupatore, ſecundo vt perfecta ſub Antiocho Epiphane ſcilicet, qui fuit frater Seleuci Philopatoris. Vnde hiſtoria in hoc libro aliquantulum citius incipit, quam in primo, quia in primo nihil tangitur ipſius Seleuci, qui præceſſit Antiochum, ſed ſupponitur, & incipitur ab Anticho. Secunda pars incepit cap. 4. Circa primum, ponitur proſequendi motiuum, & ſecundo perſequendi modus, ibi. *Statimque Heliodorus*, tertio perſequentis conflictus, ibi, *ſed ſpiritus optimus Dei*. Circa primam partẽ primo ponit ſub Seleuco pacis tranquillitatem, ſecundo Simonis cuiuſdã iniquitatem, ibi, *Simon autem*,

tertio

tertio Oniæ pontificis bonitatem, ibi, *ſed cum vincere*; quarto prouocauit Simon regem ad cupiditatem, ibi, *cumque retuliſſet ad Regem, ſtatimque Heliodorus* Hæc eſt ſecunda pars principalis, vbi deſcribit modum procedendi, & primo ponit Heliodori deſtinationem, ibi. *ſtatimque*; & ſecundo ipſius negotij inueſtigationem, ibi *ſed cum veniſſet*; tertio Simonis ſacerdotis liberam reſponſionem, ibi. *tunc ſummus ſacerdos*; quarto Heliodori obſtinationem, ibi. *at ille pro his*, quinto ſacerdotis & populi afflictionem, ibi. *non modica autem. ſed Spiritus omnipotentis Dei*. Hæc eſt tertia pars principalis, in qua ponitur perſequentis conflictus, & in hac tria ſunt: primo ponitur Heliodori afflictio, ibi. *ſed Spiritus*; ſecundo eius per ſacerdotem liberatio, ibi. *tunc vero*, tertio ipſius recognitio, ibi. *Heliodorus autem*. Notandum eſt autem quod totum quod hic dicitur, vſque ad cap. 4. vbi dicitur, *ſed poſt Seleuci vitæ exceſſum &c.* vbi reucititur ad Antiochum Nobilem, totum dimiſſum fuit in primo libro. Et videtur hic tangi ratio, vel occaſio: quare Iaſon, & Menelaus, qui ſupra lib. 1. cap 1. dicuntur fuiſſe filij iniqui, perſequuti fuerunt Oniam fratrem ſuum, quia iam videbant ei infenſos fuiſſe regales, propter illa quæ dicuntur hic. Vnde tota

Textus expoſitio.

hiſtoria huius cap. ſupponitur à libro primo. *Igitur*, Hoc infert ex veritate præfationis dictæ in alio cap. *Ciuitas* ſcilicet Hieruſalem. *Propter Oniæ Pontificis depoſitionem. Oniæ*, occaſione huius oportet ſcire ſecundum gloſſam ordinem pontificum qui fuerunt ab in-

C

Catalogus Pontificum templi: ordo & ſeries illorum a tempore Salomonis.

ſtitutione templi ſub Salomone. Primus fuit Sadoc. 2. Achimas, 3. Ioram. 4. Axamus. 5. Iudas. 6. Nidoas 7. Hilus, 8 Icatham. 9. Vrias. 10. Verias. 11. Odeas. 12. Sellum. 13. Helcias. 14. Azaia. 15. Ioſedec. 16. Ieſus qui templum ædificauit. 17. Ioachim. 18. Ioannes. 19. Iaddus. 20. Onias. 21. Simon. 22. Eleazarus frater eius qui 70. interpretes miſit Ptolomæo regi Ægypti, 23. Manaſſes auunculus eius, Simonis Iuſti filius, 24. Onias Simonis Iuſti filius, 25. Simon, ſub quo Simon Sirac fecit librum Eccleſiaſticum: 26. Onias filius eius de quo hic legitur *Locum*, ideſt templum. *Seleucus*. filius Antiochi Magni, & frater Antiochi Nobilis, vel Epiphanis. *Simon autem de tribu Beniamin*, ex hoc patet, quod

D

neque ſacerdos erat, neque eſſe poterat, cum non eſſet de tribu Leui, ſed præerat cuſtodiæ rerum templi ipſius. *obſiſtente*, ideſt, reſiſtente. *Apollonio*. Duce illo qui fuit interfectus poſtea à Iuda, vt habetur ſupra lib. 1. cap. 3. *Cœle Syria* duæ ſunt dictiones & *Cœle*, eſt proprium non eſt vnius patris Syriæ, & ibi erat dux ille, *& communes copias*, ideſt communiter ibi repoſita pecunia in magna copia, *ad rationem ſacrificij*. hoc dicebat, vt audacius aggrederetur locum quia iſta pecunia ad cultum Dei non pertinebat, *Regis*, ſcilicet Seleuci cui ille Apollonius ſuberat. *Delata*, ideſt à Simone falſo accuſatæ, *aſcitum*, ideſt, motiuum & inuitatum vel vocatum *ſpecie*, ideſt ſimulatoria oſtenſione *De dato*, ſcilicet à Simone ſi-

E

Obiectio.

bi *indicio*, id eſt informatione. *Hircani Tobiæ*, ſed contra hoc videtur, quod Onias in hoc peccarit, quia Nehemiæ 13. reprehenditur Summus ſacerdos, quia theſaurum cuiuſdam Tobiæ poſuerat in templo Vnde & Nehemias ipſum eiecit. Reſpondetur, quod vt ibi patet, ille poſuerat eum in loco ſancto & prohibito; hic autem non ſic, ſed in loco debito & ad hoc ordinato, tantum propter ſecuritatem, non

Vide 12. q. 103. art. 2. & 12 q. 82 art 6 & 1. 2 q 13. art. 5. ad 2.

propter curioſitatem. *Omni genere*, id eſt, omnibus modis. *de depoſitis*, id eſt, occaſione debitorum. *legem ponentes*, Exod. 22. Si quis commodauerit proximo aſinum: ex hoc patet, quod non tantum propter illa bona, nec propter corporalia dolebant:

A

quantum propter libertatem loci, quam illi infringebant. *concluſi erant*, alias ſcilicet quia tunc virgines arctius cuſtodiebantur *ſatellitibus*, ſatellites dicuntur quaſi ſatis lædentes, ſerui ſcilicet parati ad exequenda præcepta quæuis magnatum. *ſpiritus*, ideſt, fortitudo & virtus *equus*, virtute angelica formatus. *terribilem habens aſcenſorem*, ipſius ſcilicet Heliodori iudicio. *Adornatus*, Litera correcta habet. *adornatum*

Satelles dicitur quaſi ſatis lædens.

Priores calces eliſit, Calx eſt prima pars plantæ, vnde dicitur calcitrare: vnde ſenſus eſt, quod vel equus eliſit & immiſit calces ſuos Heliodoro, ideſt, in illa parte pedum ſuorum ipſum percuſſit: vel equus quidem ita percuſſit Heliodorum, quod partes illas iuſ eius pedibus læſit. Hi *autem Dominum benedice-*

B

bant, ideſt, Iudæi conſtantes, vel illi iuuenes, ideſt, Angeli in corpore humano aſſumpto. *magnificabat locum ſuum & templum* ideſt homines, qui timebant pro templo, *vt vitam donaret ei*, ideſt, Deus merito orationis Oniæ. *qui in ſupremo ſpiritu erat conſtitutus*, ideſt, vltimo.

CAP. IIII.

Simon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator male loquebatur de Onia, tanquam ipſe Heliodorum inſtigaſſet ad hæc, & ipſe fuiſſet inuentor malorum:

Simon calumniatur Oniã ſummum ſacerdotem.

C

prouiſoremque ciuitatis, ac defenſorem gentis ſuæ, & æmulatorem legis Dei audebat inſidiatorem regni dicere. Sed cum inimicitiæ in tantum procederent, vt etiam per quoſdam Simonis neceſſarios homicidia fierent: conſiderans Onias periculum contentionis, & Apollonium inſanire, vtpote ducem Cœleſyriæ & Phœnicis, ad augendam malitiam Simonis, ad Regem ſe contulit, non vt ciuium accuſator, ſed communem vtilitatem apud ſemetipſum vniuerſæ multitudinis conſiderans. Videbat enim ſine regali prouidentia impoſſibile eſſe pacem rebus dari, nec Simonem poſſe ceſſare à ſtultitia ſua. Sed poſt Seleuci vitæ exceſſum, cum ſuſcepiſſet regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Iaſon frater Oniæ ſummum ſacerdotium: adito Rege promittens

A. Ioſephus lib. de Machabæis ait hunc eſſe Apolloniũ, qui tanta eſt paſſus, vt ibi dicitur.

D

ei argenti talenta trecenta ſexaginta, & ex reditibus aliis talenta octoginta: ſuper hoc promittebat & alia centum quinquaginta, ſi poteſtati eius concederetur Gymnaſium & Ephœbiam ſibi conſtituere, & eos, qui in Ieroſolymis erant, Antiochenos ſcribere. Quod cum Rex annuiſſet, & obtinuiſſet principatum, ſtatim ad gentilem ritum contribules ſuos transferre cœpit: & amotis his, quæ humanitatis cauſa Iudæis à Regibus fuerant conſtituta, & per Ioannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & ſocietate functus eſt legatione, legitima ciuium iura deſtituens, praua inſtituta ſanciebat. Etenim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere, & optimos quoſque ephebórum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc non initium, ſed incrementum

E

quoddam, & profectus gentilis, & alienigenæ conuerſationis, propter impij & non ſacerdotis Iaſonis nefarium & inauditum ſcelus: ita vt Sacerdotes iam non circa altaris officia dediti eſſent, ſed contempto templo, & ſacrificiis neglectis, feſtinarent participes fieri palæſtræ, & præbitionis eius iniuſtæ, & in exercitiis diſci, & patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur: quarum gratia periculoſa eos contentio habebat, & eorum inſtituta æmulabantur, ac per omnia his conſimiles eſſe cupiebant, quos hoſtes & peremptores habuerant. In leges enim diuinas impie agere impune non cedit: ſed hoc tempus ſequens declarabit. Cum autem quinquennalis agon Tyri celebraretur, & Rex præſens eſſet, miſit Iaſon facinoroſos ab

Iaſon Ieſus ante Vocabatur: & Onias: poſtea Menelaus ab Antiocho ſic nominatus: ait Ioſeph. 12. ant. c. 6

Ieroſolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in ſacrificium Herculis, quas poſtulauerunt hi, qui aſportauerant, ne in ſacrificiis erogarentur, quia non oporteret, ſed in alios ſumptus eos deputari. Sed hæc oblata ſunt quidem ab eo, qui miſerat in ſacrificium Herculis: propter præſentes autem data ſunt in fabricam nauium triremium. Miſſo autem in Ægyptum Apollonio Mneſthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris Regis, cum cognouiſſet alienum ſe à negotiis regni effectum, propriis vtilitatibus conſulens, profectus inde venit Ioppen, & inde Ieroſolymam. Et magnifice ab Iaſone & ciuitate ſuſceptus, cum facularum luminibus & laudibus ingreſſus eſt: & inde in Phœnicem exercitum conuertit. Et poſt triennij tempus miſit Iaſon Menelaum ſupradicti Simonis fratrem portantem pecunias Regi, & de negotiis neceſſariis reſponſa perlaturum. At ille commendatus Regi, cum magnificaſſet faciem poteſtatis eius, in ſemetipſum retorſit ſummum Sacerdotium, ſuperponens Iaſoni talenta argenti trecenta. Acceptiſque à Rege mandatis venit, nihil quidem habens dignum ſacerdotio: animos vero crudelis tyranni, & feræ belluæ iram gerens. Et Iaſon quidem, qui proprium fratrem captiuauerat, ipſe deceptus, profugus in Ammaniten expulſus eſt regionem. Menelaus autem principatum quidem obtinuit: de pecuniis vero Regi promiſſis nihil agebat, cum exactionem faceret Soſtratus, qui arci erat præpoſitus: nam ad hunc exactio vectigalium pertinebat: quam ob cauſam vtrique ad Regem ſunt euocati. Et Menelaus amotus eſt à ſacerdotio, ſuccedente Lyſimacho fratre ſuo: Soſtratus autem prælatus eſt Cypriis. Et cum hæc agerentur, contigit Tarſenſes & Mallotas ſeditionem mouere, eo quod Antiochidi Regis concubinæ dono eſſent datæ. Feſtinanter itaque Rex venit ſedare illos, relicto ſuffecto vno ex comitibus ſuis Andronico. Ratus Menelaus autem accepiſſe ſe tempus opportunum, aurea quædam vaſa è templo furatus donauit Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas ciuitates. Quod cum certiſſime cognouiſſet Onias, arguebat eum, ipſe in loco tuto ſe continens Antiochiæ ſecus Daphnem. Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat, vt Oniam interficeret. Qui cum veniſſet ad Oniam, & datis dexteris cum iureiurando, (quamuis eſſet ei ſuſpectus) ſuaſiſſet de aſylo procedere, ſtatim eum peremit, non veritus iuſtitiam. Ob quam cauſam non ſolum Iudæi, ſed etiam aliæ quoque nationes indignabantur, & moleſte ferebant de nece tanti viri iniuſta. Sed regreſſum Regem de Ciliciæ locis adierunt Iudæi apud Antiochiam, ſimul & Græci: conquerentes de iniqua nece Oniæ. Contriſtatus itaque eſt animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad miſericordiam, lachrymas fudit, recordatus defuncti ſobrietatem & modeſtiam: accenſiſque animis Andronicum purpura exutum, per totam ciuitatem iubet circumduci: & in eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiſerat, ſacrilegum vita priuari, Domino illi condignam retribuente pœnam. Multis autem ſacrilegiis in templo à Lyſimacho commiſſis Menelai conſilio, & diuulgata fama, congregata eſt multitudo aduerſum Lyſimachum, multo iam auro exportato. Turbis autem inſurgentibus, & animis ira repletis, Lyſimachus armatis fere tribus millibus iniquis manibus vti cœpit, duce quodam tyranno, ætate pariter & dementia prouecto. Sed vt intellexerunt conatum Lyſimachi, alij lapides, alij fuſtes validos arripuere: quidam vero cinerem in Lyſimachum iecere. Et multi quidem vulnerati, quidam autem & proſtrati, omnes vero in fugam conuerſi ſunt: ipſum etiam ſacrilegum ſecus ærarium interfecerunt. De his ergo cœpit iudicium aduerſus Menelaum agitari. Et cum veniſſet Rex Tyrum, ad ipſum negotium detulerunt miſſi tres viri à ſenioribus. Et cum ſuperaretur

A *Menelaus, promiſit Ptolemæo multas pecunias dare ad ſuadendum Regi. Itaque Ptolemæus in quodam atrio poſitum, quaſi refrigerandi gratia, Regem adiit, & deduxit à ſententia: & Menelaum quidem vniuerſæ malitiæ reum criminibus abſoluit: miſeros autem, qui etiam ſi apud Scythas cauſam dixiſſent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit. Cito ergo iniuſtam pœnam dederunt, qui pro ciuitate, & populo, & ſacris vaſis cauſam proſecuti ſunt. Quam ob rem Tyrii quoque indignati, erga ſepulturam eorum liberaliſſimi extiterunt. Menelaus autem propter eorum, qui in potentia erant, auaritiam permanebat in ciuitate, creſcens in malitia ad inſidias ciuium.*

B

CAP. IV.

S*Imon autem.* Hæc eſt ſecunda pars huius partis, in qua poſtquã deſcripta eſt tribulatio, vt inchoata ſub Seleuco Eupatore, hic deſcribitur, vt perfecta ſub Antiocho Epiphane: Et primo ponitur Regis interna ſeditio, & ſecundo Regis externa oppreſſio, vt in cap. 5. & tertio gentilis introductio vt cap. 6. quarto legalium perſequutio, vt cap. 7. Circa primam partem notandum, quod fuit quadruplex tribulatio ſecundum quadruplicem vſurpationem ſacerdotii. Prima fuit ſub Simone, de qua dictum eſt. Secunda ſub Iaſone, ibi, *Sed poſt Seleuci vitæ exceſſum.* C Tertio ſub Menelao, ibi, *& poſt triennij tempus miſit Iaſon.* Quarta ſub Lyſimacho, ibi, *multis autem ſacrilegiis.* Circa primam partem ponit tantum Simonis proteruiam; ſecundo Oniæ Pontificis prudentiam, ibi, *ſed cum amicitia. Sed poſt Seleuci.* Iſta eſt pars principalis huius capitis, in qua ponitur perſecutio ſub Iaſone, & agitur de mali propoſiti executione, ibi, *quod cum amiſiſſet*, & de populi propter hoc afflictione, ibi, *erat autem hoc*, & de legalis ritus abolitione, ibi *ſacerdotes non iam*, & demum ſexto de Regis honorabili receptione, ibi, *cum autem qui*, &c. *Et poſt triennij.* Tertia pars, in qua ponitur perſequutio ſub Menelao, vbi primo ponit Author, Menelaum expulſo D Iaſone in ſacerdotium ſuccedẽtem, & ſecundo ponit incidenter Regem Antiochum ad partes remotas recedentem, ibi, *Et cum hæc agerentur.* Circa primum primo ponitur, quomodo Menelaus à Iaſone ad Regem tranſmittitur, ſecundo quomodo maiora promittens Regi, illi ſacerdotium conſtituitur, ibi, *at ille commendatus*, tertio quomodo exigentibus demeritis ſuis, Iaſon de terra expellitur, ibi, *& Iaſon quidem*, quarto quomodo Menelaus pro pecunia non ſoluta à Rege impetitur, ibi *De pecuniis vero*, &c. Circa illam ſecũdam partem, *Et cum hæc agerentur*, primo deſcribit Regia pecuniam deficientem, E ſecundo Menelaum iterum ſacrilegium exercentem, ibi, *ratus Menelaus*, tertio Oniam ipſum corripientem, ibi, *Quæ cum certiſſime cognouiſſet*: quarto Menelaum de morte Oniæ Andronico Regis vicario ſuadentem, & ipſum inducentem, ibi, *vnde Menelaus accedens*: quinto Andronicum in dolo & proditione omnes interficientem, ibi, *Qui cum adueniſſet ad Oniam*: ſexto ipſum ex indignatione facinoris Regem adeuntem, & de Andronico conquerentem, ibi, *Ob quam cauſam non ſolum Iudæi.* Septimo regem ponit offenſum, & Andronicum occidi iubentem, ibi. *Contriſtatus eſt itaque animo Antiochus. Multis autem ſacrilegiis.* Quarto pars eſt de tribulatione, quę facta fuit ſub Lyſimacho. Et in hac parte primo agitur de morte Lyſimachi, propter mala quæ fecerat Menelai conſilio: ſecundo iterum reuertitur ſuper factum

factum Menelai apud Regem accuſati. Circa mortem Lyſimachi ponitur primo eius ſacrilega tranſgreſſio; ſecundo populi indignatio, ibi, *& congregata eſt multitudo*, tertio ipſius defenſio, ibi, *Lyſimachus arma*, quarto exercitus impugnatio, ibi, *ſed vt intellexit*, quinto eius expiratio, ibi, *ipſum etiam ſacrilegum*. Circa ſecundam partem de Menelao primo ponitur, quomodo fuit accuſatus, ſecundo quomodo fuit condemnatus, ibi, *& cum veniſſet*, tertio quomodo fuit per Ptolomæum, ſibi data pecunia, excuſatus & liberatus, ibi, *& cum ſuperaretur Menelaus*, quarto quomodo populus innocens fuit condemnatus, ibi, *miſeros autem qui etiam*. Nunc ad literam. *Simon autem prædictus*, quia ipſe eſt, qui inſtigauit Seleucum ad mittendum Hieroſolymam. *Delator*, ideſt, proditor. *inſtigaſſet ad hæc*, ideſt, vt non veniſſet in ærarium: quod tamen erat omnino factum *Audebat*, Simon ſcilicet *neceſſarios*, ideſt, fideles amicos in hoc negotio, *homicida fieri*, per aliquos ſcilicet amicos Oniæ, *& Apollonium*, pro parte Simonis exiſtentem, & ab ipſo pecunia corruptum. *Celes*, regio erat in Syria, cui præerat Apollonius, *ad augendam*, ſi legatur, ad augendam, ab augeo, es: debet ſic concludi cum clauſula præcedente. *Et Apollonium inſanire ad augendam malitiam Simonis*, ideſt dicere, quod inſaniebat, vt augere poſſet, & promouere malitiam Simonis ad effectum. Si vero legitur, *ad angendam*, à verbo ango, angis, ideſt reſtringendam, tunc legatur cum clauſula ſequente, ideſt, cum facto Simonis, ſic quod Onias. *ad angendam*, ideſt, arctandam malitiam Simonis ad Regem ſe contulit. *à ſtultitia*, qua ſcilicet perſequebatur templum, & ærarium, & ſacerdotium. *Antiochus*. de iſto & Seleuco fratre ſuo ſatis dictum eſt ſupra lib. 1. cap. 1. ſimiliter & de iſto Iaſone & Menelao fratribus Oniæ magna eſt etiam mentio facta, & quomodo ad ritum gentilium ſe tranſtulere, & nomine gentilis ritus aſſumpſerunt. *Gymnaſium*. Gymnaſium proprie locus eſt, in quo homines ſe exercent ad luctam, & per accommodationem accipitur pro omni exercitio, & hic accipitur pro ſchola, in qua inſtruebantur pro ritu gentium *Ephæbiam*, ideſt, lupanar iuuenum: vt iam ſupra dictum eſt per omnia. *Antiochenos*, ab Antiochia dictos, quæ erat Metropolis in regno Antiochi. Volebat ergo iſte ad beneuolentiam Regis captandam, vt ciues Ieroſolymitani vocarentur Antiochenſes, quaſi in tali nomine maiorem gloriam conſequentes. Qui etiam de nomine Hieruſalem gaudebant. *per Ioannem patrem Eupolemi*. Notandum quod Ioannes fuit pater Eupolemi: & hic Ioannes fauorem habuit apud Reges Aſiæ, & fecit libertates fieri Iudæis, quas iſte Iaſon reuocauit. Hic Eupolemus eſt, qui functus eſt legatione pro Iudæis apud Romanos, vide ſupra cap. 8. & fuit ei gratus. Concluditur ergo ſic litera, *quæ fuerat conſtituta Iudæis à Regibus Aſiæ per Ioannem patrem Apollonii, qui apud Romanos, &c.* Vnde liquet, quod non refert Ioannem patrem ſed Apollonium filium. *praua inſtituta ſanciebat*, ſcilicet inſtituta gentium, vt Gymnaſium & Ephœbia. *Ephæborum*, ideſt, iuuenum imberbium. Ephœbus enim ſecundum Papiam eſt iuuenis imberbis. *Arce*, Sion ſcilicet. *optimos*, ideſt, pulcherrimos & nobiliſſimos iuuenes. *Erat autem hoc non initium*, id eſt, non primum præceptum Iaſonis, vel *non initium*, id eſt, non leue vel mediocre, vel *non initium*, ideſt, non ad tempus vel ad horam, ſed perpetuo ſecundum intentionem ſuam. *incrementum*, quia iſta duo erant de vilioribus & grauioribus obſeruationibus omnium gentilium. *Iaſonis inauditum ſcelus* iſtud fuit emptio ſacerdotii. Vnde ſecundum Au- A guſtinum dicitur, quod ignis, qui ſeptuaginta annis in aqua vixit, vendente Antiocho Iaſoni ſacerdotium, extinctus eſt *particeps fieri palæſtræ*, ideſt, exercitii corporalis, ſic vocati à quodam loco. *& præbitionis*, ideſt, traditionis: & dicitur à præbeo, præbes: vult dicere, quod ſacerdotes non erant occupati circa templum, ſed circa tale gentilium exercitium quod quidem habebat ſuas traditiones, ſicut alii ludi habent, & illas obſeruabant. *& in exercitio diſci*, id eſt, doceri, ideſt, cupiebant edoceri, & informari illos in exercitio paterno, vt legalem obſeruantiam. *Nihil* ideſt pro nihilo reputantes, *periculoſa contentio*, quia amore illarum obſeruationum vnus contendebat alium excellere, & probior apparere *periculoſa*, quia

B propter hoc exponebant ſe periculo punitionis diuinæ. Ideo ſequitur. *& iam leges diuinas. Cum autem quinquennalis*. Notandum eſt, quod iſte ludus fiebat de quinque annis in quinque, & ideo dicitur quinquennalis, & dicitur *Agon*, ideſt exercitium. Cum ergo idcirco fieret iſte ludus, ſic vocatus à quinto anno factum eſt iſtud quod ſequitur, à Iaſone volente Regi adulari præſenti. *Dydrachmas*, dicitur à dyo, quod eſt duo, & drachma, quod eſt denarius, habens certam impoſitionem pretii, & imaginem Regis *propter præſentes*, eos ſcilicet, qui erant in Tyro ad ludum: vel *præſentes*, qui ſcilicet pecuniam aſportauerunt, quia viderunt, quod non erat neceſſarium, eam expendi pro ſacrificiis Herculis, & petierunt de illa aliud fieri.

C *nauium triremiũ*, ideſt trium remorum ordinem habentium: & id forſan fecerunt, quia ludus erat aliquando in mari. *Miſſo autem*, ad intelligentiam huius literæ notandum eſt, quod Rex Ægypti habuit in vxorem ſororem Antiochi Cleopatram, & ex illa habuit filium nomine Ptolomæum Philometorem, cuius pater deceſſit ipſo adhuc puero, & ideo pro tẽpore eius negotia procurauit Antiochus auunculus ſuus, quouſque primates eius ab ipſo receſſerunt, vt hic dicitur. Vnde per Apolloniũ iſtum cognouit, iſtos rebelles eſſe, & ideo de ſuo negotio cœpit cogitare, quomodo ſcilicet contra Ieruſalem veniret. *regni*, ſcilicet Ægypti. *Supradicti Simonis fratrem*, qui accuſauit ærarium: & videtur hic fuiſſe

D frater Menelai. qui tamen Menelaus ſupra ſecundum Ioſephum, & Magiſtrum in hiſtoriis, dicitur frater Oniæ. Vnde colligitur, quod cum hic dicitur frater Simonis, intelligitur non carne, ſed moribus vnde gloſſa ait, fratrem: ideſt ſcelere parem, *cum magnificaſſet faciem poteſtatis eius*, ideſt extuliſſet vel honoraſſet muneribus, vt ei placeret. *ſuperponens Iaſoni*, ideſt amplius dans & prouidens regioni. Et notandum, quod hic fuit peſſimus in multis. Fuit enim proditor fratris, ſimoniachus in emendo ſacerdotium, & mendax in ſoluendo, & ſacrilegus in iurando, & homicida, imo & fratricida, omnia iſta patent hic, *mandatis*, ſcilicet quod pro ſummo Sacerdote haberetur. *proprium fratrem captiuauerat*, Oniam ſcilicet, quia iſte dominabatur prius. *nihil agebat*, ideſt, nihil agere

E poterat, quia Soſtratus præpoſitus à Rege conſtitutus omnia colligebat. Itaque Menelaus non habebat, quod poſſet portare: & ideo Soſtratus cogitabat accuſare eum apud Regem de defectu ſolutionis, in tantum, vt deponeretur, & Lyſimachus conſtitueretur. Quod videns Menelaus, furabatur vaſa templi, vt gratiam haberet: ſuper quo Onias vir bonus ipſum redarguebat. Quod ille ſuſtinere non valens, mortem eius per Andronicum cuſtodem terræ in abſentia Regis procurauit. *Vterque ad Regem ſunt euocati*, ideſt, Soſtratus accuſans, & Menelaus vt reus, *fratre ſuo*, non carne, ſed conſimili facinore. *Malletas* ideſt illos de Malo ciuitate ſic dicta. *dono eſſent dati*,

Textus expoſitio.

Auguſtin.

Ioſephus.

Frater dicitur non carne ſed moribus.

quia erant ſub dominio illius concubinæ. *dono data*, id eſt, poſiti, ſic vt prouideret vxoribus Regis de dote vnde forte de hoc erant indignati, quod ſuberant dominio talis mulieris, *& relicto ſuffecto*, ideſt, pro ſe præfecto. Ille enim, qui eſt in loco Regis, per comparationem ad Regem eſt ſuffectus, ſeu per comparationem ad ſubditos eſt prædictus *datis dextris*, Oniæ ſcilicet iuramento emiſſo, quod eum non interficeret. *quamuis eſſet ei ſuſpectus*, ſcilicet Andronicus Oniæ. quia bene cogitabat, quod iurabat in dolo, *azylo*. inuenitur azylo media correpta, & eſt genus muſcæ. quæ apibus eſt infeſta; & azylum in neutro genere etiã eſt locus priuilegiatus, à quo non licet A aliquem violenter extrahere: vnde quicunque locus eſt ſic priuilegiatus poteſt dici azylum. Deinde fuit B etiam talis locus quondam phanum, quod Remus & Romulus ædificarunt: ſed extenditur communiter ad omnem locũ inexpugnabilem, *de nece tanti viri iniuſta*, aut propter ſanctitatem viri iuſti, vel propter iuramentum præſtitum. *nationes aliæ*, ſcilicet, quæ erant cum Iudæis Antiochiæ, vt modo ſunt Perſiis, vel alibi. *De hiis cæpit iudicium*, propter quæ ſcilicet Lyſimachus interfectus erat, & de morte eius cuius occaſione & conſilio fuerat occiſus, vt dictum eſt. *miſeros autem*. ſupple, fecit Rex occidere homines bonos, qui Menelaum accuſauerant: qui tamen in veritate liberandi erant, & audiendi in tantum, vt C apud Scythas auditi eſſent. Hoc autem dicit, quia Scythæ ſunt crudeliſſimi & iniuſti; vnde ſenſus eſt, quod iſte Rex in hoc fuit iniuſtior & crudelior etiam Scythis. *Cito ergo*, ideſt ſine matura deliberatione. *pænam dederunt*. ſcilicet his hominibus qui *pro ciuitate, &c. indignati*, pro iniuſta eorum morte.

CAP. V.

Sign a incæ lo viſa ſuper Ieroſolymam: & Iaſon ciues ſuos perſequitur: ſed tandem encerimitur.

EOdem tempore Antiochus ſecundam profectionem parauit in Ægyptum. Contigit autem per vniuerſam Ieroſolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites diſcurrentes, auratas ſtolas habentes D *& haſtas quaſi cohortes armatas, & curſus equorum per ordines digeſtos, & congreſſiones fieri cominus, & ſcutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis diſtrictis, & telorum iactus, & aureorum armorum ſplendorem, omniſque generis loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum monſtra conuerti. Sed cum falſus rumor exiſſet, tanquam vita exceſſiſſet Antiochus, aſſumptis Iaſon non minus mille viris, repente aggreſſus eſt ciuitatem: & ciuibus ad murum conuolantibus, ad vltimum apprehenſa ciuitate; Menelaus fugit in arcem, Iaſon vero non parcebat in cæde ciuibus ſuis, nec cogitabat proſperitatem aduerſum cognatos malum eſſe maximum, arbitrans hoſtium & non ciuium ſe tropæa capturum. Et principatum quidem non obtinuit, finem vero inſidiarum ſuarum confuſionem accepit, & profugus iterum abiit in Ammanitem. Ad vltimum in exi-* E *tium ſuis concluſus ab Areta Arabum tyranno fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odioſus, vt refuga legum & execrabilis, vt patriæ & ciuium hoſtis, in Ægyptum extruſus eſt: & qui multos de patria ſua expulerat, peregre periit, Lacedæmonas profectus, quaſi pro cognatione ibi refugium habiturus: & qui inſepultos multos abiecerat, ipſe & illamentatus, & inſepultus abiicitur: ſepultura neque peregrina vſus, neque paterno ſepulchro participans. His itaque geſtis, ſuſpicatus eſt Rex ſocietatem deſerturos Iudæos: & ob hoc profectus ex Ægypto efferatus animis, ciuitatem quidem armis cepit. Iuſſit autem militibus interficere, nec parcere oc-* A *curſantibus. & per domos aſcendentes trucidare. Fiebant ergo cædes iuuenum ac ſeniorum, & mulierum, & natorum exterminia, virginumque & paruulorum neces. Erant autem toto triduo octoginta millia interfecti: quadraginta millia vincti, non minus autem venundati. Sed nec iſta ſufficiunt: auſus eſt etiam intrare templum vniuerſa terra ſanctius, Menelao ductore, qui legum & patriæ fuit proditor: & ſceleſtis manibus ſumens ſancta vaſa, quæ ab aliis Regibus & ciuitatibus erant poſita ad ornatum Dei & gloriam, contrectabat indigne, & contaminabat. Ita alienatus mente Antiochus, non conſiderabat, quod propter peccata habitantium ciuitatem modicum Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa* B *locum deſpectio, alioquin, niſi contigiſſet eos multis peccatis eſſe inuolutos, ſicut Heliodorus, qui miſſus eſt à Seleuco Rege ad expoliandum ærarium, etiam hic ſtatim adueniens flagellatus, & repulſus vtique fuiſſet ab audacia. Verum non propter locum gentem: ſed propter gentem locum Deus elegit. Ideoque & ipſe locus particeps factus eſt populi malorum, poſtea autem fiet ſocius bonorum. & quidereliſtus in ira Dei omnipotentis eſt, iterum in magni Domini reconciliatione ſumma gloria exaltabitur. Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam egreſſus eſt, exiſtimans, ſe præ ſuperbia terram ad nauigandum, pelagus vero ad iter agendum deducturum propter* C *mentis elationem. Reliquit autem & præpoſitos ad affligendam gentem: Ieroſolymis quidem Philippum genere Phrygem, crudeliorem eo ipſo, à quo conſtitutus eſt: in Garizim autem Andronicum & Menelaum, qui grauius quam cæteri imminebant ciuibus. Cumque appoſitus eſſet contra Iudæos, miſit odioſum Principem Apollonium cum exercitu viginti & duobus millibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere. Qui cum veniſſet Ieroſolymam, pacem ſimulans, quieuit vſque ad diem ſanctum ſabbathi: & tunc feriatis Iudæis, arma capere ſuis præcepit. Omneſque, qui ad ſpectaculum proceſſerant, trucidauit: & ciuitatem cum armis diſcurrens, ingentem multitudinem peremit. Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, ſeceſſerat in deſertum locum, ibique inter feras vitam in* D *montibus cum ſuis agebat: & fæni cibo veſcentes demorabantur, ne participes eſſent coinquinationis.*

Iudas decimus Sacerdos: à compoto Seleuci primi Regis Syriæ. ita Philo & Rabanus poſt eum.

CAP. V.

EOdem tempore Antiochus. Poſtquam poſita eſt Principum interna ſeditio? hic ponitur Regis externa oppreſſio, & prima fuit cauſa huius ſecundæ: propter hoc enim, vt dictum eſt ſupra lib. 1. capite 1. Andronicus inuaſit Iudæos, quia inter ſe diſſentiebant: & in hoc cap. ponitur quadruplex impugnatio. Prima eſt à Iaſone æſtimante Regem mortuum. Secunda à Rege propter facta Iaſonis, ibi, *his itaque geſtis*. Tertia alienorum ad imperium E Regis, ibi, *igitur Antiochus*. Quarta Apollonii legati Regis, ibi, *ſemper appoſitus &c.* Circa primam primo ponit Regis in Ægyptum profectionem, ſecundo monſtrorum apparitionem, ibi, *contigit autem*, tertio falſam de morte Regis opinionem, ibi, *ſed cum falſus*, quarto Iaſonis inſurrectionem, ibi. *aſſumptis*, quinto eius expulſionem, ibi, *& profugus*. In ſecunda parte, *his itaque geſtis*, primo agit de Antiochi perſecutione: ſecundo oſtendit author, quod id ſuſtinuit pro peccatorum ſuorum punitione ibi, *ita alienatus mente*, tertio, quod ipſe Dominus templum releuaturus erat in magnam eorum conſolationem, ibi, *verum non propter locum gentem*. Circa

Vide eundẽ 1. 2 q 104. art. 4. ad 1.

primum

Primum introducit Antiochum contra Iudæos ſæuientem: ſecundo ipſos in Ieruſalem indifferenter interficientem, ibi. *iuſſit autem*, tertio vaſa ſacra ignominioſe & irreuerenter diripientem, ibi, *ſed nec iſta*. Circa primam principalem partem ponit Antiochi contemptam ſuperbiam: ſecundo eius iuſſionem crudelem & nefariam, ibi, *reliquit autem & ſuſpectos*. Quarta pars principalis ponitur ibi, *Cumque appoſitus eſſet*, in qua ponitur impugnatio per Apollonium legatum regis: & primo agitur de eius iuſſione: ſecundo de eius diſſimulatione: tertio de Iudæorum occiſione, & ſabbathi obſeruatione: quarto de Iuda Machabæo, & de ſuorum in montibus conuerſatione, & malorum elongatione. Sed iam ad literam. Et primo notandum eſt, quod iam nunc incipit reuerti ad hiſtoriam 1. lib. *ſecundum profectionem*, creditur illa fuiſſe, de qua lib. 1. cap. 1. dicitur, Et paratum eſt regnum in conſpectu Antiochi. *conuenit autem*, ſcilicet eo tempore, quod Antiochus erat in Ægypto. *equites diſcurrentes*. Notandum eſt, quod iſta ſigna præludia erant ſanguinis Iudæorum per hoſtes affundendi, & talia, & multo maiora contigerunt Ieroſolymis per totum annum præcedentem deſtructionem eius ſub Tito & Veſpaſiano, vt recitat Ioſephus: dicit enim, quod ſtella præfulgens gladio per omnia ſimilis ſupra ciuitatem rutilans manebat, & cometes exitialibus flammis ante per totum annum viſus eſt ardere, ſed & ante exitum temporis & belli in feſto azymorum octaua die menſis Aprilis hora nona noctis tantum fulgur aram templumque circumdedit, vt putarent omnes diem clariſſimum factum, & permanſit mediæ horæ ſpatio. Eodem etiam feſto bos, cum ad victimam duceretur, agnum in medio phano peperit, inter manus miniſtrorum. Sed & ianua interiorum ædium templi, quæ reſpiciebat ad orientem, cum eſſet ærea vel ære multi ponderis veſtita, vel ſuper-tecta, ita vt vix à decem viris impellentibus eam clauderetur: ferreis quoque vectibus ſeriſque munita repente hora noctis ſexta apparuit patefacta; ſed & hoc, ſicut & lumen nocturnum, ſignum optimum putabatur. Deum namque bonorum omnium portam illis aperuiſſe dicebant: aliqui prudentiores tamen tutamen templi diſſoluendum iri, & hoſtibus portas aperiendas putabant. Et poſtea viceſima prima die Maii, prope ſolis occaſum, viſi ſunt currus & quadrigæ in omnem regionem per aëra ferri, & armatorum cohortes inferri nubibus, & vrbes circumdari agminibus improuiſis. In ſequenti autem feſto Pentecoſtes noctu Sacerdotes templum ad miniſterium implendum ex more ingreſſi, primum quidem motus quoſdam ſtrepituſque ſenſerunt, & demum voces quaſdam ſonantes, Migremus hinc. Hoc etiam quidam plebeius & ruſticus, Ieſus nomine, quatuor annos ante bellum in feſto tabernaculorum repente clamare cœpit, Vox ab oriente, vox ab occidente, vox à quatuor ventis, vox ſuper Ieroſolymam, & ſuper templum, vox ſuper ſponſos & ſponſas, vox ſuper populum: & diu noctuque circumiens iſta clamabat, & verberibus ac flagris vſque ad oſſa laniatus iuſſu præfecti vrbis Albini, neque lachrymas fudit, nec preces, ſed eandem vocem miſerabiliter, & cum quodam vlulatu emittens ad ſingulos fere ictus proferebat, addens & hoc, Væ, væ Ieroſolymis; & ſic clamabat vſque ad belli tempus quotidie, & maxime in feſtis diebus. Væ, væ Ieroſolymis. Itque per ſeptem annos faciens; neque voce raucior fuit, nec laborauit, donec obſidionis tempore circumiens ſupra murum iterum, Væ, væ ciuitati & fano ac populo, voce maxima clamabat.

Textus expoſitio

Ioſeph l. 7. de bell. Iud. cap. 12.

Plura ſigna quæ deſtructionē Ieroſolymæ præceſſerunt.

Permittiтur commotas mentes tempore diuina viſiones.

Nota angelorum voces

Quæ plebeius quidam homo ante deſtructionem Hieroſolymæ prædixit.

A Cum autem ad extremum addidiſſet, Væ etiam & mihi, lapis tormento aliquo dimiſſus ipſum inter voces iſtas peremit. *Digeſtos*, id eſt, diuiſos & diſtinctos, *motus*, id eſt, ſonus adinuicem conflagrantium, *exceſſiſſet*, id eſt, exiuiſſet, quia dicebatur, quod mortuus eſſet. *conuolantibus*, vt ſcilicet ciuitatem defenderent. *arcem*, Sion. *exitium*, aliqui libri habent, in exitum, ſcilicet mortis, & idem eſt. *Lacedæmonios*, id eſt, Spartiatas, qui erant fratres & amici Iudæorum ſupra lib. 1. capit. 12. *His itaque geſtis*, vſque ad locum iſtum recitauit author aliqua, quæ in libro 1. non fuerunt dicta, & videntur illa fuiſſe occaſio, vt Antiochus inſurgeret in Iudæos, & totum iſtud debet legi in primo. vel præſupponi in cap. 1. lib. 1. *Deſer-*

B *turos*, id eſt rebellaturos, *efferatis*, id eſt, irrefrænatis, *occurſantibus*, id eſt occurrentibus, & miſericordiam petentibus: & hoc fuit magna crudelitas. *Menelao ductore*, non ille qui fuerat reconciliatus, ſupra 4. ſed alius, quia ille ſtatim fuit mortuus: niſi forte dicatur quod de morte ſua dictum fuit prius nimis cito & per anticipationē propter continuationem hiſtoriæ. *grauius quam cæteri*, quia Iudæi erant, & ideo magis erant moleſti. Vnde argumentum ſumitur, quod illi, qui ſunt aliis domeſtici, ſi fiant eis ſuperiores, fiunt eis moleſtiores. *Cumque appoſitus eſſet*, id eſt firmatus & obſtinatus ad nocendum eis. *miſit odioſum Apollonium*. Nota concordiam primi libri, & huius

C ſecundi. Nam ita accidit, quod Mathathias & Iudæi alii videntur prædictas abominationes factas in templo & ciuitate per Regem, fugerunt extra, vt dicitur hic, & lib. 1. cap. 2. & alii, qui remanſerunt adhuc in ciuitate, vt expreſſe dicitur hic, poſtea fugerunt, vt dicitur lib. 1. cap. 1. & iſti fuerunt, qui ab Apollonio in die ſabbathi fuerunt interfecti in ciuitate partim, & partim fugientes, & ita ſaluatur vtraque litera & ita non agitur hic de illo inſultu Apollonii, quem fecit ſupr. lib. 1. c. 3. in quo vicit eum Iudas. Ille enim fuit ſecundus conflictus, *Iudas autem*, hic præmittitur tota hiſtoria ſupra poſita in c. 2. de Mathathia & genealogia eius, & venitur ad Iudam, qui decimus fuit, & fuit ſummus Sacerdos, non ſimpliciter lo-

D quendo de omnibus poſt Salomonem, vt patet in catalogo eorum ſuprapoſito: ſed fuit decimus, computando à regno Græcorum, à quo incipit hæc hiſtoria, vt patet ex primo libro. Et primus tempore Seleuci Nicanoris fuit Onias Iaddi filius: ſecundus fuit Simon Iuſtus Oniæ filius: tertius Eleazarus frater Simonis: quartus Manaſſes Eleazari auunculus: quintus Onias Simonis Iuſti filius: ſextus Simon Oniæ filius: ſeptimus Onias Simonis filius, à quo ſupra quarto, fuit occiſus: octauus Iaſon peſſimus iſtius Oniæ frater: nonus Menelaus peior fratre: decimus Iudas, qui ſummo ſacerdotio diuino iudicio deſtituto, ipſum ſacerdotium ſummum accepit. Sed cur

E non fit mentio de Lyſimacho? Reſpondetur, quod quia ſtatim interfectus fuit. Vnde nihil aliud fecit ad officium ſacerdotii pertinens, niſi tantum ſacrilegia, vt dictum eſt ſupra capite quarto. Alii vero, etſi mali fuerunt, tamen aliquid ex officio perfecerunt.

Numerus & nomina ſummorum Pontificum à regno Græcorum vſque ad Iudam Machab.

Obiectio.

CAP. VI.

*S*Ed non poſt multum temporis miſit Rex ſenem quendam Antiochenum, qui compelleret Iudæos, vt ſe transferrent à patriis & Dei legibus: contaminare etiam quod in Ieroſolymis erat templum, & cognominare Iouis Olympii, & in Garizim, prout erant hi, qui locum

Iudæi coguntur relinquere legem Dei: ac templum violatur à gentilibus.

Garizim mons eſt ale- … in Gebal.

A *inhabitabant. Iouis Hoſpitalis. Peſſima autem, & vniuerſis grauis erat malorum incurſio: nam templum luxuria & comeſſationibus Gentium erat plenum, & ſcortantium cum meretricibus ſacratiſque ædibus mulieres ſe vltro ingerebant, introferentes ea, quæ non licebat. Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Neque autem ſabbatha cuſtodiebantur, neque dies ſolemnes patrij ſeruabantur, nec ſimpliciter Iudæum ſe eſſe quiſquam confitebatur. Ducebantur autem cum amara neceſſitate in die natalis Regis ad ſacrificia: & cum Liberi ſacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire. Decretum autem exiit in proximas gentilium ciuitates, ſuggerentibus Ptolemais, vt pari modo & ipſi aduerſus Iudæos agerent, vt ſacrificarent:* B *eos autem, qui nollent tranſire ad inſtituta gentium, interficerent: erat ergo videre miſeriam. Duæ enim mulieres delatæ ſunt natos ſuos circumcidiſſe: quas infantibus ad vbera ſuſpenſis, cum publice per ciuitatem circumduxiſſent, per muros præcipitauerunt. Alii vero ad proximas coeuntes ſpeluncas, & latenter ſabbathi diem celebrantes, cum indicati eſſent Philippo, flammis ſuccenſi ſunt: eo quod verebantur propter religionem & obſeruantiam, manu ſibimet auxilium ferre. Obſecro autem eos, qui hunc librum lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent ea, quæ acciderunt, non ad interitum ſed ad correptionem eſſe generis noſtri. Etenim multo tempore non ſine peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere magni beneficii eſt indicium.* C *Non enim ſicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat, vt eas cum iudicii dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat, ita & in nobis ſtatuit, vt peccatis noſtris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet. Propter quod nunquam quidem à nobis miſericordiam ſuam amouet. corripiens vero in aduerſis populum ſuum, non derelinquit. Sed hæc nobis ad commonitionem legentium dicta ſint paucis. Iam autem veniendum eſt ad narrationem. Igitur Eleazarus vnus de primoribus Scribarum, vir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians, compellebatur carnem porcinam manducare. At ille glorioſiſſimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntarie præibat ad ſupplicium. Intuens autem, quemadmodum oporteret accedere, patienter* D *ſuſtinens, deſtinauit non admittere illicita propter vitæ amorem. Hi autem, qui adſtabant, iniqua miſeratione commoti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum ſecreto rogabant afferri carnes, quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur manducaſſe, ſicut Rex imperauerat de ſacrificii carnibus: vt hoc facto à morte liberaretur, & propter veterem viri amicitiam hanc in eo faciebant humanitatem. At ille cogitare cœpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem: atque à puero optimæ conuerſationis actus, & ſecundum ſancta & à Deo condita legis conſtituta, reſpondit cito dicens, præmitti ſe velle in infernum: Non enim ætati noſtræ dignum eſt, inquit, fingere: vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe* E *ad vitam alienigenarum; & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ ſenectuti conquiram. Nam etſi in præſenti tempore ſupplicijs hominum eripiar, ſed manum Omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam. Quam ob rem fortiter vita excedendo, ſenectute quidem dignus apparebo: adoleſcentibus autem exemplum forte relinquam, ſi prompto animo, ac fortiter pro grauiſſimis ac ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfungar. His dictis confeſtim ad ſupplicium trahebatur. Hi autem, qui eum ducebant, & paulo ante fuerant mitiores: in iram conuerſi ſunt propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur. Sed cum plagis perimeretur, ingemuit, & dixit, Domine, qui habes ſanctam ſcientiam, manifeſte tu ſcis, quia cum à morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo dolores: ſecundum animam vero propter timorem tuum libenter hæc patior. Et iſte quidem hoc modo vita deceſſit, non ſolum iuuenibus, ſed & vniuerſæ genti memoriam mortis ſuæ ad exemplum virtutis, & fortitudinis derelinquens.*

CAP. VI.

Sed non poſt multum temporis. Hæc eſt tertia pars à quarto capite diuiſa, in qua poſtquam poſita fuit principum debellatio, & Regis impugnatio: hic ad augendam malitiam ponitur gentilis ritus introductio, & primo introducitur gentilis obſeruatio: ſecundo infligitur non obedientibus pœnæ vexatio, ibi, *erat ergo hæc videre miſeria.* Circa primum ponitur, quomodo populus à legali obſeruantia vertitur; & ſecundo, quomodo idololatria introducitur, ibi, *& cognominare Iouis*, tertio, quomodo templum luxuria polluitur, ibi, *peſſima autem* quarto, quomodo ritus legalis interrumpitur, ibi, *Nam neque ſabbatha*, quinto, quomodo populus non obediens interficitur, ibi, *Ducebantur autem.* Circa ſecundam partem de punitione agitur non obedientium. Et notandum, quod tria perſequebatur, primo circumciſionem, ſecundo ſabbathi ſanctificationem ibi, *alij vero ad proximos*, tertio ciborum diſcretionem ibi, *igitur Eleazarus.* Secunda diuiditur, quia primo ponit obſeruantium ſabbathum perfectionem, ſecundo vt conſulat miſeriæ audientium, & vt inconuenientia iſta euadant monitionem & informationem, ibi, *obſecro autem ad eos.* & in illa oſtendit, mala euenire eis, primo non ex Dei reprobatione, ſed ex eius miſeratione: ſecundo, quod alia Dei punitio procedit ex dilectione: tertio quod tarda expectatio prouenit ex peccatorum maiori punitione. Circa illam partem; *Igitur Eleazarus*, ponuntur multa, quæ ſunt memoria digna, quia iſte ſenex fuit ſpectaculum & exemplar conſtantium martyrum futurorum. Et primo, deſcribit factam ſibi violentiam, ibi, *compellebatur*, ſecundo eius probitatem & conſtantiam, ibi, *at ille*, tertio eorum deceptoriam ſimulationem, ibi, *hi autem qui aſtabant.* quarto eius diſcretam reſponſionem: ibi, *at ille cogitare*, quinto eorum arctiorem perſecutionem, ibi, *his dictis*, ſexto eius orationem & conſummationem, ibi, *Domine qui habes.* Et notandum, quod in ſua reſponſione poſuit plura, quæ illum retraxerunt: primo ſuæ ſanctitatis antiquitatem: ſecundo ſuæ legis bonitatem: tertio ſuæ mortis breuitatem, quarto famæ authoritatem, quinto diuini iudicii ſeueritatem, quæ omnia patent in litera. Nunc it ad literam. *à patrijs & Dei legibus*, idest, à cuſtoditis legibus à patribus, *& cognominare* idem, vt templum, quod erat in Hieruſalem, nominaret à Ioue, cuius idolum ibi erat, vt tactum eſt ſupra libro 1. capit. 1. *Olympii*, idest, qui in monte Olympio colebatur Iupiter, & ideo mons Olympus dicebatur mons Iouis. Volebat ergo Rex, vt ita nominaretur templum Iouis, quemadmodum & illic, *Iouis Hoſpitalis*, ſic dicebatur, quia hoſpitibus fauere credebatur. *& in Garizim*, Garizim erat templum Iouis primo ædificatum à Samaritanis in honorem Dei Iudæorum tempore, quo Cyrus fuit eis fauorabilis, vel Alexander Magnus, vt dictum eſt ſupra lib. 1. cap. 1. Qui poſtea tempore Antiochi, quando viderunt eum eſſe infeſtum Iudæis, & eorum legi, & colere Iouem, dedicauerunt illud in

Textus expoſitio.

honorem

honorem Iouis, *Antiochenum*, & hoc procuratione Iaſonis, qui eos, qui erant Ieroſolymis, vocabat Antiochenos, vide ſupra. cap. 4. *Libero*, proprium nomen Dei eſt ipſius Regis: vnde *Libero* ideſt, Baccho, qui erat apud antiquos Deus vini, & iſtum in natali ſuo Rex præcipiebat coli, quia illum ſibi fauorabilem eſſe credebat. Liberum autem Deum vini appellabant, quia vinum prouocat ad luxuriam, & prouocati ad illam libant maſculos, &c. Vnde cum corpore muliebri delicato ipſum Liberum depingi faciebant antiqui. In tali ergo celebratione natalis Regis Iudæi compellebantur. *Circuire Libero*, ideſt, verſari circumquaque apud imaginem illam, quod erat profanum. Et notandum, quod gentiles antiquitus diem natiuitatis ſuæ celebrabant, quia tunc ad ſolatia & luxus vitæ præſentis intrabant, poſt quæ maiora non expectabant. Econtrario catholici Christiani diem obitus ſui feſtiuum habent, quia tunc ad gaudia recipiuntur æterna, *Ptolemais*, ideſt ſequentibus Ptolomæum, qui erat dux Cœles Syriæ i. denuntiatæ & accuſatæ. *Duæ*, hoc dicitur lib. 1. c. 1. *quibus*, verior litera habet, *quas*. *Alii vero ad proximas coeuntes ſpeluncas*, de hoc ſupra libr. 1. cap. 1. illi ſunt, qui extra ciuitatem ſe permiſerunt occidi propter obſeruantiam ſabbathi, de quibus ibidem dicitur: ſupra tamen habetur, quomodo aliqui propter eandem cauſam fuerunt occiſi. *Non ad interitum* Hoc verum eſt, quoniam non fuit ex intentione Dei ſed ex malitia populi. *ex ſententia*, id eſt ſecundum quod ipſi ſentiunt vel iudicant. *beneficii eſt iudicium*, Contra, quia Deus reputatur pius & benignus in expectando peccatores, & non puniendo ſtatim. Reſpondetur, quod adbibino pœnæ eſt duplex: vel eſt ad punitionem iudicatoriam, & quoad hoc, expectare peccatores eſt miſericordiæ, & Deus, quantum ad hoc, dicitur miſericors retributor. Vel eſt ad remedium & præſeruationem culpæ faciendæ: & tunc cito eam infligere, eſt miſericordiæ, ſicut contingit de infirmo corporali, & hoc modo loquitur hic. *primoribus*, ideſt prioribus. *præmitti ſe velle in infernum*, ideſt in limbum vel in mortem: accipitur enim infernus aliquando in ſcriptura & apud patres ſecundum illud Gen. c. 37. de Iacob, Deducetis canos meos cum mœrore ad infernum. Sed verum eligibilius & rationabilius homini iuſto, eligere infernum etiam proprie dictum, quam committere vllum peccatum mortale. De hoc alibi. *execrationem*, ideſt, maledictionem, quia ſequentes dixiſſent: Maledictus ille, qui hoc fecit, & ita ille omnes alios corrupit.

Cur gentiles diē natiuitatis ſuæ celebrant, non autem Christiani.

B

Obiectio.

C

Vide D. Tho. 3 p. q. 52. ar. 2. ad 4. & q. 69. art. 3. ad 3. & 2. 2. qu. 111. art. 1. in cor. & qu. 123. art. 5. De hoc idem in 4. ſent. diſt. 17. q. 2. ad 4. qu. 1. ad 4. & in Quodlibeto 1. art. 9. in corp.

Infernus in ſcript. aliquando ſignificat limbum vel mortem

D

CAP. VII.

Martyrium ſeptem fratrum atque matris eorum ſimul Ambroſ. de offic. c. 41. lib. 1. & Cypr. li. 4. epiſtolarū, Epi. 6. Mater Machabæorum Salamona dicebatur, & primus filius Machabæus, de quo loſeppus in libro ſuo de eorum martyrio.

C*Ontigit autem, ſeptem fratres vna cum matre ſua apprehenſos, compelli à Rege edere contra fas carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos. Vnus autem ex*
E
illis, qui erat primus, ſic ait: Quid quæris, & quid vis diſcere à nobis? parati ſumus mori magis, quam patrias Dei leges præuaricari. Iratus itaque Rex, iuſſit ſartagines & ollas æneas ſuccendi. Quibus ſtatim ſuccenſis, iuſſit ei, qui prior fuerat loquutus, amputari linguam: & cute capitis abſtracta, ſummas quoque manus & pedes ei præſcindi, cæteris eius fratribus & matre inſpicientibus. Et cum iam per omnia inutilis factus eſſet, iuſſit ignem admoueri, & adhuc ſpirantem torreri in ſartagine: in qua cum diu cruciaretur, cæteri vna cum matre inuicem ſe hortabantur mori fortiter, dicentes: Dominus Deus aſpiciet veritatem, & conſolabitur in

A *nobis, quemadmodum in proteſtatione cantici declarauit Moyſes: Et in ſeruis ſuis conſolabitur. Mortuo itaque illo primo hoc modo, ſequentem deducebant ad illudendum: & cute capitis eius cum capillis abſtracta, interrogabant ſi manducaret, prius quam toto corpore per membra ſingula puniretur. At ille reſpondens patria voce, dixit: Non faciam. Propter quod & iſte ſequenti loco primi tormenta ſuſcepit: & in vltimo ſpiritu conſtitutus ſic ait: Tu quidem ſceleſtiſſime in præſenti vita nos perdis: ſed Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus in æterna vitæ reſurrectione ſuſcitabit. Poſt hunc tertius illuditur, & linguam poſtulatus cito protulit, & manus conſtanter extendit, & cum fiducia ait: E cœlo iſta poſſideo, ſed propter Dei leges nunc hæc ipſa deſpicio,*
B *quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero: ita vt rex, & qui cum ipſo erant, mirarentur adoleſcentis animum, quod tanquam nihilum duceret cruciatus. Et hoc ita defuncto, quartum vexabant ſimiliter torquentes. Et cum iam eſſet ad mortem, ſic ait, Potius eſt ab hominibus morti datos ſpem expectare à Deo, iterum ab ipſo reſuſcitandos: tibi enim reſurrectio ad vitam non erit. Et cum admouiſſent quintum, vexabant eum. At ille reſpiciens in eum, dixit: Poteſtatem inter homines habens, cum ſis corruptibilis, facis quod vis: noli autem putare, genus noſtrum à Deo eſſe derelictum: tu autem patienter ſuſtine, & videbis magnam poteſtatem ipſius, qualiter te & ſemen tuum torquebit. Poſt hunc ducebant ſextum. & is mori incipiens, ſic ait: Noli fruſtra errare: nos enim propter noſmetipſos hæc patimur, peccantes in Deum no-*
C *ſtrum, & digna admiratione facta ſunt in nobis: tu autem ne exiſtimes tibi impune futurum quod contra Deum pugnare tentaueris. Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat propter ſpem, quam in Deo habebat: ſingulos illorum hortabatur voce patria fortiter, repleta ſapientia: & fœmineæ cogitationi maſculinum animum inſerens, dixit ad eos: Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis: neque enim ego ſpiritum & animam donaui vobis & vitam, & ſingulorum membra non ego ipſa compegi: ſed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem, & ſpiritum vobis iterum cum*
D *miſericordia reddet, & vitam, ſicut nunc voſmetipſos deſpicitis propter leges eius. Antiochus autem contemni ſe arbitratus, ſimul & exprobrantis voce deſpecta, cum adhuc adoleſcentior ſupereſſet, non ſolum verbis hortabatur, ſed & cum iuramento affirmabat ſe diuitem & beatum facturum: & tranſlatum à patriis legibus amicum habiturum, & res neceſſarias ei præbiturum. Sed ad hæc cum adoleſcens nequaquam inclinaretur, vocauit Rex matrem, & ſuadebat ei, vt adoleſcenti fieret in ſalutem. Cum autem multis eam verbis eſſet hortatus, promiſit ſuaſuram ſe filio ſuo. Itaque inclinata ad illum irridens crudelem tyrannum, ait patria voce: Fili mi, miſerere mei, quæ te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi, & alui, & in ætatem iſtam per-*
E *duxi. Peto nate, vt aſpicias ad cœlum & terram, & ad omnia, quæ in eis ſunt: & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus & hominum genus: ita fiet, vt non timeas carnificem iſtum: ſed dignus fratribus tuis effectus particeps, ſuſcipe mortem, vt in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum hæc illa adhuc diceret: ait adoleſcens: Quem ſuſtinetis? non obedio præcepto Regis, ſed præcepto legis, quæ data eſt nobis per Moyſen. Tu vero, qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei. Non enim pro peccatis noſtris hæc patimur. Et ſi nobis propter increpationem & correptionem Dominus Deus noſter modicum iratus eſt: ſed iterum reconciliabitur ſeruis ſuis, Tu autē ô ſceleſtiſ-*

& omnium hominum flagitioſiſſime, noli fruſtra extolli vanis ſpebus in ſeruos eius inflammatus: nondum enim Omnipotentis Dei, & omnia inſpicientis iudicium effugiſti. Nam fratres mei modico nunc dolore ſuſtentato ſub teſtamento vitæ æternæ effecti ſunt: tu vero iudicio Dei iuſtas ſuperbiæ tuæ pœnas exolues. Ego autem ſicut & fratres mei animam & corpus meum trado pro patriis legibus: inuocans Deum maturius genti noſtræ propitium fieri, teque cum tormentis & verberibus confiteri quod ipſe eſt Deus ſolus. In me vero & in fratribus meis deſinet Omnipotentis ira, quæ ſuper omne genus noſtrum iuſte ſuperducta eſt. Tunc Rex accenſus ira, in hunc ſuper omnes crudelius deſæuit, indigne ferens ſe deriſum. Et hic itaque mundus obiit, per omnia in Domino confidens. Nouiſſime autem poſt filios & mater conſumpta eſt. Igitur de ſacrificiis, & de nimiis crudelitatibus ſatis dictum eſt.

A morti, magis debet ſperare ſalutem à Deo reſuſcitante, quam ab hominibus, *ad vitam*, ſcilicet glorioſam, quæ ſimpliciter dicitur vita. Damnati enim & ſi viuant realiter, tamen vita eorum propter miſeriam in qua ſunt, quædam mors eſt, *qualiter te & ſemen tuum torquebit.* Hoc fuit impletum quando tam ignominioſe mortuus fuit, vt dicetur infra cap. 9. *contra Dominum*, ideſt, contra legem à Domino, inſtitutam. *promiſit.* ſcilicet non ſicut rex intendebat ſed ſicut Deo placebat, ideo non fuit mentita *modico.* ſcilicet reſpectu præmii. *ſub teſtamento æternæ vitæ.* ideſt, immutabili promiſſione. *te cum tormento confiteri, quod ipſe eſt Deus.* Hoc fecit infra cap. 9. vnde hic prophetauit. *mundus obiit*, ſcilicet à tranſgreſ- B ſione legis immunis, *nouiſſime & mater conſumpta eſt* In hoc ſignificatur, quod in fine mundi poſt martyria filiorum omnium, conſummata erit Eccleſia.

Damnatorum vita magis mors quam vita dicenda.

CAP. VII.

Contigit autem ſeptem fratres. Hęc eſt quarta pars à cap. 4. diuiſa, in qua ponitur legalium obligatio quantum fuit in aduerſariis, & primo ponitur hoſtium contra 7. fratres & eorum matrem inſurrectio, ſecundo eorum conſtans & fidelis reſponſio, & mortis victorioſæ toleratio, ibi, *vnus autem ex illis*, Et in hac ſunt ſingulæ partes, quæ de his ſingulis fratribus mentionem faciunt, & etiam de matre. Circa ſecundam partem oportet conſiderare primo conſtantem eorum confeſſionem, ſecundo regis turbationem, ibi. *iratus*: tertio eius grauem mutilationem quarto in ſartagine combuſtionem; quinto fratrum contemplationem. ſexto mutuam exhortationem. Circa factum ſecundi vide primo eius afflictionem, confœderationem, & futuræ reſurrectionis promiſſionem. Circa factum tertij conſidera animi illius promptitudinem & fortitudinem conſtantiæ. Circa quartum fit mentio de reſurrectionis gloria, de tyranni miſeria & ignominia. Circa quintum patet quomodo redarguit tyranni malitiam, quomodo confitetur de hoc diuinam prouidentiam. Circa ſextum ponit ipſum viriliter ſuſtinentem, & audacter tyrannum corripientem, & matrem æquanimiter omnia aſpicientem, & filios multipliciter conſolantem. Circa ſeptimum ponit primo Antiochum indignatione commotum puero dona & diuitias promittentem, matrem de informatione filij perſuadentem, & de morte recipienda filio prædicantem, filium quoque Antiocho viriliter reſpondentem, munera & oblationes eius totaliter deſpicientem, defenſionem legis ſanctæ adinſtar fratrum proponentem, regem demum in ipſum acrius deſæuientem. Vltima pars de facto matris manet indiuiſa. Nunc iam ad literam *Contra fas*, id eſt, contra præceptum legis, quę porcos reputabat immundos, & ideo comedi vetabat, *flagris*, ideſt, flagellis factis de corio tauri, *patrias & Dei leges*, ideſt, patribus à Deo datas, & ab ipſis obſeruatas. *ſartagines*, ideſt, patellas in quibus aſſantur carnes. *linguam*, qua ſcilicet fuerat dominum confeſſus. *Moyſes*, Deuteron. 32. *Patria voce.* ideſt Hebraica. Et quoniam hi tam expreſſam cœleſtium bonorum rationem reddiderunt, ideo martyrium ipſorum Eccleſia celebrat. *iſta.* ſcilicet membra quæ ſibi amputabantur, *e cœlo*, ideſt è dono diuino. *ab hominibus morti datos*, concluditur in hunc modum: potius eſt morti datos ſpem expectare à Deo, iterum ab ipſo reſuſcitandos. *ab hominibus*, ideſt, quam ab hominibus, quaſi dicat ſi hic eſt adiudicatus

Vide eundem 12. q. 100. art. 3. ad 4. & q. 119 art 3. ad 3. & 2. 2. q. 75. & eorum 22. q. 126. art. 4.

Textus expoſitio.

Cur Eccleſia Machabæorum martyrium celebrat, & non aliorum ſanctorum Vet. teſtam.

CAP. VIII.

Iudas vero Machabæus, & qui cum illo erant. introibant latenter in caſtella: & conuocantes cognatos, & eos, qui permanſerant in Iudaiſmo, aſſumentes, eduxerunt ad ſe ſex millia virorum. Et inuocabant Dominum, vt reſpiceret in populum, qui ab omnibus calcabatur, & mi- C *ſereretur templo, quod contaminabatur ab impiis: miſereretur etiam exterminio ciuitatis, quæ eſſet illico complananda, & vocem ſanguinis ad ſe clamantis audiret: memoraretur quoque iniquiſſimas mortes paruulorum innocentum, & blaſphemias nomini ſuo illatas, & indignaretur ſuper his. At Machabæus congregata multitudine intolerabilis gentibus efficiebatur: ira enim Domini in miſericordiam conuerſa eſt. Et ſuperueniens caſtellis & ciuitatibus improuiſus, ſuccendebat eas? & opportuna loca occupans, non paucas hoſtium ſtrages dabat: maxime autem noctibus ad huiuſcemodi excurſus ferebatur, & fama virtutis eius vbique diffundebatur. Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentius res ei cedere proſpere, ad Ptolo-* D *mæum ducem Cœleſyriæ, & Phœnices ſcripſit, vt auxilium ferret regis negotiis. At ille velociter miſit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei de permiſtis gentibus armatis non minus viginti millibus, vt vniuerſum Iudæorum genus deleret, adiuncto ei & Gorgia viro militari, & in bellicis rebus experientiſſimo. Conſtituit autem Nicanor, vt Regi tributum, quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum de captiuitate Iudæorum suppleret: ſtatimque ad maritimas ciuitates miſit, conuocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum, promittens ſe nonaginta mancipia talento diſtracturum, non reſpiciens ad vindictam, quæ eum ab Omnipotente eſſet conſequutura. Iudas autem vbi com-* E *perit, indicauit his, qui ſecum erant, Iudæis Nicanoris aduentum. Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei iuſtitiæ, in fugam vertebantur: alii vero, ſi quid eis ſupererat, vendebant ſimulque Dominum deprecabantur, vt eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos priuſquam cominus veniret, vendiderat: & ſi non propter eos, propter teſtamentum tamen, quod erat ad patres eorum, & propter inuocationem ſancti & magnifici nominis eius ſuper ipſos. Conuocatis autem Machabæus ſeptem millibus, qui cum ipſo erant, rogabat, ne hoſtibus reconciliarentur, neque metuerent inique venientium aduerſum ſe hoſtium multitudinem, ſed fortiter contenderent: ante oculos habentes contumeliam, quæ loco ſancto ab his iniuſte eſſet illata, itemque & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam, adhuc etiam, veterum inſtituta conuulſa. Nam illi quidem armis confidunt, ait, ſimul & audacia,*

Iudas colligit exercitũ zelo Dei adductus, & patriæ liberatus, atque profligat Nicanorem.

mus autem in Omnipotente Domino, qui poteſt & venientes aduerſum nos, & vniuerſum mundum vno nutu delere, confidimus. Admonuit autem eos & de auxiliis Dei, quæ facta ſunt erga parentes: & quod ſub Sennacherib centum octoginta quinque millia perierunt: & de prælio quod eis aduerſus Galatas fuit in Babylonia, vt omnes vbi ad rem ventum eſt, Macedonibus ſociis haſitantibus, ipſi ſex millia ſoli peremerunt centum viginti millia: propter auxilium illis datum de cælo, & beneficia pro his plurima conſequuti ſunt. His verbis conſtantes effecti ſunt, & pro legibus & patria mori parati. Conſtituit itaque fratres ſuos duces vtrique ordini, Simonem & Ioſephum & Ionatham, ſubiectis vnicuique millenis & quingentenis. Ad hoc etiam ab Eſdra lecto illis ſancto libro, & dato ſigno adiutorii Dei: in prima acie ipſe dux commiſit cum Nicanore. Et facto ſibi adiutore Omnipotente interfecerunt ſuper nouem millia hominum: maiorem autem partem exercitus Nicanoris vulneribus debilem factam fugere compulerunt. Pecuniis vero eorum, qui ad emptionem ipſorum venerant, ſublatis, ipſos vſquequaque perſequuti ſunt, ſed reuerſi ſunt hora concluſi: nam erat ante ſabbathum: quam ob cauſam non perſeuerauerunt inſequentes. Arma autem ipſorum & ſpolia congregantes, ſabbathum agebant: benedicentes Dominum, qui liberauit eos in iſto die: miſericordia initium ſtillans in eos. Poſt ſabbathum vero debilibus, & orphanis & viduis diuiſerunt ſpolia: & reſidua ipſi cum ſuis habuere. His itaque geſtis, & communiter ab omnibus facta obſecratione, miſericordem Dominum poſtulabant, vt in finem ſeruis ſuis reconciliaretur. Et ex his, qui cum Timotheo & Bacchide erant contra ſe contendentes, ſuper viginti millia interfecerunt, & munitiones excelſas obtinuerunt: & plures prædas diuiſerunt, æquam portionem debilibus, pupillis, & viduis, ſed & ſenioribus facientes. Et cum arma eorum diligenter collegiſſent, omnia compoſuerunt in locis opportunis, reſidua vero ſpolia Ieroſolymam detulerunt: & Philarchen, qui cum Timotheo erat, interfecerunt virum ſceleſtum, qui in multis Iudæos afflixerat. Et cum epinicia agerent in Ieroſolymis, eum qui ſacras ianuas incenderat, id eſt, Calliſthenem, cum in quoddam domicilium refugiſſet, incenderunt, digna ei mercede pro impietatibus ſuis reddita. Facinoroſiſſimus autem Nicanor, qui mille negotiantes ad Iudæorum venditionem adduxerat, humiliatus auxilio Domini ab his quos nullos exiſtimauerat, depoſita veſte gloriæ, per mediterranea fugiens, ſolus venit Antiochiam, ſummam infelicitatem de interitu ſui exercitus conſequutus. Et qui promiſerat Romanis ſe tributum reſtituere de captiuitate Ieroſolymorum, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos & ob ipſum inuulnerabiles eſſe, eo quod ſequerentur leges ab ipſo conſtitutas.

CAP. VIII.

I*udas vero Machabæus* Hæc eſt tertia pars principalis huius libri totius, à principio libri diuiſa. In qua poſtquam poſita eſt præfationis prælibatio: & tribulationum recitatio: hic tertio ponitur oppreſſorum liberatio. Et notandum, quod deinceps eſt ſimilis hiſtoria illi, quæ poſita eſt in libro 1. quinimo quaſi omnino eadem: intelligendum eſt tamen, quod de liberationibus Iudæorum factis per fratres Iudæ, Ionatham ſcilicet & Simonem, non hic dicitur in libro iſto, ſed tantum de Iuda. Vnde hiſtoria iſta non durat, niſi ad mortem Nicanoris, quæ ponitur lib. 1. c. 7. in fine. Ab octauo autem cap. vſque ad finem lib. 1. nihil habetur in iſto 2. lib. Oportet igi-

A tur diuiſionem ſumere ſecundum Reges, quorum temporibus Iudas præfuit, qui ſunt tres. Primo ergo oſtenditur, quomodo præualuit ſub Antiocho Epiphane vel Nobili: ſecundo quomodo ſub Antiocho filio eius, vt cap. 10. tertio ſub Demetrio Eupatore filio Seleuci, nepote ſcilicet Antiochi magni, quia Seleucus & Antiochus Nobilis fuerunt fratres, vt patet cap. 14. Primo igitur agitur de hoſtium per Iudam mirabili expugnatione, ſecundo de Regis Antiochi miſerabili expiratione, vt habetur c. 9. Præmittitur autem hic conflictus Iudæ cum Apollonio duce Syriæ, de quo dictum eſt ſupra lib. 1. c. 4. Tertio dicitur miſſus fuiſſe cum Lyſia, cum Gorgia, & Timotheo, nec legitur eum pugnaſſe contra Iu-
B dæos tempore Antiochi Nobilis, ſed tempore Demetrii filii Seleuci, libro 1. cap. 7. Ex quibus omnibus patet, quod de iſto aduentu Nicanoris, & de iſta pugna cum Iuda non fecit li. 1. mentionem. Diuiditur autem iſtud caput in quatuor partes: primo oſtenditur Iudas malos perſequens & puniens: ſecundo Nicanori occurrens, ibi, *Videns autem Philippus*, tertio ponitur Iudas exercitum ſuum animans, ibi. *Iudas autem cum comperit*, quarto autem ponitur Nicanor ſuccumbens, ibi, *& facto ſibi*, &c. Circa primam partem ponitur primo, quomodo ſe ad Iudam adunauerunt, ibi. *Iudas vero*, ſecundo quomodo Dominum humiliter inuocauerunt, ibi *& inuocabant*, tertio quomodo hoſtes viriliter trucidaue-
C runt, ibi: *At Machabæus*, Circa 2. partem oſtendit primo Regis Principem Nicanorem factis ipſius Iudæ inuidentem: ſecundo auxilium à Ptolomæo requirentem, ibi, *ad Ptolemæum*, tertio ipſum Nicanorem venientem: ibi, *& ille velociter miſit*, quarto Nicanorem Iudæis ſuperbe comminantem, ibi, *conſtituit autem*: quinto de vendendis Iudæis furioſius diſponentem, ibi, *ſtatimque*. Circa tertiam partem agitur primo de exercitus Iudæ trepidatione, ſecundo de communi eorum deprecatione, ibi *Alii*, tertio de eorum informatione, ibi. *conuocatis*, quarto de victoriarũ recordatione ibi, *Admonuit autem eis*, quinto de ordinatione, ibi, *his verbis* Circa quartam partem ponit primo exercitum Nicanoris ſuccumben-
D tem, ibi, *& facto ſibi adiutorio*, ſecundo Iudam propter ſabbathum prædam cuſtodientem, ibi, *ſed reuerſi ſunt*, tertio poſt ſabbathum turbis curialiter illam diuidentem. ibi, *poſt ſabbathum vero*, quarto aliis hoſtibus præualentem, ibi, *& ex his qui cum Timotheo* quinto iterum prædas eorum diſtribuentem, ibi, *& cum arma eorum*, ſexto quendam ſpecialem aduerſarium morientem, ibi. *Et cum epinicia*, ſeptimo Nicanorem turpiter fugientem, ibi *facinoroſiſſimus*. Nunc *Textus expoſitio.* ad literam: *& eos qui permanſerant*, ſcilicet religionis vinculo, Iſtud enim fuit cauſa confœderationis & vnionis in exercitu Iudæ, *vocem ſanguinis*, id eſt, effuſionem ſanguinis, qui ex crudelitate facti prouocat ad vindictam faciendam, ac ſi clamaret, *indignare-*
E *tur*, id eſt, ad modum indignationis ſe haberet illa puniendo. *videns autem Philippus*, Is fuit Philippus cui Antiochus filium ſuum ad nutriendum reddidit, quem Antiochus filius Antiochi occupantem regnum ſuum de conſilio Lyſiæ de Antiochia expulit, vt ſupra lib. 1. c. 6. dicitur: & iſte etiam fuit Antiochus, quem Philippus reliquit cum aliis præpoſitum terræ ad affligendos Iudæos, ſupra eodem capite 5. & 8. *Miſit Nicanorem Patrocli*, ſi loquatur de illa miſſione, de qua ſupra lib. 1. cap. 3. tunc ſecundum gloſſam ſic concordatur; Quod tam Philippus iſte, quam Lyſias, qui loco Regis erat, procurauerunt Nicanorem mitti: quod non eſt inconueniens, Et primus lib. loquitur de vno: hic autem liber de alte-

ro. Si vero fuerit alia miſſio, tunc dicitur vt ſupra, quod verius videtur, quod Philippus ille iuit cum Antiocho in Perſidem, & illi etiam recommẽdauit filium ſuum: vnde tunc non erat in Iudæa. *Nicanorem Patrocli*, ſcil. filium, *datis ei de permixtis gentibus*, quidam enim iouenes erant, & quidam ſenes, quidam ſoli proprii, & quidam alieni, quidam equites, & quidam pedites. *Conſtituit autem Nicanor*, i. firmiter promiſit, *Regi*, ideſt, Lyſiæ, qui erat loco Regis, quia Rex in Perſidem iuerat ad colligendam pecuniam, *de captiuitate*, ideſt, de illis, qui erant ex Iudæis captiui, *suppleret*, ideſt, ſolueret, *miſit*, ſupra 1. lib. 1. 3. dicitur, quod audierunt mercatores, & venerunt ad emendum. Et vtrumque potuit eſſe verum, & quod

B iſte miſerit, & quod illi hæc audientes venerint,

Mancipium vnde dicatur.

mancipiorum, quaſi manu capta, ſicut ſunt illi, qui capiuntur in bello, & in ſeruitutem rediguntur, *talento*, i. pro vno talento daret nonaginta mancipia. Et notandum, quod talentum ſecundum Iſidor. proprie loquendo eſt in ponderibus, ſed hic non accipitur niſi pro nomine trium denariorum vſualium, & tunc ſecundum hoc ipſe volebat dare triginta pro vno denario vſuali, ſicut poſtea fecit Titus & Veſpaſianus tempore captiuitatis Iudæorum, *formidantes*, ſupra lib. 1. cap. 3. fecit proclamari, quod formidoloſi reuerterentur, *prius quam veniret*, ideſt, etiam priuſquam veniret, vendiderat. *propter teſtamentum*, ideſt, promiſſionem firmam, *ne hoſtibus reconciliarentur*, fauendo ſuggeſtionibus eorum illicitis: non tamen hic ponit modum pacis, *ceterum inſtituta*, ideſt, antiquorum patrum, vt Moyſis & aliorum: hæc omnia rememorata dabant eis fiduciam, quia colligebant, quod Deus iſta ſine vindicta non dimitteret, *Sennacherib*, 4. Reg. 19. vide, *aduerſus Galatas*, de iſto bello nihil legitur alibi, quam hic. Sed obiicitur contra id, quod hoc loco dicitur, illud quod habetur ſupra libr. 1. cap. 4. vbi dicitur, quod non habebat ſecum niſi tria millia. Reſpondetur, quod ibi loquitur de illis, quos ille ſolus ſecum habebat; hic autem loquitur de ſuis, & de aliis, quos ſui habebant: vnde ſtatim dicuntur hic fuiſſe ſeptem millia. *Conuocatis autem Machabæus ſeptem millibus, & qui cum illo erant*, ſupple, de quibus hic tacet. Et ſic habetur numerus iſte præciſe, quod ſcilicet Iudas habuit tria millia: & quilibet aliorum mille quingentos. *Ab Eſdra lecto*, non tunc, ſed antea. Vnde ſenſus eſt, quod fecit eis recitari ſanctum libr ũ, prout alias ab Eſdra lectus fuerat. *Nouem millia.* Sed contra ſupra lib. 1 c. 4. dicitur cecidiſſe tantum tria millia. Reſpondetur, quod ibi computantur ſolum interfecti à Iuda: hic vero interfecti ab illo & turma eius, *reuerſi ſunt hora concluſi*, ideſt, tempore deficiente, ſcil. veſpertina hora ante Sabbathum. Quæ erat obſeruanda, quia Iudæi incipiebant feſta ſua à veſpertina hora præcedente vſque in veſperum ſequentem, *miſericordia initium*, quia prima fuit victoria notabilis à Deo corripiente ipſos inimicos afflictione, *in finem ſeruis ſuis reconciliaretur*, ideſt, integre. *Timotheo*, de bello contra iſtum vide ſupr. lib. 1 c. 5. *cum Bacchide*, vide ibidem cap. 7. *Epinicia*, ideſt, dies victoriæ & ſuperationis hoſtium, ab epi, quod eſt ſupra, & nicé, victoria: vnde in alia tranſlatione dicitur, ſuperatis hoſtibus, Iudas feſtum celebrabat.

Iſidorus 16. lib. origin. cap 14

Talentum quid.

Obiectio.

CAP. IX.

Antiochus Perſepolim ſpoliare vo-

EOdem tempore Antiochus inhoneſte reuertebatur de Perſide. Intrauerat enim in eam, quæ dicitur Perſepolis, & tentauit expoliare templum, & ciuitatem

A *opprimere: ſed multitudine ad arma concurrente, in fugam verſi ſunt: & ita contigit, vt Antiochus poſt fugam turpiter rediret. Et cum veniſſet circa Ecbatanam, recognouit, quæ erga Nicanorem & Timotheum geſta ſunt. Elatus autem in ira, arbitrabatur ſe iniuriam illorum, qui ſe fugauerant, poſſe in Iudæos retorquere: ideoque iuſſit agitari currum ſuum, ſine intermiſſione agens iter, cæleſti eum iudicio perurgente, eo quod ita ſuperbe loquutus eſt ſe venturum Ieroſolymam, & congeriem ſepulchri Iudæorum eam facturum. Sed qui vniuerſa conſpicit Dominus Deus Iſrael, percuſſit eum inſanabili & inuiſibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipſum ſermonem, apprehendit eum dolor dirus viſcerum, & amara internorum tormenta: & quidem ſatis iuſte,*

bens ſerui tur in fugã, è anno ante Chriſtum natum 61. & mundi 3799.

B *quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torſerat viſcera, licet ille nullo modo à ſua malitia ceſſaret. Super hoc autem ſuperbia repletus, ignem ſpirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & grauiter corporis colliſione membra vexari. Iſque, qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, ſupra humanum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſtatera appendere, nunc humiliatus ad terram in geſtatorio portabatur, manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans, ita vt de corpore impii vermes ſcaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam*

C *illius & fœtore exercitus grauaretur: & qui paulo ante ſydera cœli contingere ſe arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire diuina admonitus plaga, per momenta ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus: & cum nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre poſſet, ita ait: Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. Orabat autem hic ſceleſtus Dominum, à quo non eſſet miſericordiam conſequuturus. Et ciuitatem, ad quam feſtinans veniebat, eam vt ad ſolum deduceret, ac ſepulchrum congeſtorum faceret, nunc optat liberam reddere: & Iudæos, quos nec ſepultura quidem ſe dignos habiturum, ſed auibus ac feris diripiendos traditurum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Athenienſibus facturum pollicetur: templum etiam ſanctum,*

Orabat autem Dominum, à quo non erat, &c. Vatablus ſic vertit ex Græco. Orabat Dominum: dicens, iam non eum miſerturum, quaſi ipſo non eſſe curaret de Dei miſericordia.

D *quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & ſancta vaſa multiplicaturum, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus de redditibus ſuis præſtaturum: ſuper hæc & Iudæum ſe futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei poteſtatem. Sed non ceſſantibus doloribus; superuenerat enim in eum iuſtum Dei iudicium, deſperans ſcripſit ad Iudæos in modum deprecationis epiſtolam, hæc continentem: OPTIMIS ciuibus Iudæis plurimam ſalutem, & bene valere, & eſſe felices, Rex & Princeps Antiochus. Si bene valetis, & filii veſtri, & ex ſententia vobis cuncta ſunt, maximas agimus gratias. Et ego*

E *in infirmitate conſtitutus, veſtri autem memor benigne reuerſus de Perſidis locis, & infirmitate graui apprehenſus, neceſſarium duxi pro communi vtilitate curam habere: non deſperans memetipſum, ſed ſpem multam habens effugiendi infirmitatem. Reſpiciens autem, quod & pater meus, quibus temporibus in locis ſuperioribus ducebat exercitum, oſtendit, qui poſt ſe ſuſciperet principatum: vt ſi quid contrarium accideret, aut difficile nunciaretur, ſcirent hi, qui in regionibus erant, cui eſſet rerum ſumma derelicta, non turbarentur. Ad hæc, conſiderans de proximo, potentes quoſque & vicinos temporibus inſidiantes, & euentum expectantes deſignaui filium meum Antiochum Regem, quem ſæpe recurrens in ſuperiora regna multis veſtrum commendabam: & ſcripſi ad eum, quæ ſubiecta*

ſunt

ſunt. Oro itaque vos, & pete memores beneficiorum publice & priuatim, vt vnuſquiſque conſeruet fidem ad me & ad filium meum. Confido enim modeſte & humane acturum, & ſequentem propoſitum meum & communem vobis fore. Igitur homicida & blaſphemus peſſime percuſſus, & vt ipſe alios tractauerat, peregre in montibus miſerabili obitu vita functus eſt. Transferebat autem corpus Philippus collactaneus eius: qui metuens filium Antiochi, ad Ptolomæum Philometorem in Ægyptum abiit,

CAP. IX.

E*Odem tempore* Hic ſecundo agitur de Antiochi Nobilis morte miſerabili, de qua libro primo, capite ſexto. Et deſcribuntur tria per ordinem ſe habentia, primo quomodo fuit per ſuperbiam elatus, & de Iudæis indignatus: ſecundo quomodo fuit à Deo cruciatus, ibi, *ſed qui vniuerſa*, tertio quomodo timore pœnæ fuit in ſe humiliatus, ibi, *Hinc igitur cœpit*. Circa primum præmittit turbationis duplicem occaſionem: ſcilicet propter repulſam eius ignominioſam, & probitatem Iudæorum victorioſam: ſecundo ponit eius turbationem & præſumptionem, ibi, *elatus autem in ira*, Circa ſecundam partem principalem oſtendit ſuam afflictionem vt nimiam; ſecundo oſtendit pœnæ ſuperbiæ correſponſionem, ibi. *Iſque qui ſibi videbatur*. Circa tertiam partem, vbi tangitur eius humiliatio: primo eam profitetur verbo, ſecundo literis & inſtrumento ibi, *ſed non ceſſantibus doloribus*. Circa primũ promittebat ſe honorare ciuitatem, gentem, & templum Iudaicum, ſeu legalem ritum, quorum omnia contraria prius cogitauerat. Circa ordinationem literæ primo Iudæos amicabiliter ſalutauit: ſecundo ſe infirmum grauiter denuntiauit: tertio quomodo de vita habenda deſperauit: quarto quomodo ad exemplum patris de ſucceſſore ordinauit: quinto quomodo eum Iudas commendauit: ſexto quomodo tandem expirauit. Nunc iam ad literam: *Eodem tempore* idest, interim quod Nicanor ſic deuictus fuit. *Antiochus inhoneſte reuertebatur*, quia expulſus & deuictus vide de hoc ſupra libr. 1. cap. 6. *Perſepolis*, idest, ciuitas Perſidis, à polis, quod eſt ciuitas: & dicebatur, ciuitas ſimpliciter, per antonomoſiam, quia principalior erat in illo regno: tamen proprio nomine dicebatur Elimada, libro 1. capite 6. *expoliare templum*, quia ibi erant multa vaſa pretioſa, & theſauri, & ibi colebatur Diana, *turpiter*, quia contra conſuetudinem victus eſt, *Ecbathanis*, ciuitas in media prouincia. 2. Eſdr. 6. *Elatus in ira*, idest, commotus partim ex ira, partim ex ſuperbia. *ſe fugauerant*, idest, illos de Perſepoli. Senſus eſt, quod iniuriam ſibi factam in Perſepoli vindicaret in Iudæos, *agitari*, nota, quod hæc fuit occaſio cadendi: vide de infirmitate eius lib. 1. cap. 6. *ignem ſpirans*, idest, ad modum ignis violenter retenti, & hoc eſt ſignum magnæ turbationis, ſicut dicitur Actuum 6 Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis, &c. *etiam fluctibus maris imperare*, in hoc tangit eius magnam ſuperbiam. Quamuis autem vexatio dat intellectum, tamen non veram habuit pœnitentiam, nec mouebatur ex odio culpæ, ſed pœnæ: & ideo non meruit indulgentiam, *miſericordiam*, propter cauſam dictam. *Athenienſibus*. qui erant liberi & honorati. *terra*, ſcilicet ſanctæ, *deſperans*, ex hoc patet: quod mentiebatur, infra eodem, vbi dicebat ſe non deſperare, *optimis ciuibus*, totum eſt adulatio. *Rex*, ſcilicet Aſiæ & Perſidis de. re, *& princeps*, ſuper Iudæos ex vſurpatione, *ex ſen-*

Textus expoſitio.

Vide Herodianũ de hac vrbe & eius idololatria.

Vide de hoc in 3 p. q. 85. art 1. ad 1.

A *tentia*; idest ex voluntate noſtra, ſecundum quod etiam vos determinatis & diffinitis: *non deſperans*, mentiebatur quidem, ſed nolebat de morte ſua eos conſolari; vel forte vt magis induceret eos ad orandum pro ſe. *pater meus*, Antiochus Magnus. *qui poſt ſe acciperet principatum*, hoc fuit impletum de Seleuco fratre iſtius. Hoc autem dicebat iſte, quia volebat filium ſuum regnare poſt ſe, cum tamen nepos ſuus Demetrius filius Seleuci regnare deberet *ſumma*, id eſt negotiorum ſarcina euentum infirmitatis meæ. *Multis noſtrum commendatum*, falſum eſt de Iudæis, ſed forſan de aliis dicit, niſi forte factum ſit, & non legatur, *publice & priuatim*, idest, quæ recepi ab omnibus & ſingulis, vt referatur ad omnes & ſingulos. *Communem vobis fore*, idest, tractabilem & affabilem. *Philippum*. cui commiſit diadema & annulum pro filio ſuo Antiocho, ſupra lib. 1. capite 6. *qui metuens*, non ita cito & ſtatim: ſed poſtquam fuit fugatus de Antiochia, quam vſurpabat de conſilio Lyſiæ, vt ſupra lib. 1. cap. 6. & 8. habetur.

CAP. X.

M*Achabæus autem, & qui cum eo erant, Domino ſe protegente, templum quidem & ciuitatem recepit: aras autem, quas alienigenæ per plateas extruxerant, itemque delubra demolitus eſt: & purgato templo, aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne concepto ſacrificia obtulerunt poſt biennium, & incenſum & lucernas & panes propoſitionis poſuerunt. Quibus geſtis, rogabant Dominum proſtrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent: ſed & ſi quando peccaſſent, vt ab ipſo mitius corriperentur, & non barbaris ac blaſphemis hominibus traderentur. Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri, viceſima quinta menſis, qui fuit Caſleu: & cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum: recordantes quod ante*
D *modicum temporis diem ſolemnem tabernaculorum in montibus, & in ſpeluncis more beſtiarum egerant. Propter quod thyrſos, & ramos virides, & palmas præferebant ei, qui proſperauit mundare locum ſuum. Et decreuerunt communi præcepto & decreto, vniuerſæ genti Iudæorum omnibus annis agere dies iſtos. Et Antiochi quidem, qui appellatus eſt Nobilis, vitæ exceſſus ita ſe habuit. Nunc autem de Eupatore Antiochi impii, quæ geſta ſunt, narrabimus, breuiantes mala, quæ in bellis geſta ſunt. Hic enim ſuſcepto regno, conſtituit ſuper negotia regni Lyſiam quendam Phœnices & Syriæ militiæ principem. Nam Ptolemæus, qui dicebatur Macer, iuſti tenax erga Iudæos eſſe conſtituit, & præcipuè propter iniquita-*
E *tem, quæ facta erat in eos, & pacifice agere cum eis. Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupatorem, cum frequenter proditor audiret, eo quod Cyprum creditam ſibi à Philometore deſeruiſſet, & ad Antiochum Nobilem tranſlatus etiam ab eo receſſiſſet, veneno vitam finiuit. Gorgias autem, cum eſſet dux locorum, aſſumptis aduenis frequenter Iudæos debellabat. Iudæi vero, qui tenebant opportunas munitiones, fugatos ab Hieroſolymis ſuſcipiebant, & bellare tentabant. Hi vero, qui erant cum Machabæo per orationes Dominum rogantes, vt eſſet ſibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorum: multaque vi inſiſtentes, loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt, & omnes ſimul non minus viginti millibus trucidauerunt. Quidam autem cum fugiſſent in duas turres valde munitas, omnem apparatum ad repugnandum habentes: Machabæus ad eorum expugnationem, relicto Simone & Ioſepho, itemque Zachæo*

Iudas Machab. ciuitatẽ & templum recepit in ſua protectione Deo duce. Poſt biennium vel à tempore rebellionis facta per Iudam: legẽ, quia poſt duos annos tertio anno eodem die, quo fuerat contaminatum fuit mũdatum: quaſi per unum annum non competeret hic: vel, vt alia verſio habet, duobus poſt annis, & ſex menſibus: quam ciuitas capta fuiſſet, intellegẽdum eſt, tantum enim intercoſſit temporis inter vrbem captam templumq; prophanatum, atque illud expurgatum.

eiſque qui cum ipſis erant ſatis multis, ipſe ad eas, quæ amplius perurgebant pugnas, conuerſus eſt. Hi vero, qui cum Simone erant, cupiditate ducti, à quibuſdam qui in turribus erant, ſuaſi ſunt pecunia, & ſeptuaginta millibus dydrachmis acceptis, dimiſerunt quoſdam effugere. Cum autem Machabæo nunciatum eſſet, quod factum eſt, principibus populi congregatis accuſauit, quod pecunia fratres vendidiſſent, aduerſariis eorum dimiſſis. Hos igitur proditores factos interfecit, confeſtim duas turres occupauit. Armis autem ac manibus omnia proſpere agendo in duabus munitionibus plus quam viginti millia peremit. Et Timotheus, qui prius à Iudæis fuerat ſuperatus, conuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu Aſiano aduenit, quaſi armis Iudæam capturus. B *Machabæus autem, & qui cum ipſo erant, appropinquante illo, deprecabantur Dominum, caput terra aſpergentes, lumboſque ciliciis præcincti, ad altaris crepidinem prouoluti, vt ſibi propitius, inimicis autem eorum eſſet inimicus, & aduerſariis aduerſaretur, ſicut lex dicit: Et ita poſt orationem ſumptis armis, longius de ciuitate procedentes, & proximi hoſtibus effecti, reſederunt. Primo autem Solis ortu vtrique commiſerunt: iſti quidem victoriæ, & proſperitatis ſponſorem cum virtute Dominum habentes: illi autem ducem belli animum habebant. Sed cum vehemens pugna eſſet, apparuerunt aduerſariis de cælo viri quinque in equis, frænis aureis decori, ducatum Iudæis præſtantes: ex quibus duo Machabæum medium habentes armis ſuis circumſeptum incolumem conſeruabant: in aduerſarios autem tela & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate confuſi, & repleti perturbatione cadebant.* C *Interfecti ſunt autem viginti millia quingenti & equites ſexcenti. Timotheus vero confugit in Gazaram præſidium munitum, cui præerat Chæreas. Machabæus autem, & qui cum eo erant, lætantes obſederunt præſidium diebus quatuor. At hi, qui intus erant, loci firmitate confuſi, ſupra modum maledicebant, & ſermones nefandos iactabant. Sed cum dies quinta illuceſceret viginti iuuenes ex his, qui cum Machabæo erant, accenſi animis propter blaſphemiam, viriliter acceſſerunt ad murum, & feroci animo incedentes aſcendebant: ſed & alii ſimiliter aſcendentes, turres portaſque ſuccendere* D *aggreſſi ſunt, atque ipſos maledicos viuos concremare. I. . . [illegible] . . .nuum autem biduum præſidio vaſtato. Timotheum occultantem ſe in quodam repertum loco peremerunt: & fratres illius Chæream & Apollophanem occiderunt. Quibus geſtis, in hymnis & confeſſionibus benedicebant Dominum qui magna fecit in Iſrael, & victoriam dedit illis.*

CAP. X.

M*Achabæus autem.* Hæc eſt ſecunda pars illius. *Iudas vero*, vbi poſt factum Iudæ ſub Antiocho Nobili, vel Epiphane, ponitur factum eius ſub E Antiocho filio eius, & diuiditur in tres partes. In primo ponitur bellū Iudæ cum aliquibus Principibus Regis. In ſecunda bellum eius cum Lyſia, qui erat inter alios principalis, c. 11. In tertia bellum ſcilicet cum Rege Antiocho & Lyſia, ca. 13. Circa caput iſtud præmittitur primo poſt mortem Antiochi Nobilis ipſius templi purificatio: ſecundo Antiochi filii ſui ad regnum ſublimatio, ibi, *& Antiochi qui appellatus eſt Nobilis*, tertio ipſorum hoſtium partem Regis defendentium expugnatio, ibi. *Gorgias autem cum eſſet dux*. Circa primam ponit primo templi purificationem; ſecundo deuotam eorum orationem, A ibi, *rebus geſtis*; tertio lætam ſolemnizationem, & cum lætitia. Circa ſecundam ponit Regis exaltationem, ibi, *hic enim ſuſcepto*, tertio Ptolomæi occiſionem, ibi. *Nam Ptolomæo.* Circa tertiam partem, *Gorgias autem*, &c. primo ponitur conflictus cum Gorgia: ſecundo conflictus cum Ptolomæo, ibi. *At Timotheus*. Circa primam primo agitur de Gorgiæ inſurrectione, ſecundo de Iudæorum defenſione, ibi, *Iudas vero qui*, tertio de eorum ad Dominum oratione, ibi, *Hi vero qui erant*, quarto de aliquorum forti incluſione, ibi, *quidam autem*, quinto de eorum pecunioſa euaſione, ibi, *Hi vero qui cum Simone*. ſexto de vendentium occiſione, ibi, *cum autem Machabæus*. Circa illam partem, in qua agitur de bello Timo- B thæi, primo ponitur, quomodo Timothæus & ſui inſurrexerunt, ſecundo, quomodo Machabæus & Iudę ad orationis auxilium recurrerunt, ibi, *Machabæus autem*, tertio, quomodo ambo exercitus prælium commiſerunt, ibi, *primo autem ſolis*, quarto quomodo quinque viri de cœlo armati ad auxilium Iudæorum recurrerunt, ibi, *ſed cum vehemens*, quinto quomodo Timothæus & ſui ſuccubuerunt, ibi, *interfecti autem ſunt*, ſexto quomodo Timothæus & ſui fugientes ſe recluſerunt. ibi, *Timotheus autem fugit*, ſeptimo quomodo in fortitudine loci confiſi in Iudæos opprobria iecerunt ibi, *At hi qui intus*. Octauo quomodo Iudæi muros fregerunt, & ipſos occiderunt, ibi, *ſed cum dies quinta*. Vltimo quomodo gratias Deo reddidere, ibi, C *quibus geſtis*. Sed nunc iam ad literam. *Itemque delubra*, dicuntur quaſi delentia vmbram, ſcilicet ad immolandum. *Et purgato templo*. Contra; ſup. lib. 1. cap. 4. vno anno ante mortem Antiochi Nobilis poſuit author purificationem templi, & poſt victoriam habitam cum Lyſia: hic autem ponit eam factam poſt mortem Antiochi, & ante victoriam Lyſimachi. Reſpondetur quod hic liber traditus fuit per modum epiſtolæ, vt inducerentur Iudæi ad obſeruantiam dierum feſtiuorum aliquorum, vt ſupra dictum eſt cap. 1. Ad quæ obſeruanda magis potuerunt induci mortuo Antiocho, ideo fit de morte illius mentio. *ignitis*. ideſt, de calce & lapidibus præcedentis altaris, vbi ignis erat perpetuus, & ideo vocat eos ignitos, *conce-* D *pto*, ideſt, per colliſionem generato. *poſt biennium*. Sed contra, dictum eſt ſupra lib. 1. ca. 4 quod contaminatio durauit tribus annis, Reſpondetur, verum id eſſe, ſed vno anno durauit antequam Iudas & filii aliquod remedium apponerent: poſtquam vero ille incepit remedium adhibere, durauit duobus annis: & ſic loquitur hic cum dicit, poſt biennium *eadem die*, ſupra libro 1. capit 4. *Caſleu*, Decembris, alias Nouembris. De hoc vide ſup. lib. 1. cap. 4: *ante modicum tempus*, Ideo de nouo ipſum diem ſcenopegiæ fecerunt, quia ante male, & non ſecundum ritum legis ipſum fecerant, *propter quod thyrſos & ramos*, &c. ideſt propter augendam magis feſtiuitatem. *thyrſos*, ideſt, quoſuis herbarum ramos: thyrſus enim ſecundum Papiam, generaliter eſt omnis frutex herbarum, vel E olerum quorumcunque, de nouo ſurſum eleuatus à terra *quendam*, ſcil. ſub patre eius. *Nam Ptolomæus*, quaſi dicat, ideo ſubſtitutus eſt Lyſias, quia Ptolomæus, qui prius fuit in illo officio, accuſatus fuit de proditione. De iſto Ptolomæo duce Cœles Syriæ & Phœniciæ habetur ſupra eodem cap. 8. *qui dicebatur Macer*, cognomen eſt. *iuſti tenax*, ideſt in iuſto facto pertinax, ideſt, perſeuerans pro iuſtitia Iudæorum, *eſſe inſtituit*, ideſt, firmiter ſtatuit, *& pacifice agere*, ſupple, inſtituit, *ab amicis*, ſcilicet ſuis, vel forte Regis *proditor audiret*, ſenſus eſt, Cum audiret Ptolomæus de ſeipſo frequenter hoc nomen proditor, ideſt ſe vocari proditorem, ſupple, hoc non obſtante non recedebat

Textus expoſitio.

Obiectio.

Poſt biennium à profanatione & non à morte Antiochi intellige D Thom. hoc.

Papias partes. lit. T.

debat ab amicitia Iudæorum, *eoque Cyprum*, Modo tangit duas cauſas, quare eum vocabant proditorem à *Philometore*, ideſt Regem Ægypti deſeruiſſet, vel ſeruiturem Regis deſeruit,& ad Reges Aſiæ & Perſidis ſe cõuertit. Et iterum ipſo relicto Iudæis ſe confœderauit, & propter iſta duo reputabant eum proditorem, ſed tamen hoc ipſe faciebat propter iuſtitiam, vt patet in litera. *Gorgias autem*, de quo ſupra lib. 1. c. . & 4. & eodem c. 8. *fugatos ab Hieroſolymis*, ſcilicet Iudæos ab hoſtibus recipiebant: in munitionibus quas habebant: vel ſenſus eſt,& melius, quod Iudæi, qui erant in munitionibus, ſuſcipiebant ad bellum illos hoſtes, qui expellebantur & fugabantur à Iudæis qui erant in Ieruſalem. *Loca*, ideſt, munitiones Idumæorum *non minus à viginti millibus*, ideſt, non minus quam viginti millia. *Multoties*, ideſt, multis valde. *Dydrachmis*, ideſt, nummis valentibus duas drachmas. Quid ſit drachma, dictum eſt ante, *vendidiſſent*, ideo eos vendidiſſe dicuntur, quia eos prodiderunt, dimittendo eorum aduerſarios; qui poſtea potius ſecum eos occidiſſet. Vnde vendendo hoſtibus libertatem, implicite fratres ſuos vendiderunt. *Et Timotheus*,&c. de quo ſupra cap. 8. *illi autem ducem belli animum habebant*, ideſt, pro duce, vel tanquam ducem. *Fulmina*, id eſt, tela vt fulmina cum faculis accenſis, *maledicebant*, ideſt, mala prædicabantur Machabæo & ſociis.

CAP. XI.

Lyſias conatur Iudæos expugnare: ſed in fuga verſus, ſtatim pœnitentia ductus fuit.

SEd paruo poſt tempore, Lyſias procurator Regis, & propinquus, ac negotiorum præpoſitus, grauiter ferens de his, quæ acciderant: congregatis octoginta millibus, & equitatu vniuerſo veniebat aduerſus Iudæos, exiſtimans ſe ciuitatem quidem captam gentibus habitaculum facturum, templum vero in pecuniæ quæſtum, ſicut cætera delubra Gentium, habiturum, & per ſingulos annos venale ſacerdotium: nuſquam recogitans Dei poteſtatem, ſed mente effrænatus in multitudine peditum, & in millibus equitum, & in octoginta elephantis confidebat. Ingreſſus autem Iudæam, & appropians Bethſuræ, quæ erat in anguſto loco, ab Ieroſolyma interuallo quinque ſtadiorum, illud præſidium expugnabat. Vt autem Machabæus, & qui cum eo erant, cognouerunt expugnari præſidia, cum fletu & lachrymis rogabant Dominum, & omnis turba ſimul, vt bonum Angelum mitteret ad ſalutem Iſrael. Et ipſe primus Machabæus ſumptis armis, cæteros adhortatus eſt ſimul ſecum periculum ſubire, & ferre auxilium fratribus ſuis. Cumque pariter prompto animo procederent, Ieroſolymis apparuit præcedens eos eques in veſte candida, armis aureis haſtam vibrans. Tunc omnes ſimul benedixerunt miſericordem Dominum, & conualuerunt animis: non ſolum homines, ſed & beſtias ferociſſimas, & muros ferreos parati penetrare. Ibant igitur prompti, de cælo habentes adiutorem, & miſerantem ſuper eos Dominum. Leonum autem more impetu irruentes in hoſtes, proſtrauerunt ex eis vndecim millia peditum, & equitum mille ſexcentos: vniuerſos autem in fugam verterunt, plures autem ex eis vulnerati euaſerunt. Sed & ipſe Lyſias turpiter fugiens euaſit. Et quia non inſenſatus erat, ſecum ipſe reputans factam erga ſe diminutionem, & intelligens inuictos eſſe Hebræos, Omnipotentis Dei auxilio innitentes, miſit ad eos, promiſitque, ſe conſenſurum omnibus, quæ iuſta ſunt, & Regem compulſurum amicum fieri. Annuit autem Machabæus precibus Lyſiæ, in omnibus vtilitati conſulens: & quæcunque Machabæus ſcripſit Lyſiæ de Iudæis, ea Rex conceſſit. Nam erant ſcripta Iudæis epiſtola à Lyſia, ſiquidem hunc modum continentes.

Bethſura ciuitas erat in tribu Iuda vel Beniamin. hodie Bethſur eſt, euntibus ab Helia Chebron, vbi fons eſt in quo Eunuchus Reginæ Cand. fuit baptiſatus.

A *LYSIAS populo Iudæorum ſalutem. Ioannes & Abſalom, qui miſſi fuerant à vobis tradentes ſcripta, poſtulabant, vt ea, quæ per illos ſignificabantur, implerem. Quæcunque igitur Regi potuerunt perferri, expoſui, & quæ res permittebant, conceſſit. Si igitur in negotiis fidem conſeruaueritis, & deinceps bonorum vobis cauſa eſſe tentabo. De cæteris autem per ſingula verba mandaui & iſtis & his, qui à me miſſi ſunt, colloqui vobiſcum. Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo, menſis Dioſcori, die viceſima & quarta. Regis autem epiſtola iſta continebat: REX Antiochus Lyſiæ fratri ſalutem. Patre noſtro inter deos tranſlato, nos volentes eos, qui ſunt in regno noſtro, ſine tumultu agere, & rebus ſuis adhibere diligentiam,*
B *audiuimus Iudæos non conſenſiſſe patri meo, vt transferrentur ad ritum Græcorum, ſed tenere velle ſuum inſtitutum, ac propterea poſtulare à nobis concedi ſibi legitima ſua. Volentes igitur hanc quoque gentem quietam eſſe, ſtatuentes, iudicauimus templum reſtitui illis, vt agerent ſecundum ſuorum maiorum conſuetudinem. Bene igitur feceris, ſi miſeris ad eos, & dexteram dederis: vt cognita noſtra voluntate, bono animo ſint, & vtilitatibus propriis deſeruiant. Ad Iudæos vero Regis epiſtola talis erat: REX Antiochus Senatui Iudæorum, & cæteris Iudæis ſalutem. Si valetis, ſic eſtis vt volumus: ſed & ipſi bene valemus. Adiit*
C *nos Menelaus, dicens, velle vos deſcendere ad veſtros, qui ſunt apud nos. His igitur, qui commeant vſque ad diem triceſimum menſis Xanthici, damus dexteras ſecuritatis, vt Iudæi vtantur cibis, & legibus ſuis, ſicut & prius: & nemo eorum vllo modo moleſtiam patiatur de his, quæ per ignorantiam geſta ſunt. Miſimus autem & Menelaum, qui vos alloquatur. Valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo, Xanthici menſis quintadecima die. Miſerunt autem etiam Romani epiſtolam ita ſe habentem: QVINTVS Memmius, & Titus Manilius legati Romanorum, populo Iudæorum ſalutem. De his, quæ Lyſias cognatus Regis conceſſit vobis, & nos conceſſimus. De quibus autem ad Regem iudicauit referendum, confeſtim aliquem mittite, diligentius inter vos conferentes, vt decernamus, ſicut congruit vobis: nos enim Antiochiam*
D *accedimus. Ideoque feſtinate reſcribere, vt nos quoque ſciamus, cuius eſtis voluntatis. Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo quintadecima die menſis Xanthici.*

Anno 148. menſis Dioſcori: ait Hugo, quod vitio ſcriptorum corruptus eſt hic numerus, velociũ anno inſequenti ſumitur de verſo, quia ſup. lib. 1. c. 6. dicitur mortuus Epiphanes anno 149.

CAP. XI.

SEd *paruo poſt tempore*. Hic ſecundo ponitur bellum Iudæ cum Lyſia, qui erat inter omnes principes terræ principalior, & primo deſcribit bellũ, & ſequentem concordiam; ſecundo deſcribit in factis particularibus multiplicem Iudæ victoriam: & hoc
E cap. 12. Circa primum tria facit, primo deſcribit Lyſiam à Iuda ſuperatũ, ibi, *ſed paruo*, ſecũdo Lyſiã cum ipſo confœderatum: tertio Iudam mediante Lyſia cum Rege pacificatum, ibi, *anno centeſimo quadrageſimo octauo*. Circa primam partem præmittit à Lyſia exercitus congregationem: ſecundo ſuperbam & præſumptuoſam intentionem, ibi, *exiſtimãs ſe ciuitatem*: tertio ipſius Iudæ occupationẽ, ibi, *ingreſſus autem Iudæam*. Ex parte autem Iudæ ponitur, quomodo ipſe cum ſuis ad lachrymas recurrerunt: ſecundo quomodo verbis Iudæ confortati audacter contra aduerſarios proceſſerunt, ibi, *ipſe primus Machabæus*: tertio, quomodo Angelum adiutorem receperunt, ibi, *cumque ſecum prompto animo*: quarto, quomodo aduerſarios occiderunt, & fugarunt, ibi, *ibant ergo prompti*. Circa ſecundam partem principalem ponit,

quomodo prudenter Lyſias Iudæorum potentiam A inuincibilem conſiderauit: ſecundo, quomodo verba pacis & concordiæ demandauit, ibi, *miſit ad eos* tertio, quomodo Iudas verba nuntiorum acceptauit ibi, *annuit autem Iudas*, quarto quomodo Iudas amicabiles epiſtolas deſtinauit, ibi. *Nam erant ſcripta.* Circa tertiam partem ponit poſt confœderationem cum Antiocho eandem cum populo Romano. Et circa 1. partem ponit epiſtolam Regis ad Lyſiam; ſecundo ad Iudæos. Circa tertiam partem principalem primo præmittit Rex curialem ſalutationem, ſecundo aperit in generali ſuam regalem intentionem ibi, *patre noſtro inter Deos*. tertio explicat Iudæorum & patris diſſenſionem, ibi, *audiuimus Iudæos*. quarto concedit legalium liberam obſeruantiam: quinto hortatur Lyſiam ad huius diuulgationem, ibi, *bene* B *ergo feceris*. Circa epiſtolam Regis ad Iudæos primo ponitur ſalutatio, ſecundo gaudium de proſperitate tertio ſignum de fideli ſecuritate: quarto excuſatio de temeritate. Circa epiſtolam Romanorum ſalutationem præmittunt, prius donata concedunt, de futuris ipſos inſtruunt, epiſtolas mittendas eis petunt.

Textus expoſitio.

Nunc ad literam: *ſicut cætera delubra*, loca ſcilicet ad immolandum idolis, ſic dicta, quaſi delentia vmbram, vt dictum eſt. *venale ſacerdotium*, eſſe ſcilicet ab ipſo, id eſt, cogitabat, quod quolibet anno ſacerdotium venderetur. *Elephantes*, quia animalia ſunt ad pugnandum apta, de quibus lib. 1. c. 6. dictum eſt. *Bethſura* ciuitas eſt fortis ſecundum gloſſam, ad vincendum in terra Iuda Beniamin, *quinque ſtadiorum*, ſtadium eſt octaua pars milliarii, & habet centum & viginti pedes. Iſidor. in lib. 15. *nudi*, armis ſuis proiectis, & illis exuti, ad melius fugiendum. *non inſenſatus*, imo induſtrius. *quæ iuſta ſunt*, id eſt, quæ petebant Iudæi, quorum petitio iuſta eſſe poſſet haberi per victorias ipſis à Deo datas *quæ per illos*, ſcilicet duos, *res permittebat*, id eſt negotiũ exigebat, *& deincepi*, id eſt, cum his, quæ iam incœpi, *Anno centeſimo quadrageſimo octauo*, gloſſa, eodem anno, quo mortuus fuit Antiochus: ſed contra, quia ſupr. li. 1. c. 6. dicitur, quod mortuus fuit anno centeſimo quadrageſimo ſeptimo: reſpondetur, quod frequenter in computandis temporibus Regum vna pars modica anni computatur pro anno. *Dioſcori*, id eſt, Iunii. *inter Deos tranſlato*, id eſt, à vita præſenti hominum abſtracto; ſicut Dii, qui conuerſationem cum hominibus non habent. *templum reſtitue*, id eſt liberum cultum Dei in templo; quia templum iam habebant. *Menelaus*, ille de quo dictum eſt ante ambitioſus, *velle nos deſcendere*, ſenſus eſt, quia ipſe accuſabat Iudæos: quo volebant venire contra Regem & ſuos liberare, quia non erant inter illos liberi, *His igitur qui commeant*, id eſt commorantur: vel *ad nos commeantes*, & nobiſcum conuenientes *Menſis Xanthici*, Græcum nomen eſt, quod Hebraice dicitur Niſan, Latine autem Aprilis. *De his quæ per ignorantiam*, id eſt, ſicut alias paſſi ſunt, vt patet de his, quæ erga ipſos facta ſunt, reſoluere aliqua noluit Lyſias, per ſeipſum determina- E re, ſed ad Regem deferenda eſſe putauit. Cum autem nondum eſſent determinata, miſerunt Romani informantes Iudæos, vt ſcriberent, quomodo illa ad proſperitatem ſuam vellent determinari, quia id ipſi facturi eſſent apud Regem Antiochum. Et notandum, quod eodem die, menſe, & anno fuerunt datæ literæ Regis & Romanorum.

Iſidor. l. 15. cap. 13.

CAP. XII.

His factis pactionibus, Lyſias pergebat ad Regem Iudæi autem agriculturæ operam dabant. Sed hi qui reſederant, Timotheus & Apollonius Gennæi filius ſed & Hieronymus: & Demophon, ſuper hos & Nicanor Cypriarches, non ſinebant eos in ſilentio agere, & quiete. Ioppitæ vero tale quoddam flagitium perpetrarunt rogauerunt Iudæos, cum quibus habitabant, aſcendere ſcaphas, quas parauerant, cum vxoribus, & filiis quaſi nullis inimicitiis inter eos ſubiacentibus. Secundum commune itaque decretum ciuitatis, & ipſis acquieſcentibus B *paciſque cauſa nihil ſuſpectum habentibus? cum in altum proceſſiſſent ſubmerſerunt non minus ducentos. Quam crudelitatem Iudas in ſuæ gentis homines factam vt cognouit, præcepit viris: qui erant cum ipſo: & inuocato iuſto iudice Deo, venit aduerſus interfectores fratrum, & portum quidem nocte ſuccendit, ſcaphas exuſſit, eos autem, qui ab igne refugerant, gladio peremit. Et cum hæc ita egiſſet, diſceſſit, quaſi iterum reuerſurus, & vniuerſos Ioppitas eradicaturus. Sed cum cognouiſſet & eos, qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus ſecum Iudæis. Iamnitis quoque nocte ſuperuenit: & portum cum nauibus ſuccendit: ita vt lumen ignis appareret Ieroſolymis à ſtadiis ducentis quadraginta. Inde cum iam abiiſſent nouem ſtadiis, & iter facerent ad* C *Timotheum, commiſerunt cum eo Arabes quinque millia viri, & equites quingenti. Cumque pugna valida fieret, auxilio Dei proſpere ceſſiſſet, reſidui Arabes victi, petebant à Iuda dexteram ſibi dari promittentes ſe paſcua daturos, & in cæteris profuturos. Iudas autem arbitratus vere in multis eos vtiles, promiſit pacem, dexteriſque acceptis, diſceſſere ad tabernacula ſua. Aggreſſus eſt autem & ciuitatem quandam firmam pontibus muriſque circumſeptam, quæ à turbis habitabatur gentium promiſcuarum, cui nomen Caſpim. Hi vero qui intus erant, confidentes in ſtabilitate murorum, & apparatu alimoniarum remiſſius agebant, maledictis laceſſentes Iudam, ac blaſphemantes, ac loquentes quæ fas non eſt. Machabæus autem inuocato magno mundi* D *Principe, qui ſine arietibus & machinis temporibus Ieſu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris. & capta ciuitate per Domini voluntatem innumerabiles cædes fecit ita vt adiacens ſtagnum ſtadiorum duorum latitudinis, ſanguine infectum fluere videretur. Inde diſceſſerunt ſtadia ſeptingenta quinquaginta, & venerunt in Characa ad eos, qui dicuntur Tubianæi, Iudæos & Timotheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nulloque negotio perfecto regreſſus eſt relicto in quodam loco firmiſſimo præſidio. Doſitheus autem & Soſipater, qui erant duces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos in præſidio, decem millia viros. At Machabæus ordinatis circum ſe ſex millibus, & conſtitutis per cohortes, aduerſus Timotheum proceſſit, habentem ſecum centum vi-* E *ginti millia peditum, equitumque duo millia quingentos. Cognito autem Iudæ aduentu Timotheus permiſit mulieres, & filios, & reliquum apparatum, in præſidium, quod Carnion dicitur: erat enim inexpugnabile, & acceſſu difficile propter locorum anguſtias. Cumque cohors Iudæ prima apparuiſſet, timor hoſtibus incuſſus eſt, ex præſentia Dei, qui vniuerſa conſpicit, & in fugam verſi ſunt alius ab alio, ita vt magis à ſuis deiicerentur, & gladiorum ſuorum ictibus debilitarentur. Iudas autem vehementer inſtabat puniens prophanos, & proſtrauit ex eis triginta millia virorum. Ipſe vero Timotheus incidit in partes Doſithei & Soſipatri: & multis precibus poſtulabat, vt viuus dimitteretur, eo quod multo-*

Lyſia recedente Timotheus infeſtat Iudæos, & Ioppitæ factione in Iudæos grediuntur.

Timotheus hic alter eſt ab illo, qui agitur cap. 10 fuiſſe occiſus. Multi enim erant huius nominis milites & duces: vel eſt ordo præpoſterus, vt ait Hugo.

Caſpim ciuitas erat munita muris. & pontibus in tribu Iudæ nouem ſtadiis diſtãs à Iamnia vel Iabnea.

Characa vel Tharacha locus eſt en Tubianæis Arabibus. qui alio nomine dicuntur Nabuthæi, vel Nabathæi.

rum ex Iudæis parentes haberet; ac fratres, quos morte eius decipi eueniret. Et cum fidem dediſſet, reſtituturum ſe eos ſecundum conſtitutum, illæſum eum dimiſerunt, propter fratrum ſalutem. Iudas autem regreſſus eſt à Carnion, interfectis viginti quinque millibus. Poſt horum fugam & necem mouit exercitum ad Ephron ciuitatem munitam, in qua multitudo diuerſarum gentium habitabat, & robuſti iuuenes pro muris conſiſtentes fortiter repugnabant: in hac autem machinæ multæ, & telorum erat apparatus. Sed cum Omnipotentem inuocaſſent qui poteſtate ſua vires hoſtium confringit, ceperunt ciuitatem, & ex eis, qui intus erant, viginti quinque millia proſtrauerunt. Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quæ ab Ieroſolymis ſexcentis ſtadiis aberat. Conteſtantibus autem his, qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quod benigne ab eis haberentur etiam temporibus infelicitatis, quod modeſte ſecum egerint: gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus ſuum benignos eſſe, venerunt Ieroſolymam die ſolenni ſeptimanarum inſtante. Et poſt Pentecoſtem abierunt contra Gorgiam præpoſitum Idumeæ. Exiuit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis. Quibus congreſſis, contigit paucos ruere Iudæorum. Doſitheus vero quidam de Bacenoris, eques, vir fortis, Gorgiam tenebat: & cum vellet illum capere viuum, eques quidam de Thracibus irruit in eum humerumque eius amputauit: atque ita Gorgias effugit in Mareſa. At illis, qui cum Eſdrin erant, diutius pugnantibus, & fatigatis, inuocauit Iudas Dominum adiutorem & ducem belli fieri: incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incuſſit. Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam: & cum ſeptima dies ſuperueniret, ſecundum conſuetudinem purificati, in eodem loco ſabbathum egerunt. Et ſequenti die venit cum ſuis Iudas vt corpora proſtratorum tolleret, & cum parentibus poneret in ſepulchris paternis. Inuenerunt autem ſub tunicis interfectorum de donariis idolorum, quæ apud Iamniam fuerunt, à quibus lex prohibet Iudæos. Omnibus ergo manifeſtum factum eſt ob hanc cauſam eos corruiſſe. Omnes itaque benedixerunt iuſtum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifeſta. Atque ita ad preces conuerſi, rogauerunt: vt id, quod factum erat delictum obliuioni traderetur. At vero fortiſſimus Iudas hortabatur populum conſeruare ſe ſine peccato, ſub oculis videntes, quæ facta ſunt pro peccatis eorum, qui proſtrati ſunt. Et facta collatione duodecim millia drachmas argenti miſit Ieroſolymam offerri pro peccato ſacrificium, bene & religioſe de reſurrectione cogitans. Niſi enim eos, qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis, & quia conſiderabat, quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.

CAP. XII.

1.p. qu 12. art. 6 & q. 2. art. 2. **H***is factis paſſionibus*, Hæc eſt ſecunda pars diuiſa contra præcedens capitulum, vbi ponit multiplicem particularem victoriam, quam de aduerſariis obtinuit Iudas, & ſecundo agitur de ſepultura aliquorum Iudæorum tranſgreſſorum, ibi, *Iudas autem collecto*. Per totam primam partem ponit aduerſariorum repugnantiam in generali, & ſecundo in ſpeciali ibi, *Ioppitæ vero*. Circa iſtud ſecundum, primo vltio de proditione Ioppitarum, ſecundo de proditione Iamnitarum, ibi. *Sed cum cognouiſſet & eos*.

A tertio conflictum cum Timothæo & Arabis, ibi, *Inde cum iam abiiſſent*, quarto cum illis, qui erant in quadam forti ciuitate, ibi, *aggreſſus eſt autem & ciuitatem* quinto iterum contra Timothæum, & contra Ptolomæum, ibi, *inde diſceſſerunt ſtadia*. ſexto contra Gorgiam, ibi, *& poſt Pentecoſtem*. ſeptimo contra Scythas, ibi, *ideo ad ciuitatem Scytharum*. Circa ſecundam partem principalem totius cap. ponitur primo ex parte ipſius Iudæ & ſuorum intentio ſepeliendi, ſecundo ex parte mortuorum tranſgreſſio delinquendi ibi, *Inuenerunt autem ſub tunicis*, tertio oblatio ponitur ad placandum Deum, ibi, *omnes itaque benedixerunt*, vbi deſcribitur placatio Dei & ex peccati deteſtatione, & ex communicatione, & ex vnanimi tribulatione. Nunc ad literam: *Agricultura operam dabant*

B Hoc dicitur in ſignum pacis & tranquillitatis, *qui reſederant*, id eſt, omnis diu quieuerant à debellando Iudæos, vt eis videbatur. *Timotheus*, fuit forſan alius ab illo, qui ſupra eodem lib. cap. 10 fuit interfectus. *Cypriarches*. id eſt principes Cypri. *ſcaphas*, id eſt naues eſt enim ſcapha parua nauis & leuis, quandoque de vna ſolum arbore concaua facta, vel ex viminibus & corio tecta, & ducitur in aquam, & facile in terram appellitur tempore periculi. Dicitur autem ſcapha à ſcaphos, quod eſt ſpeculum; quia piratæ talibus vtebantur ad ſpeculandum: aut forte quia de longe poſſunt ſpeculari. *Arietibus*, Aries ponitur pro inſtrumento perforandi muros eo quod ad literam

Scaphæ n.

Scapha vnde dicitur.

Aries quid.

C perforat eos ad modum arietis inuadentis. Sumitur enim ligamen de forti & duro & nodoſo trunco, & veſtitur ferro, & impetu violento in murum impellitur, & ipſum perforat. Machina etiam generaliter eſt inſtrumentum exquiſite inuentum. *Tubianæi*, dicuntur illi, qui ſe tenebant ex parte Iudæorum, non tamen erant Iudæi, & dicuntur ſic, quaſi alieni tubis conducti vel vocati, *morte eius decipi eueniret*. quia ſi moterentur, ipſi occiderentur. Fidem enim non tantum per ſponſionem ſicut nos faciunt: ſed per ſponſionis conformitatem. *Scythopolitas*, id eſt ciues habitantes in ciuitatibus Scytharum. *ſeptimanarum*, id eſt Pentecoſtes feſto, quod ſecundum determinatum numerum ſeptimanarum poſt Paſcha celebratur: ſupr. 7. & Leu. 23. *Contigit paucos ruere Iudæorum*, quia

Machinæ.

D abſconderunt donaria idolis immolata, vt ſtatim dicitur infra *Bacenoris*, id eſt Tubianæis de quibus dictum eſt, quod fuerunt à Iuda conducti, vt ad ſonitum tubarum eſſent Iudæis in auxilium. *Thracibus*, id eſt, hominibus de Thracia: Thraces enim ſecundum Papiam deſcenderunt à Thras filio Iaphet, & ſunt homines valde ſeueri. *Irruit in eum*, id eſt, in Doſitheum, non in Gorgiam *Eſdrin*. iſte erat huic Gorgiæ principalis poſt ipſum. *militibus incuſſit*, id eſt, milites Gorgiæ incuſſit ad fugam; qui erat eorum principaliſſimus. *purificati*. ſupple exiſtentes, *& ſequenti*, die ſcilicet poſt ſabbathum. Ex hoc loco habet Eccleſia fundamentum orationes faciendi pro mortuis. *Poſt ſabbathum Martyrum*, id eſt, poſt diem

De hoc vide eundem D. Tho. in 4. ſent. diſt. 45. q. 2. art. 2. q. 1. ad 2.

E dominicam, *Donariis*, id eſt, de illis quæ data erant idolis, vel ad ſacrificandum vel ad ornandum. Lex Deuteronomij. 7. *obliuioni traderetur*, adeo quoad hoc quod amplius ipſum non puniret in alios; vel obliuioni traderetur, aut ab ipſis celaretur, neque diuulgaretur in alios, *ſub oculis*, aliqui libri habent ſic. *ſub oculis videntes quæ facta ſunt*, & tunc ſenſus eſt quod ſeruarent ſe ſine peccato ſub oculis, id eſt, ſub pœna perdendorum oculorum, quã prohibitionem ſciunt iuſte factam, videntes quæ facta ſunt, quod ſcilicet pro peccato eorum fratres proſtrati ſunt. Alij habent, *ſub oculis videntis vel videntis Dei*, quaſi dicat ſi peccaueritis Deus videbit: ſicut patet

Hoc editio vulgaris non habet.

Hæc eadem doctrina

ſub iiſdem terminis habetur in additi. 10. partis q. 71. art. 2. ex autor. tate Auguſt. Damaſi & Dionyſij: de ſuffragiis defunctor & q. 22. art. 6. & in 4. ſent diſt 5. q 1. art. 2. q 2. ad 2.

per ea quæ facta ſunt, quemodo pro peccato ſuo proſtrati ſunt, *pro peccato; ſacrificium*, & ponitur ad maiorem intentionis Eccleſiæ expreſſionem, cum dicitur *pro peccatis mortuorum: vt à peccatis ſoluantur, de reſurrectione cogitans*, aliqui dicunt, quod iſtud totum, *bene, religioſe*, &c. eſt additum, alij quod totum eſt de textu, illod ſcilicet, *pro peccato ſacrificium bene & religioſe, in reſurrectione cogitans*. Et hoc videtur eſſe verum per ſequentem literam, *ſancta, &c.* quæ tamen truncata eſſet ſine hoc: *ſancta ergo*, verbum iſtud eſt hiſtoriographi; & notandum quod quaſi omnia dicta in hoc capite tractantur ſopra in pri mo libro, & hic ſupplentur.

CAP. XIII.

Antiochi Eupatoris aduentus in Iudæam. Hoc bellum idem eſt cũ illo quod narratur lib. 1. cap 6. & quamuis diſſonet in numero elephantorum & c. facile poteſt exponi, & concordari: ſe nocat Lyra; quamuis Hugo hoc errori ſcriptorum imputet, vt ſolet alias.

A*Nno centeſimo quadrageſimo nono, cognouit Iudas Antiochum Eupatorem venire cum multitudine aduerſus Iudæam, & cum eo Lyſiam procuratorem & præpoſitum negotiorum, ſecum habentem peditum centum decem millia, & equitum quinque millia: & elephantos viginti duos, currus cum falcibus trecentos. Commiſcuit autem ſe illis & Menelaus: & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patriæ ſalute, ſed ſperans ſe conſtitui in principatum. Sed Rex regum ſuſcitauit animos Antiochi in peccatorem: & ſuggerente Lyſia hunc eſſe cauſam omnium malorum, iuſſit* C *vt eis eſt conſuetudo, apprehenſum in eodem loco necari. Erat autẽ in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggeſtum vndique habens cineris: hæc proſpectum habebat in præceps. Inde in cinerem deiici iuſſit ſacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum. Et tali lege prævaricatorem legis contigit mori, nec terra dari Menelaum. Et quidem ſatis iuſte. Nam quia multa erga aram Dei delicta commiſit, cuius ignis & cinis erat ſanctus: ipſe in cineris morte damnatus eſt. Sed rex mente effrenatus veniebat, nequiorem ſe patre ſuo Iudæis oſtenſurus. Quibus Iudas cognitis, præcepit populo vt die ac nocte Dominum inuocarent, quo ſicut ſemper, & nunc adiuuaret eos: quippe qui lege & patria, ſanctoque templo priuari vererentur, ac populum qui nuper paululum reſpiraſſet, ne ſineret blaſphemis rurſus nationibus ſubdi.* D *Omnibus itaque ſimul id facientibus, & petentibus à Domino miſericordiam cum fletu & ieiuniis, per triduum continuum proſtratis: hortatus eſt eos Iudas vt ſe præpararent. Ipſe vero cum ſenioribus cogitauit prius quam rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem, exire, & Domini iudicio committere exitum rei. Dans itaque poteſtatem omnium Deo, mundi creatori, & hortatus ſuos vt fortiter dimicarent, & vſque ad mortem pro legibus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus ſtarent: circa Modin exercitum conſtituit. Et dato ſigno ſuis Dei victoriæ, iuuenibus fortiſſimis electis, nocte aggreſſus aulam regiam, in caſtris interfecit* E *viros quatuor millia, & maximum elephantorum cum his qui ſuperpoſiti fuerant. Summoque metu ac perturbatione hoſtium caſtra repleuerunt, rebuſque proſpere geſtis abierunt. Hoc autem factum eſt die illuceſcente adiuuante eum Domini protectione. Sed rex accepto guſtu audaciæ Iudæorum, arte difficultatem locorum tentabat: & Beth-ſuram quæ erat Iudæorum præſidium munitum, caſtra admouebat: ſed fugabatur, impingebat, minorabatur. His autem qui intus erant, Iudas neceſſaria mittebat. Renuntiauit autem myſteria hoſtibus Rhodocus quidam de Iudaico exercitu, qui requiſitus comprehenſus eſt, & concluſus. Iterum rex ſermonem habuit ad eos qui erant in Beth-ſuris: dextram dedit, accepit: abiit, commiſit cum Iuda, ſuperatus eſt. Vt autem co-* A *gnouit rebellaſſe Philippum Antiochiæ, qui relictus erat ſuper negotia, mente conſternatus Iudæos deprecans, ſubditusque eis iuras de omnibus iuſtum viſum eſt: & reconciliatus obtulit ſacrificium, honorauit templum, & munera poſuit: Machabæum amplexatus eſt, & fecit eum à Ptolomaide vſque ad Gerrenos ducem & principem. Vt autem venit Ptolemaidem, grauiter ferebant Ptolemenſes amicitiæ conuentionem, indignantes ne forte fœdus rumperet. Tunc aſcendit Lyſias tribunal, & expoſuit rationem, & populum ſedauit, regreſſuſque eſt Antiochiam: & hoc modo regis profectio & reditus proceſſit.*

CAP. XIII.

A*Nno centeſimo quadrageſimo nono*. Hæc eſt ſecunda pars illius partis cap. 10. diuiſa, in qua ponitur pugna ſimul cum Antiocho & Lyſia, & primo ponitur aduerſariorum inſurrectio, ſecundo à Iuda ipſorom expugnatio, ibi, *quibus Iudas congregatis*, tertio iterata reconciliatio, ibi, vt autem cognouit. Circa primam partem primo agitur de exercitus congregatione. ibi, *anno centeſimo quadrageſimo nono*, ſecundo interſeritur de malitiæ Menelai perceptione, ibi. *commiſcuit autem ſe illis*: tertio de ipſius condigna occiſione, ibi. *ſed Rex regum*, quarto de iuſta C ſepulturæ priuatione, ibi, *erat autem in eodem*: quinto de crodelitatis regiæ executione, ibi, *ſed Rex*. Secunda pars principalis continet duas victorias quas habuit de Antiocho. Circa primam primo ex parte Iudæ & ſoorum continetur deuota oratio: ſecundo perfecta in ſigno humiliatio, ibi, *omnibus itaque*, tertio, ipſius Iudæ prouida deliberatio. ibi, *ipſe vero cum*, quarto ſociorum fortium exhortatio, ibi. *Dans itaque poteſtatem*, quinto hoſtium virilis inuaſio, ibi, *& dato ſigno*. Circa ſecundam partem habes Regem munitiones Iudæorum inuadentem, ſecundo Iudam ſuis in munitionibos prouidentem, ibi *his autem certus*, tertio Regem illos qui erant in Bethſura allo- D quentem, ibi, *iterum Rex*, quarto Iudam hoc non obſtante Regem expugnantem, ibi, *commiſit cum Iuda*. Circa tertiam partem principalem de reſurrectiooe, primo concludit Philippum contra Regem rebellare, ſecundo quod de hoc voluit Rex cum Iudæis ſe pacificare, ibi.. *Iudæos deprecatus*, tertio voluit Rex Iudæos & templum muneribus honorare, ibi, *& reconciliatus*, qoarto conclodit ex hoc Ptolemenſes remunerare, ibi, *vt autem venit Ptolemaidem*, quinto viſus eſt Lyſias eum pacificare, ibi, *tunc aſcendit Lyſias*, Nunc ad literam. Notandum eſt quod de iſto bello cum Antiocho perfectius habitum eſt ſupra lib. 1. cap. 6. & videtur fuiſſe primom E bellum Iudæ & ſoorum cum Antiocho Eupatore filio Antiochi Nobilis, & hoc dicit gloſſa ſuper lucum iſtum, quæ & ſecundum hiſtoriam, & ſecundum allegoriam locum exponit, & remittit ſe ad expoſitionem in præcedente libro poſitam. Sed contra hunc locum obiicitur illod quod habetur libro 1. cap. 6. vbi dicitur qood elephantes 32. docti ad prælium erant ibi: & ibi etiam habetur de turribos ſuper eos ædificatis, & de ordine exercitus Antiochi, &c. hic vero dicitur quod erant viginti duo elephantes Reſpondetur quod hic vel ibi fuit error ſcriptorum, ideſt, eorum qui hos libros compoſitos deſcripſerunt *cum falcibus*, ideſt, vndique circumſeptis falcibus, *cultellis*, ſcilicet ferreis ad ſecandum, tales dicuntur currus falcati. *Menelaus*, qui ſcilicet occidi fecit fratrem ſuum Oniam & prodidit Iaſonem, *cum multa*

Tonſus expoſitio.

Gloſſa.

Obiectio.

Idem ait hic Hugo Cardinal. Error, inquit, fuit ſcriptorum hoc vel lib. 1. cap. 6.

fallacia

fallacia, quia adulando captabat beneuolentiam eius ſupra tamen dictum eſt quod ipſam deprecationem fecerunt filij nequam : quod eſt intelligendum quia plures alij erant cum Menelao, ipſe vero erat principalis, *deprecabatur*, vt inſurgeret in Iudæos, verum ſupra manifeſtius ponitur. *In peccatorem*, id eſt Menelaum. De iſta morte eius tali loco, non dicitur ſupra, tamen hoc fuit verum, quia vt dicitur lib. 2 cap. 1. ipſe fuit de illis filiis nequam, qui vt dictum eſt ſupra, à Iudaiſmo apoſtatarunt, *aggeſtum*, id eſt, tumulum, *in præceps*, quia præruptus erat locus ille, & videbatur minari præcipitium. *Iudo in cineres*, id eſt de altitudine præcipitij impulſus eſt, *tali lege contigit*. Hoc eſt tali modo, hoc eſt vt legali modo, ſed non fortuito. *Sanctus*, ſcilicet ignis ille iugis altaris, *nequiorem*, & hoc quia concitatus fuerat contra eos verbis aliorum, licet de ſe pacem voluiſſet, ſicut, patet per confœderationem prius factam ſupra eodem cap. 12. *victoria Dei*, quia iuuenibus recitauit
Obiectio. fortia Dei facta, *Nocte*, ſed contra hoc ſupra dicitur quod hoc fuit de die, vnde dicitur quod refulſit in clypeos aureos, &c. Reſpondetur quod vtrumque verum eſt. Inchoauit enim de nocte & continuauit
Obiectio. de die, *maximum elephantorum*. Contra ſupra dicitur quod hoc fecit Eleazar frater eius ſubmittens ſe elephanti. Reſpondetur quod hoc iterum fuit, vel hic etiam recitatur compendioſius, & etiam facta alio-
Obiectio. rum tribuuntur frequenter. *Principi, proſpero*. Contra dicitur vbi ſupra, quod Iudas aliquantulum fugit: ergo Eleazar frater ſuus occubuit. Reſpondetur quod proſperitas fuit ibi, non quantum ad omnia, ſed quia multum damni intulerunt aduerſariis ſuis: Et per hoc author inducit per epiſtolam illos quibus
Obiectio. miſſa eſt ad gratiarum actionem, *ſed fugabatur*, iſta clauſula non ponitur vbi ſupra, ſed contra quia vbi ſupra dicitur quod tradiderat ſe propter defectum victualium, Reſpondetur quod quandiu potuit, illis prouidit ſicut dicitur hic, tamen tandem non potuit plus: & reddiderunt ſe, *accepto guſtu*, id eſt, guſtata audacia, ſicut experientia de vino ſumitur per guſtum, *myſteria*, id eſt, ſecreta ſcilicet Iudæ & ſuorum & conſilia, & hoc eſt melius, quia vbi ſupra dicitur quod Rex credebat eis victualia, *cognouit*, per Lyſiã ſcilicet, vt dicitur vbi ſupra. *Philippum*, cui commiſit Antiochus Nobilis moriens ſtolam & annulum & Diadema vt ferret Antiocho iſti, filio ſuo. Veniens vero Antiochiam voluit vſurpare regnum & priuare Antiochum, & hæc fuit cauſa confœderandi ſe cum Iudæis, *iuſtum viſum eſt*, ſcilicet Iudæis, *ne forte fœdus rumperent*, ſcilicet Iudæi, ſed contrarium accidit, quia dicitur vbi ſupra, nempe lib. 1. cap. 6. quod rex ſtatim iuramentum ſuum fregit, *hoc modo*, id eſt hac occaſione.

CAP. XIV.

Demetrius mittit Nicanorem contra Iudæos. *SEd poſt triennii tempus cognouit Iudas & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci cum multitudine valida, & nauibus, per portum Tripolis aſcendiſſe ad loca opportuna & tenuiſſe regiones aduerſus Antiochum & du-*

A *metrio ad conſilium, & interrogatus quibus rebus & conſiliis Iudæi niterentur: reſpondit, ipſi qui dicuntur Aſſidæi Iudæorum, quibus præeſt Iudas Machabæus, bella nutriunt, & ſeditiones mouent, nec patiuntur regnum eſſe quietum. Nam & ego defraudatus parentum gloria, dico autem Summo ſacerdotio, huc veni: primo quidem vtilitatibus regis fidem ſeruans, ſecundo autem etiam ciuibus conſulens, nam illorum prauitate vniuerſum genus noſtrum non minime vexatur. Sed his ſingulis, ò rex, cognitis, & regioni, & generi ſecundum humanitatem tuam promulgatam, omnibus proſpice, nam quandiu ſupereſt Iudas impoſſibile eſt pacem eſſe negotiis. Talibus autem ab hoc dictis & cæteri amici*
B *hoſtiliter ſe habentes aduerſus Iudam, inflammauerunt Demetrium. Qui ſtatim Nicanorem præpoſitum elephantorum ducem miſit in Iudæam: datis mandatis vt ipſum quidem Iudam caperet, eos vero qui cum illo erant, diſpergeret, & conſtitueret Alcimum maximi templi Summum ſacerdotem. Tunc gentes quæ de Iudæa fugerant Iudam, congregatim ſe Nicanori miſcebant, miſerias & clades Iudæorum, proſperitates rerum ſuarum exiſtimantes. Audito itaque Iudæi Nicanoris aduentu, & conuentu nationum, conſperſi rogabant eum qui populum ſuum conſtituit, in æternum cuſtodiret, quique ſuam portionem ſignis euidentibus protegit. Imperanto autem duce, ſtatim inde mouerunt conueneruntque ad*
C *caſtellum Deſſau. Simon vero frater Iudæ commiſerat cum Nicanore: ſed conterritus eſt repentino aduentu aduerſariorum: Nicanor tamen audiens virtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem quam pro patria certaminibus habebant, ſanguine iudicium facere metuebat. Quam ob rem præmiſit Poſidonium, & Theodotium, & Matthiam, vt darent dextras atque acciperent. Et cum diu de his conſilium ageretur, & ipſe dux ad multitudinem retuliſſet: omnium vna fuit ſententia amicitiis annuere. Itaque diem conſtituerunt qua ſecreto inter ſe agerent: & ſingulis ſellæ prolatæ ſunt & poſitæ. Præcepit autem Iudas armatos eſſe locis opportunis, ne forte ab hoſtibus repente mali aliquid oriretur: & congruum colloquium fecerunt: Morabatur autem Nicanor Ieroſolymis, nihilque inique agebat gregeſque turbarum quæ*
D *congregatæ fuerant, dimiſit. Habebat autem Iudam ſemper charum ex animo, & erat viro inclinatus. Rogauitque eum ducere vxorem, filioſque procreare. Nuptias fecit: quiete egit, comiterque viuebant. Alcimus autem videns charitatem illorum adinuicem & conuentiones, venit ad Demetrium: & dicebat Nicanorem rebus alienis aſſentire, Iudamque regni inſidiatorem ſucceſſorem ſibi deſtinaſſe. Itaque rex exaſperatus, & peſſimis huius criminationibus irritatus ſcripſit Nicanori dicens grauiter quidem ſe ferre de amicitiæ conuentione, iubere tamen Machabæum citius vinctum mittere Antiochiam. Quibus cognitis Nicanor conſternabatur, & grauiter ferebat, ſi ea quæ conuenerant irrita faceret, nihil læſus à viro, ſed quia regi reſiſtere non poterat, opportunitatem obſeruabat qua præceptum perficeret. At*
E *Machabæus videns ſecum auſterius agere Nicanorem, & conſuetum occurſum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono eſſe auſteritatem iſtam, paucis ſuorum congregatis occultauit ſe à Nicanore. Quod cum ille cognouit fortiter ſe à viro præuentum, venit ad maximum & ſanctiſſimum templum: & ſacerdotibus ſolitas hoſtias offeren-*

Domine vniuerſorum, qui nullius indiges voluiſti templum habitationis tuæ fieri in nobis. Et nunc ſancte ſanctorum omnium Domine, conſerua in æternum impollutam domum iſtam, quæ nuper mundata eſt. R*azias autem quidam de ſenioribus ab Ieroſolymis delatus eſt Nicanori, vir amator ciuitatis, & bene audiens: qui pro affectu. Pater* Iud*æorum appellabatur. Hic multis temporibus continentię propoſitum tenuit in Iudaiſmo, corpuſque & animam tradere contentus pro perſeuerantia Volens autem Nicanor manifeſtare odium quod habebat in Iudæos, miſit milites quingentos, vt eum comprehenderent, putabat enim ſi illum cepiſſet, ſeſe cladem Iudæis maximam illaturum. Turbis autem irruere in domum eius, & ianuã diſrumpere atque ignem admouere cupientibus, cum iam comprehenderetur. gladio ſe petiit:* B *eligens nobiliter mori, potius quam ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales ſuos indignis iniuriis agi. Sed cum per feſtinationem non certo ictu plagam dediſſet, & turba intra oſtia irrumperent, recurrens audacter ad murum, præcipitauit ſemetipſum viriliter in turbas: quibus velociter locum dantibus caſui eius, venit per mediam ceruicem: & cum adhuc ſpiraret, accenſus animo ſurrexit: & cum ſanguis eius magno fluxu deflueret, & grauiſſimis vulneribus eſſet ſaucius curſu turbam pertranſit. & ſtans ſupra quandam petram præruptam & iam exanguis effectus, complexus inteſtina ſua, vtriſque manibus proiecit ſuper turbas, inuocans dominatorem vitæ ac ſpiritus. vt hæc illi iterum redderet; atque ita vita defunctus eſt.*

Viriliter mori voluit Razias, ſed nõ prudenter: vide Aug. epiſt. 61. ad Dulcitium, & de iſto facto & alio ſimili, quæ non ponuntur in ſacra ſcriptura ad exemplum imitandum ſed admirandum, vide etiam eundem Auguſt. lib. 2. contra epiſt. Gaudentij cap. 23.

CAP. XIV.

S*Ed poſt triennii tempus.* Hæc eſt tertia pars illius, Iudas vero quæ incipit cap. 8. in qua ponitur factum ipſius Iudæ ſub Demetrio nepote Antiochi Nobilis filio Seleuci. Quomodo vero iſte venit ad regnum mortuo patruo ſuo Antiocho Nobili, vide ſupra libro 1. cap. 7. Et talis pars diuiditur in tria primo ponitur à Demetrio contra Iudæos Nicanoris deſtinatio; ſecundo ipſius à Iudæis interfectio, cap. 15. tertio hiſtoriæ conſummatio, eodem cap. in fine. Si vero quis quærat, cur in libro iſto non fiat D mentio de victoriis factis ſub aliis Regibus, vel ab aliis fratribus, ſicuti ſub Ionatha, & Simone: Reſpondetur quod qui ſcripſit librum iſtum ſecundum, intendebat tantum ſecundum modum & formam epiſtolæ cap. 10. ipſam mittere, finaliter ad inducendum Iudæos qui erant in Ægypto vt celebraretur dies victoriæ iſtius, ſcilicet, de morte Nicanoris: & ideo mortuo eodem Nicanore ceſſat epiſtola & eſt finis libri. Circa iſtud capitulum primo ponitur Regis Demetrij ad regnum exaltatio, ſecundo eius ab Alcimo contra Iudæos inflammatio, ibi *Alcimus autem quidam* tertio Nicanoris contra eos deſtitutio ibi, *qui ſtatim Nican.* quarto Nicanoris cum Iudæis E confœderatio, ibi. *Nicanor tamen*, quinto Regis contra Nicanorem indignatio, ibi, *Alcimus autem.* Sexto Nicanoris diſſimulatio, ibi, *quibus congregatis* ſeptimo Iudæ perceptio & declinatio. ibi. *At Machabæus videns*, octauo Nicanoris ſuperba comminatio, ibi, *quod ille vt cognouit*, nono cuiuſdam ſenis Iudæi ignominioſa interfectio, ibi. R*azias autem quidam.* Circa ſecundam partem agitur primo de Alcimi praua ambitione, ſecundo de munerum oblatione, ibi, *offerens ei*, tertio de ipſius à Rege conſultatione, ibi, *& vocatus*, quarto de Iudæorum accuſatione, ibi. *Ipſi qui dicuntur*, quinto de Regis contra eos prouocatione, ibi, *ſed oro*, ſexto de omni con-

A tra eos inflammatione, ibi, *talibus*. Circa tertiam partem introducit Regem Nicanorem mittentem & informantem, & Alcimum in Summum ſacerdotem præficientem, ibi, *& conſtitueret.* Tertio populum contra Iudam ſe Nicanori coniungentem, ibi *Tunc gentes*, quarto populum Iudæorum timentem & ad Dei auxilium recurrentem, ibi, *Audito itaque Iudæi.* Circa quartam partem habetur, primo quomodo Nicanor de potentia Iudæ & ſuorum deliberauit, ſecundo quomodo nuntios pacis ad eos deſtinauit, ibi, *quamobrem.* Tertio quomodo Iudas legationem de conſilio acceptauit, ibi. *Cum de his.* Quarto quomodo ad cautelam rem ordinauit, ibi. *Præcepit autem Iudas.* Quinto quomodo Nicanor cum eis pacifice habitauit, ibi, *morabatur autem.* Cir- B ca primam Alcimus ad Regem reuertitur de pace cum Iudæis nequiter inſtruitur, falſitas & malitia tam Iudæ quam Nicanoris, illi ſuggeritur, Rex ad indignationem iterum commouetur, & ſcriptura Regis captura Iudæ iterum præcipitur, ſexta pars indiuiſa manet, & etiam ſeptima Circa octauam partem notandum quod primo ponit Nicanorem Iudam requirentem, ſecundo ipſum iniicere hoſtias in templo impedientem, ibi. *Venit ad maximum.* Tertio templum & altare deſtruenda aſſerentem, ibi, *quibus cum iuramento*, quarto populum ad dominum recurrentem, ibi, *ſacerdotes autem protendentes*. Circa nonam partem primo ponitur ipſius Raziæ commendatio, ibi. *Razias autem*, ſecundo Nicanoris er- C ga Iudices mala intentio, ibi. *Volens autem Nicanor.* Tertio ipſius ſancti viri ab ipſo perſecutio, ibi, *turbis autem irruere.* Quarto ex parte ipſius viri humanæ probitatis oſtenſio, ibi, *& cum iam comprehenderetur.* Iſta autem fuit probitas (ſi probitas dici debet, & non potius improbitas) quod ter ſe viſus eſt occidere primo vulnerando, ſecundo præcipitando, tertio inteſtina ſua proiiciendo. Sed iam ad literam. *Demetrium Seleuci filium*, quis fuit ille, & quomodo regnauit: vide ſupra lib. 1. cap. 7. *Tripolis*, ciuitas eſt maritima, vnde vero veniebat Iudas, ſupra lib. 1. cap. 7. *Alcimus*, peſſimus & ambitioſus, *coinquinatus* obſeruantia gentilitatis, *commixtionis*, ideſt, quando commiſcebat ſe cum gentibus, ſupra cap. 4. D & 6. *ſalutem nec acceſſum ad altare*, quem ſcilicet ex ambitione optabat, nempe ſacerdotium, *centeſimo quinquageſimo anno*, ſed contra quia ſtatim dicitur quod hoc fuit poſt triennij tempus, ſupple à morte Antiochi Nobilis, & à regno filii ſui Antiochi, qui incepit anno centeſimo 49. vt dictum eſt ante cap. 6. vnde oportet quod iſtud ſit anno 151. Reſpondetur id verum eſſe, ſed hic non computatur illa pars quinquageſimi primi anni, in cuius principio iſte Demetrius venit, vnde debet gloſſari, poſt triennii tempus, ideſt, poſt duos annos, & partem tertii poſitam pro anno tertio, *coronam*, in ſignum victoriæ ſuper hoſtes, *& thallos*, in ſignum dominii ſuper templũ, thalli enim erant vaſa ad modum turrium facta, E in quibus offerebant in diebus ſolemnibus, vt dicit gloſſa. *Aſſidæi*, ſic dicebantur qui Iudam ſequebantur: quia ſpeciali zelo dediti erant cultui diuino, & in eo aſſidui, *qui ſtatim Nicanorem*, hic, vt ad principale propoſitum veniat, præmittit de miſſione prima Alcimi & Bacchidis: & proditione Iudæorum ab Alcimo veniente, & iuramenti ſui violatione, de quibus ſupra libro 1. cap. 7. *conſtitueret Alcimum*, ſupra quidem dixit quod Rex illum conſtituit, quod eſt verum: ſed præcepit Nicanori vt deſtituto Iuda poneret iſtud in executione, caperet ſcilicet viuum, *Tunc gentes quæ de Iudæa fugerant Iudam*: forſan illi fuerunt qui ſpe auxilii ad Alcimum venerunt: quia

Textus expoſitio.

Obiectio.

eum

eum de genere Aaron crediderunt; ſup. lib 1.cap.7. A quos iuſte fraudulenter decepit. *Sanguine iudicium facere metuebat*, ideſt, metuebat ſeditionem ſedare per iudicium ſanguinis, ideſt, per ſanguinis effuſionẽ: quia timebat ſibi, & ſuis. *ſella prolata ſunt ſingulis*; idem, ab vtraque parte, *haberetur*, ſcilicet à Iuda, *rogauit eum*: Nicanor ſcilicet. *Iudam procreare filios*, forte vt iudicium daret ei maioris ſecuritatis, vel propter filios imitatores ſuæ probitatis habendos, vel quia hoc idem ipſe fecerat, ſicut ſtatim innuitur, vnde ſequitur. *Nuptias ipſo fecit*, ſcilicet Nicanor. De hoc nihil fuit dictum ſupra lib. 1.cap. 7. ſed bene quod miſit verba pacifica in dolo, & quod Iudas fugit, ſed vtrumque fuit verum: Quia primo fuit confœderatio, & poſtea receſſit Nicanor à Iuda: habens tantum pacem in ſigno, non in re: & hæc vocantur ſupra verba pacifica in dolo, quibus non conſenſit: ſed illa percipiens fugit, & declinauit, ſicut dicitur hic, & tunc venit ad templum cum verbis comminatoriis: & hoc vtrobique dicitur, *ſolitas hoſtias offerentibus*, & ſupra dicitur quod oſtenderunt, ei hoſtias ſpeciales quas pro proſperitate Regis faciebant,, vt eum magis allicerent. *Libero*, ideſt tali idolo, *patri autem*, dicit cauſa reuerentiæ, ſicut vocamus Deum noſtrum patrem, *conſecrabo*. Contra, quia ſtatim dixerat quod ipſum ad planitiẽ deduceret. Reſpondetur quod forſan ex impatientia ignorabat vim vel ordinationem verborum ſuorum, vel forte id comminatus eſt ſub diſtinctione, quod ipſa faceret, vel hoc vel hoc. Ideſt, quod vel ipſum deſtrueret, vel quod illud idolo conſecraret, vel forte quod in eodem loco aliud templum faceret idolo conſecratum. *Razias autem delatus*, ideſt accuſatus dictum fuit ei quod ex quo non poterat Iudęos punire in puniendo Iuda; quod non poſſet eos magis offendere quam in illo ſene *Razia compellendo, in Iudaiſmo*, ideſt, in ritum Iudæorum, *gladio ſe petiit* ideſt, ſe percutere viſus fuit, *contra natales ſuos*, quia natus erat de fidelibus. *Defunctus eſt*, ſed vtrum in hoc ſit laudandus vel vituperandus: Reſpondetur quod nullus poteſt ſe interimere, vel aliquid facere ad quod immediate & indubitanter ſequatur mors, quin ſit homicida ſui ipſius, niſi forte hoc faciat inſtinctu ſpiritus ſancti, ſicut creditur feciſſe Samſon. Vnde in epiſt. ad Hebræos 11. cap. ponitur ille in catalogo fidelium, & ſimiliter forſan fecit iſte, vnde gloſſa ſuper hunc locum, & eſt Auguſtini. His exceptis quos lex iuſta generaliter vel ipſe fons iuſtitię Deus ſpecialiter occidi iubet, quiſquis hominum vel ſeipſum, vel alium quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur. Sed ſecundo dubitatur vtrum ſaltem ſic facere, ſit magnanimitatis? & dicitur quod ſic. Vnde & in litera dicitur. *magis eligens nobiliter mori.* Ad hoc dicitur, quod ſuperficie tenus videtur eſſe quædam magnanimitas, ſed realiter eſt quædam puſillanimitas, vnde Auguſtinus in eadem gloſſa: quicunque hoc ipſum in ſemetipſos perpetrant, animi magnitudine mirandi ſunt, quamuis ſi rationem diligentius conſulas, nec ipſa quidem animi magnitudo recte nominatur, vbi quiſque non valendo tolerare, vel quæque aſpera vel aliena peccata; ſemetipſum interimit, magis enim mens in-

Obiectio.

Dubium bonum. Vide eundem de hoc 2. 2. q. 64 art 5. vbi eandem penitus doctrinam habes: ex Auguſt. & Ariſt. 3 ethic. cap. 8.

Dubium aliud.

Auguſt. ſimiliter reſoluit hoc dubium loco ſupra allegato.

CAP. XV.

Nicanor diebus ſabbathi Iudam oppugnare tentat: ſed in bello occiditur.

NIcanor autem vt comperit Iudam eſſe in locis Samaria, cogitauit cum omni impetu die ſabbathi committere bellum. Iudais vero qui illum per neceſſitatem ſequebantur dicentibus, Ne ita ferociter, & barbare feceris, ſed honorem tribue diei ſanctificationis, & honora eum qui vniuerſa conſpicit, ille infelix interrogauit, ſi eſt potens in cælo qui imperauit agi diem ſabbathorum. Et reſpondentibus illis, Eſt Dominus viuus
B *ipſe in cælo potens, qui iuſſit agi ſeptimam diem. At ille ait, Et ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, & negotia regis impleri. Tamen non obtinuit vt conſilium perficeret. Et Nicanor quidem cum ſumma ſuperbia erectus, cogitauerat commune trophæum ſtatuere de Iuda. Machabæus autem ſemper confidebat cum omni ſpe auxilium ſibi à Deo affuturum & hortabatur ſuos ne formidarent ad aduentum nationum, ſed in mente haberent adiutoria ſibi facta de cælo, & nunc ſperarent ab Omnipotente ſibi affuturam victoriam. Et allocutus eos de lege & prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerant prius, promptiores conſtituit eos: & ita animis eorum erectis ſimul oſtendebat Gentium fallaciam, &*
C *iuramentorum prævaricationem. Singulos autem illorum armauit, non clypei & haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis & exhortationibus, expoſito digno fide ſomnio per quod vniuerſos lætificauit. Erat autem huiuſcemodi viſus: Oniam qui fuerat Summus ſacerdos, virum bonum & benignum, verecundum viſu: modeſtum moribus, & eloquio decorum, & qui à pueritia virtutibus exercitatus ſit, manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum. Poſt hoc apparuiſſe & alium virum ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum. Reſpondentem vero Oniam dixiſſe. Hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: hic eſt qui multum orat pro populo & vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias Propheta Dei. Extendiſſe autem Ieremiam dextram, & dediſſe Iudæ gladium aureum, dicentem: Accipe*
D *ſanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduerſarios populi mei Iſrael. Exhortati itaque Iudæ ſermonibus bonis valde, de quibus extolli poſſet impetus, & animi iuuenum confortari, ſtatuerunt dimicare & confligere fortiter: vt virtus de negotiis iudicaret, eo quod ciuitas ſancta, & templum periclitarentur: erat enim pro vxoribus & filiis, itemque pro fratribus & cognatis minor ſollicitudo: maximus vero & primus pro ſanctitate timor erat templi, ſed & eos qui in ciuitate erant, non minima ſollicitudo habebat pro his qui congreſſuri erant. Et cum iam omnes ſperarent iudicium futurum, hoſteſque adeſſent, atque exercitus eſſet ordinatus, beſtiæ equiteſque opportuno in loco compoſiti, conſiderans Machabæus aduentum multitudinis & apparatum varium armorum, & ferocitatem beſtiarum, extendens manus*
E *in cælum, prodigia facientem Dominum inuocauit: qui non ſecundum armorum potentiam, ſed prout ipſi placet dat dignis victoriam. Dixit autem inuocans hoc modo, Tu Domine qui miſiſti Angelum tuum ſub Ezechia rege Iuda, & interfeciſti de caſtris Sennacherib centum octogintaquinque millia: & nunc dominator cælorum*

que millia, præſentia Dei magnifice delectati. Cumque oſſaſſent, & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruiſſe cum armis ſuis. Facto itaque clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotentem Dominum benedicebant. Præcepit autem Iudas qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abſciſſam, Ieroſolymam perferri. Quo cum perueniſſet, conuocatis contribulibus, & ſacerdotibus ad altare accerſiit & eos qui in arce erant. Et oſtenſo capite Nicanoris, & manu nefaria quam extenderat contra domum ſanctam omnipotentis Dei, magnifice gloriatus eſt. Linguam etiam impij Nicanoris præciſam iuſſit particulatim auibus dari; manum autem dementis contra templum ſuſpendi. Omnes igitur cæli benedixerunt Dominum, dicentes, Benedictus qui locum ſuum incontaminatum ſeruauit. Suſpendit autem Nicanoris caput in ſumma arce, vt euidens eſſet, & manifeſtum ſignum auxilij Dei. Itaque omnes communi conſilio decreuerunt nullo modo diem iſtum abſque celebritate præterire: habere autem celebritatem tertiadecima die menſis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi dies. Igitur his erga Nicanorem geſtis & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate poſſeſſa, ego quoque in his faciam finem ſermonis. Et ſi quidem bene, & vt hiſtoria competit, hoc & ipſe velim: ſi autem minus digne, concedendum eſt mihi. Sicut enim vinum ſemper bibere aut ſemper aquam, contrarium eſt: alternis autem vti delectabile: ita legentibus ſi ſemper exactus ſit ſermo, non erit gratus. Hic ergo erit conſummatus.

Pridie Mardochai dies, id eſt, 13 die Martij quia feſtum Mardochæi celebrabatur 14. & 15. die Menſis Adar.

CAP. XV.

N*icanor autem vt comperit,* &c. Hæc eſt ſecunda pars partis præcedentis, in qua poſtquam ponitur Nicanoris deſtinatio, ſubiungitur eius à Iuda & ſuis interfectio, & primo ponitur Nicanoris ſuperbia in principio capitis. Secundo Machabæi confidentia, ibi, *Machabæus autem*, tertio de hoſtibus magna victoria, ibi. *Iudas vero.* Circa primum ponitur fallax hoſtis intentio, ſecundo eius redargutio, ibi, *Iudas vero.* Tertio, veritatis ab ipſo inueſtigatio. ibi, *at ille infelix*, quarto veritatis auditæ deſpectio, ibi, *& reſpondentibus illis.* Circa ſecundam partem

A principalem hortatur ſuos Iudas, primo recitatione verborum, ſecundo expoſitione ſomniorum, ibi, *ſingulos autem illorum*, & circa iſtorum numerum primum declarat Iudæ confidentiam; & promittit de cœlo victoriam; & recitat ſcripturæ diuiſa adiutoria, replicat & hoſtium malitiam. Circa ſecundam partem harum duarum ponit primo Iudam ſomniantem. ibi, *ſingulos autem illorum*, ſecundo Oniam orare videntem, ibi. *Oniam qui fuerat.* Tertio virum Oniæ apparentem, ibi. *Poſt hoc autem apparuiſſe*; quarto Ieremiam pro populo orare promittentem, ibi, *hic eſt qui multum orat pro*, &c. quinto Ieremiam Iudam animantem, ibi, *accipe ſanctum gladium.* Sexto populum ex his vires colligentem, ibi, *exhortati itaque verbis*, ſeptimo Iudam deprecantem, ibi, *& cum iam ſperarent.* Circa tertiam partem

Vide 22. q. 83. art. 11.

Vide eum de hoc in 2. 2 q. 60. art. 3. et. q. 7. art. 22. q 26. art 3. et. q 51. art. 3. ad 1. et.

B principalem ponitur primo quomodo congreſſi fuerunt, ſecundo quomodo exercitum Nicanoris occiderunt, tertio quomodo caput & linguam & manus eius abſciderunt. Quarto quomodo caput eius in loco eminenti ſuſpenderunt. Quinto gratias Deo cum lætitia reddiderunt, Sexto quomodo diem victoriæ celebrari ordinauerunt. Nunc ad literam, *Ne ita barbaro feceris*, id eſt, extranee, rudeter vel crudeliter, *ſanctificationis*, paſſiue, id eſt, ſanctificatæ, vel actiue, quia obſeruantes, ex hoc ſanctificantur. *Commune trophæum*, id eſt, habeo victoriam omnibus notam. *Machabæus autem confidebat*, ſcilicet malitiam eius eſſe publice puniendam, *cum omni ſpe*, id eſt, ſpe perfecta. *De lege*, id eſt, æquitate & ſanctitate legis, & Prophetarum. *Iuramentorum*, ſcilicet Nicanoris, de

Textus expoſitio.

Textus expoſitio.

C quo ſupra cap. 14. *Armauit*, id eſt, conſtanter firmauit, *Onia*, qui fuerat mortuus, ſupra cap. 4. *qui multum orat*, hinc patet ſanctos habere curam de viuis, & eos qui mortui ſunt in ſanctitate, viuos ſuis orationibus ante Deum iuuare, *extolli poſſet impetus*, id eſt, intendi & fieri maior contra inimicos, *compoſiti*, de hac compoſitione ſatis habetur ſupra libro 1. cap. 6. ſi tamen ſit idem prælium, quod non omnino credo. Vel forte in iſto prælio eodem modo beſtias & elephantes ordinauerunt. *Ezechia.* Eſai. 28. & 4. Regum 19. vide de hoc, *prima*, ſcilicet hebdomada. *Adar* id eſt, Martij. Heſter. 9. *pridie*, quia ſolennitas Mardochæi fuit die 14. Martis, & iſta ponitur die 13. *ex illis temporibus*, ſcilicet vſque ad captiuitatem Romanorum.

Explicit finis Libri 2. Machabæorum.

INDEX RERVM
MEMORATV DIGNIORVM, QVÆ DANIELEM ET MACHABÆOS legentibus paſsim occurrunt.

Prior numerus paginam, poſterior columnam & litteram deſignat.

A

ABacuc fortis luctator interpretatur. 57. 2. c, quid moraliter deſignat ibid. an fuit vnus de duodacim prophetis. 56 1. c
Abdenago interpretatur auxilium Domini. 7. 1. e
Abominatio deſolationis templi quo tempore contigit. 39. 2. d, 2. a, b
Accuſans ſi probatione deficit debet eandem pœnam ſuſtinere, quam accuſatus ſuſtinuiſſet 54. 1. a
Adar eſt menſis Martius. 120. 1. b. 2. c
Adulationis varia genera, & quibus rebus comparantur. 19. 1. d
Afflictiones Iudæorum præcipuæ ſunt quatuor 61.
Alexander humani ſanguinis effundendi appetens, 65. 2. b, Alexandri famâ per totum orbem ſparſâ, omnes prouinciæ ſe illi ſubdebant. ibid. 2. e, duodecim annos regnauit. ibid. d, à ſorore ſua proditur intoxicatus. ibid. d, diuerſa opinio de eius morte. ibid. d, e, non filiis regna reliquit ſed aliis 66. 1. b, in quot partes regnum Alexandri fuit diuiſum. 66. 1. b, c
Altare in quo hæreticus ſacrificium offert, eſt deſtruendum. 72. 2. a, eadem die qua gentiles altare prophanauerant. Machabæi Deo ſacrificant ibid. a, b, altarium variæ dedicationes. ibid. b, c
Ambitio cauſa omnis diſſenſionis. 31. 1. b
Ananias dictus eſt Sidrach, & cur. 7. 1. d
Angeli alii aſſiſtentes, miniſtrantes alii 31. 1. e, Aſſiſtentium maior numerus quam miniſtrantium. ibid. 2. a, b
Inter angelos bonos nulla eſt diſcordia 42. 1. c, 2. a
in fugam 110. 1. c, 2. a, b, orat Dominum vt miſericordiam conſequatur ibid. c, d, 111, 1. a b, &c.
Antiochi Eupatoris aduentus in Iudæam 116. 1 a, c, &c.
Antiochia quid, vnde, & à quo dicta, olim fuit vocata Reblatha. 70. 2. b
Antiochus cur dictus Illuſtris. 66. 1. e, frater Seleuci Philopatoris. 67. 1. a, aſcendit in Hieruſalem Menelao ductore centeſimo quadrageſimo tertio anno à morte Alexandri. 67. 1. b, poſuit idolū Iouis in templo, prohibuit fieri omnes oblationes ſecundum legem Moyſi, & præcepit carnem ſuillam comedi. ibid. b, c
Antiochus init fœdus cum Simone & perſequitur Triphonem. 93. 2. a, b, hic dicebatur Soter vel pius. 94. 1. b
Antichriſti tempore non ceſſabit iuge ſacrificium 35. 1. d
Arbor viſa à Nabuchodonoſor myſtice quid ſignificat. 22. 1. d, e, 2. a, b
Arbores Solis & Lunæ quæ olim dicebantur 66 1. a
Arebathane ciuitas filiorum Eſau. 74. 1. e
Aries quid myſtice 34. 1. d, e, 35. 2. a 115. 2. b
Ariſtobulus quis fuerit. 97. 2. d
Artaba quid. 54. 2. e
Aſcalon vrbs maritima prope Axotum munitiſſima. 84. 1. e
Alphanex qualis fuit 6. 1. c, d, e, quatuor elegit pueros de filiis Iſrael & quare ibid quid interpretatur. ibid. 2. d
Aſſidæi qui dicuntur. 118. 2. e
Atria Templi quatuor erant. 78. 1. d, e
Azarias dictus eſt Abdenago & cur. 7. 1. e
Azylum quid. 104. 1. a, b

Beſtiæ quatuor quid moraliter deſignant. 31. 2. b, c. &c. beſtia quatuor habens alas quid denotat. ibidem c, 32. 1. a, b, beſtia innominabilis & terribilis habens dentes ferreos & pedes quid myſtice declarat. ibid. 1. c, d
Bethſura quid. 70. 2. b, 75. 1. b, c, 111. 1. d
bethzacara præſidium & locus vbi Iudas Machab. contra Antiochum ſtabat. 75. 1. c, d
Bethzeca vrbs Gaulonis fuit in tribu Manaſſe 77. 1. d

C

CApharſalama vrbs in campo tribus Iudę ſita inter Cæſaræam & Dioſpolim. 77. 1. c
Caſpim ciuitas munita turribus & pontibus in tribu Iuda, nouē ſtadiis diſtans à Iamnia. 114. 2. c
Iulius Cæſar incepit imperare anno ter milleſimo nongenteſimo decimo ſexto 79. 2. c. cur de illo dicitur *omnia Caſar habet.* 80. 1. a, b,
Iulius menſis ab eo nuncupatus. ibid.
Cedron vicus erat magnus. 94. 1. b, c
Cendebæus dux exercitus Antiochi profligatur à filiis Simonis Machabæi. 94. 2. d, 95
Centurio quid. 70. 2. d
Cethim quid. 65. 2. b
Characa locus qui eſt in Tubianæis Arabibus 114. 2. d.
Cinara quid & vnde. 72 2. b
Conſules in bello duo imperabant, non tamen ſimul. 79. 1. c,
Cornu modicum quid myſtice ſignat. 34. 1. c
Cornua decem quid myſtice deſignant 32. 1. d

D

DAmnatorum vita, mors magis quam vita dicenda. 108. 2. a
Danielis quatuor conditiones 5. 1. b. dictus eſt Balthaſar & cur 7. 1. d, quid interpretatur. ibid. 2. a.
Danielis aſtutia in detegenda ſacerdotum Belis malitia. 55. 2. a, b, &c. eius toleratoria ad ſuſtinendum aduerſa 56. 1. b, c, &c. eius liberatio à pœna fa[illegible]is, & mortis. ibid. 1. c. 2. a, b, c
Daniel conſtans fuit ne tranſgrederetur patrum mandatum 7. 2. c, d, &c. 8. 1. a, b. In Daniele fuit ſpiritus prophetiæ & intelligentiæ quantum ad quatuor 8. 1. c. 2. a, b, c, fuit eius facies melior vnà cum tribus pueris, præ cæteris aliis ibid. 1. 2.
Daniel cur non fuit à principio precum exauditus 42. 1. c, d,
Darius cur Danielem non eripuit de manibus æmulorum 27. 2 b. cur mulieres & natos æmulorū Danielis fecit mitti in lacum leonum. ibid.
Dathæman munitio in monte Galaad Iudæorum 75. 1. a.
Decurio quid. 70. 2. d
Demetrius occiſis Antiocho & Lyſia regnat 77. 1. a, mittit Bacchidem & Alcimum iterum contra Iudæos. 80. a. b, c
Demetrius victus ducitur ad Arſacem regem Perſarum. 92. 1. a, 93. 1. a, b, &c.
Demetrius mittit Nicanorem contra Iudæos ſuaſu Alcimi Iudæi. 117. 1. c
Detractionis ſunt decem modi. 32. 1. d
Deus commendandus eſt propter tria, 16. 1. d, c, 17. 2. b,
Deus reputatur pius & benignus in expectando peccatores & in puniendo ſtatim diuerſâ ratione. 107. 1. c
Deus quando dicitur vigilare & dormire 38. 1. d, ſtatim ac homo deuotus orare incipit, Deus exaudit preces eius. ibid.
Dictator quando creabatur. 79. 1. c
Diſciplina in quo conſiſtit. 8. 2. b
Diſcordia inter Ptolomæum Regem & Alexandrum ſuum generum. 86. 1. c, d
Dioſcorus eſt menſis Iunius. 11. 5. 2. d
Duram quid. 14. 2. c. d
Dydrachma vnde dicitur. 103. 2. b

E

ECcleſia cur Machabæorum martyrium celebrat & non aliorum ſanctorum veteris teſtamenti. 108. 1. c,
Eleazarus exemplar conſtantium martyrum futurorum. 105
Electione diuina quis poteſt eſſe ſecurus 6. 2. d,
Epacta quid. 37. 2. b
Ephetoo vrbs ſuper ripas Iordanis extructa 75. 2. b.
Ephœbia quid, & ephœbus 103. 1. d, e
Epiſtola Iudæorum habitantium Ieruſalem, qua hortantur Iudæos Ægypti vt gratias Deo agant ſuper morte Antiochi 96 1. a
Eſdras Bibliam combuſtam à Chaldæis reſtaurauit 99. 2. c.
Et copula quid coniungit 65. 1. c
Exercitum non licet congregare ſine authoritate regis. 85. 1. c

F

FAuſtum vnde deducitur, & quid fauſta clamare. 74. 2. b
Feſtum Luminarium vnde. 72. 2. c. Feſta legalia durabant tantum ſeptem diebus. ibid.
Feſtum Purificationis altaris ſub quo fuit inſtitutum. 97. 2. a
Feſtum Mardochæi celebrabatur, & die menſis Adar. 120. 1. b, 2. c
Filius hominis quis cenſendus. 31. 1. d

G

GArizim mons eſt eleuatus iuxta Iericho è regione montis Gebal 106. 1. a, b, 2. c.
Gazara vrbs fuit celebris apud Philiſtæos 92. 2. a.
Genaſar quid & vnde dicitur. 88. 1. c
Gentiles cur diem natiuitatis celebrant, non autem Chriſtiani. 107. 1. a, b
Gymnaſium quid eſt proprie, 66. 2. d, c, 103. 1. c

H

HEbdomadæ ſeptuaginta Danielis myſtice quid deſignant. 39. 2. c. d, &c. 40. 1. a, b
Hircus quid myſtice deſignat. 34. 2. b, 35. 2. a, b
Homicida ſuipſius nemo eſſe poteſt. 119. 1. c, d non eſt magnanimitatis ſeipſum potius interimere quam conſtanter mori. ibid. d, e
Honor à Regibus exhibitus templo Hieroſolymitano, & proditio theſauri eius per Simonem 100. 1. b

I

IAſon quomodo priùs vocatus. 101. 2. c
Iaſon ciues ſuos perſequitur, ſed tandem interimitur. 104. 1. c, d

Ieremias quomodo occultauit in monte arcam, altare & tabernaculum. 98. 1. c, 99. 1. a.
Ignis qui ſeptuaginta annis in aqua vixit vendente Antiocho Iaſoni ſacerdotium extinctus eſt. 103. 2. a
Ignis nomine quodlibet mortis genus intelligitur 70. 2. a
Infernus in ſcriptura variè accipitur, 107. 1. c. d
de Inimicis licet ne vindictam optare & quærere de illis. 78. 2. e
In omni Inquiſitione ſecundum formam iuris quatuor debent obſeruari. 53. 1. b, c, d
Intelligentia occultorum in quo conſiſtit. 8. 2. c
Inuidia tempus & opportunitatem nocendi quærit. 15. 1. e
Ioachim cur ſic vocatus à rege Babylonis 5. 2. b, quot annis regnauit ibidem. & quo anno factus tribotarios regis Babylonis & quare 6. 1. a, b, quid ioterpretatur. ibid. 2. c
Ioppe oppidum erat in tribu Manaſſe antiquiſſimum. 91. 1. b
Ionathas qui Iudæ ſucceſſit, ſub quatuor regibus triumphauit. 81. 1. c.
Ionathas mittit legatos Romanis & Spartiatis ad confirmandum fœdus amicitiæ. 88. 2. a. b. 89. 1. e, 2. a, b, &c. capitur & interficitur cum liberis & Simon dux ſubſtituitur eius loco 90. 1. b, c, 91. 1. 2. quot annis tenuit principatum ibid. 2. d
Ioſephus Zachariæ filius punitus fuit propter inobedientiam. 74. 2. b
Iudas decimus ſacerdos, à tempore Seleuci primi Regis. 104. 2. b
Iudas colligit exercitum zelo Dei adductus & patriæ libertatis, atque profligat Nicanorem. 108. 2. b, c, d, 109.
Iudas finitimas gentes, quæ tentabant perdere Iſrael percutit auxilio Simonis & Ionathæ. 72. 2. e, 74. 1. a, b, c
Iudas quo anno mortuus eſt. 97. 2. d
Iudas Apollonium & Seron principem Syriæ interficit. 69. 1. b, c, Iudas Machabæus quare ſic vocatus. ibid. Inſidianti Gorgiæ occurrit Iudas. 70. 2. e, ſub Antiocho Epiphane triplex, habuit prælium. ibid. 1. b, c,
Iudas Machabæi ciuitatem & templum recipit in ſua protectione Deo duce. 111. 1. 2. c, d
Iudas conſiderans res Romanorum proſperatas eſſe cum eis pacem init 79. 1. b, 2. c, d, interficitur. 80. b, c, &c.
Iudæ genus fuit nobiliſſimum. 7. 1. c
Iudæi an peccarint pugnando in Sabbatho 67. 1. e 2. d, e
Iudæi cum captiui eſſent in Babylone quomodo poterant facere Iudices de eorum ſenioribus, & etiam aliquē condemnare ad mortem. 54. 1. b
Iudæi coguntur relinquere legem Dei, ac templum violatur à Gentilibus. 105. 2. e
Iudæi extra Hieruſalem exiſtentes dum orare volebant, vertebant ſe verſus eam. 70. 1. c.
Iudæorum Congregatio fiet perfecta ante diem Iudicii. 99. 2. a
Laſciuiam quæ inducunt, ſunt tria 13. 2. d, 14. 1. a
Legio quid. 76. 2. b
Lex Iudæorū prohibebat manū non animum 76. 1. d, ſecondum legem ſeptimo anno quieſcebat terra, nec fructus portabat. ibid. 2. d
Ludus quinquennalis vnde dicitur. 103. 2. b
Lyſias conatur Iudæos expugnare, ſed in fugam verſus pacem petere coactus fuit. 113. 1. c, 114. 1. a, b
Lyſia recedente Timothæus infeſtat Iudæos, & Ioppitæ facinus in Iudæos aggrediuntur. 114. 2. a

M

Machabæi vnde dicti. 62.
Machabæi confligunt aduerſus Perſas & Græcos. 65. 1. d
Machina quid. 76. 2. a, 115. 2. c
Mancipium vnde dicitur. 110. 1. b
Martyrium ſeptem fratrum Machabæorum atque matris eorom ſimul. 107. 1. e. 2. a, b, &c.
Mathathiæ planctus & filiorum eius propter deſolationem ciuitatis. 67. 1. e, 2. a, b, &c. commendatur à tribus. 68. 1. e. pugnauit in ſabbatho. ibid. 2. d
Medeba ciuitas trans Iordanem in tribu Ruben, 81. 1. b, c
Memoria quid differt à reminiſcentia. 13. 2. a
Menelaus dicitur frater Simonis non carne ſed moribus. 103. 2. d, & quis fuit. ibid. 117. 1. a
Miſach quid interpretatur. 7. 1. d
Miſael dictus eſt Miſach, & cur. 7. 1. d
Modin vrbs celebris propter Machabæos. 67. 1. e
Mulier non debet conſentire actui impudicitiæ propter quamcunque ignominiam vel infamiam, ſeu propter metum mortis. 54. 1. a

N

Nabuchodonoſor cur inuaſit regnum Iudæorum. 5. 1. c, 2. a, b, 1. c
Nabuchodonoſor in amentiam redactus cum feris morabatur. 22. 2. d, non fuit diſcerptus ab vrſis & leonibus permiſſu Dei ibid. e, eius regnum gubernabatur à Principibus eo tempore quo amens fuit. ibid. non fuit mutatus in beſtiam 23. 1. c, vtrum fuit ſaluatus. ibid. a
Nanea quæ fuit. 97. 2. c
Naphta quid. 17. 1. a, b
Nephi quid ſignificat. 98. 1. d
Nicanor die ſabbathi Iudam oppugnare tentat, ſed in ballo occiditur. 119. 2. a
Nicanoris cum Iuda duplex congreſſus. 78. 1. b, c

O

Onias ab Antiocho Menelaus appellatus. 101. 2. e
Oratio non eſt dimittenda in rebus à Deo promiſſis & ordinatis. 58. 1. c

Perſonam ſuſpectam quatuor reddere poſſunt. 54. 1. c
Pœna habet triplicem rationem. 78. 2. c, poteſt accipi pro cautela ad cauendum peccata futura. 79. 1. a
Pœnæ adhibitio duplex. 107. 1. c
Pontificum templi catalogus, ordo & ſeries illorum à tempore Salomonis. 101. 1. c
Pontificum nomen ua & nomina à regno Græcorum vſque ad Iudam Machabæum. 105. 2. d
Præfectus quî differt à principe. 15. 1. a
Princeps regni Perſarum an fuit bonus Angelus. 42. 1. d, e
Pſalterium & Nablis quî differunt inter ſe 91. 2. e
Ptolemais vrbs maritima Phœniciæ ad Belum fluuium, habens montem Carmelum à meridie. 73. 1. b, 74. 1. e
Pyramis vnde dicitur. 91. 2. a

R

RAzias viriliter mori voluit ſed non prudenter. 118. 1. a
Rechabitæ vinum non bibebant & quare. 7. 2. c
Regnum quo iure petebatur pro fratre, cum qoia haberet hæredem de carne ſua. 78. 1. e
Regnum Chaldæorum leæne comparatur. 28. 2. b Medorum & Perſarum comparatur vrſo ibi d. d, e, Græcorum pardo aſſimilator. 29. 1. b, c Romanorum verò regnum beſtiæ terribili comparatur. ibid. d, e, & quid myſtice quatuor regna deſignant. 28. 29. & ſeqq.
Regis quatuor inſignia. 85. 1. d
Regibus vt quis valeat gratioſè miniſtrare quid requiratur. 6. 1. e, 2. a, Regum Chaldæorum ritus & ſolennitas in inſtitutione miniſtrorum. ib. 2. a, b
Rex qoî differt à Tyranno. 14. 2. e
Religio falſa in nullo caſu illiuſqoe prætextu eſt ſimulanda. 56. 2. d
Reminiſcentia quî differt à memoria. 13. 2. a

S

SAcrificium iuge oonceſſabit tempore antichriſti. 35. 1. d
Sancti habent curam de viois. 120. 1. c
Satrapæ quid. 14. 2. d
Scenopegia vnde deducitur, 85. 1. e
Scientia humanorum in quo conſiſtit. 8. 1. e
Scorpius quid. 76. 2. e
Scythæ ſont crudeliſſimi & iniuſti. 104. 1. c
Sedechias vbi exoculatus. 70. 2. b
Sententia Dei quæ pro delictis punit duobus modis intelligi poteſt. 23. 1. b
Sepheta vallis eſt in tribu Iuda iuxta vrbem Eleutheropolim. 89. 1. b
Sidrach quid interpretatur. 7. 1. d
Sidrach, Miſach, & Abdenago à Chaldæis accuſantur quod noluerunt adorare ſtatuam quam Nabuchodonoſor adorandam præceperat 15. 1. e, eorum citatio, reſponſio, pœna ſupplicii. ibid. 2. b, c, &c. benigna liberatio eorum. 16. 1. b, c, ab his tribus exaltatur Dei Iuſtitia, eius clementia imploratur, allegatur eius miſericordia, inuocatur eius potentia 16. 1. 2. laudatur eius eſſentia 17. 1. d, e, prouocatur creatura ad laudem Dei. ibid. 2. b, c, &c. 18. 1. 2.
Signa viſa in cœlo Hieroſolymis. 104. 1. c, d, quæ eius deſtructionem præceſſerunt. 105. 1. c, d, permittitur cœcitas mentis diuinæ vltionis tempore ibid. d, Angelorum voces ibid. quæ plebeius quidam homo ante deſtructionem Hieroſolymæ prædixit. ibid. e,
Simon calumniatur Oniam ſummum ſacerdotem 101. 2. b, c
Smigma quid. 51. 2. c
Somnia quinque modis contingont 13. 2. a, b, eſt ne iis adhibenda fides. ibid.
Stadium quid. 114. 1. e
Statua ficta lata, aurea, alta, erecta, dedicata adorata Nabuchodonoſoris moraliter quid deſignat. 19. 1. c, d
Statuæ magnæ per lapidem abſciſſum de monte ſine manibus comminutæ viſio, à Nabuchodonoſore. 9. 1. d. eius cauſa quadruplex ibid. & quid myſtice ſignificat. ibid. e, 2. a, b, &c. eius ſomnii reuelatio. ibid. 2. b, inquiſitio. ibid. d. e reſeratio totius myſterii à Daniele facta. 11, 12. & ſeq. qoo anno regni ſui Nabuchodonoſor hoc ſomnium vidit. 13. 1. c, quomodo potuit eſſe certus. cum nihil de eius memoria remanſiſſet. ibid. 2. a, moralitates tres de hac ſtatua ibid. 2. c, d, &c.
Statuæ aureæ viſio à Nabuchodonoſore. 14. 1. b, c quadruplex eius cauſa. ibid. c, d, &c. eius erectio, promolgatio, adoratio. ibid. e, 2. a, b, vbi fuit erecta. ibid. 2. d
Stola ſancta talaris erat veſtis & ornamentum proprium ſummi ſacerdotis. 83. 1. e
Soſannæ hiſtoria deſcribitur. 51. 52. & ſeqq

T

TAlentum quid. 110. 1. b
Tarquinius ob ſuperbiam regno deiicitur. 79. 2. c
Templi contaminatio quot aonis durauit. 112. 2 d. e
Tentationum ſeptem ſunt differentiæ. 19. 2. c.
in Tentatione ſeptem reperiuntur. 51. 1. d, e
Teſtimonium alicuius quantumuis authoritatis magnæ non eſt admittendum ſine diligenti examine. 54. 1. a
Thallus quid. 118. 2. d, e
Thraces qui & à quo originem ſúpſerūt. 115. 2. d
Thyrſus quid. 112. 2. e
Tribulatio perfecta ſub Antiocho Epiphane. 105. 2. b, c, &c.
Tribulationis fornacem ſeptem ſuccendunt. 19. 2. a, b
Tribunus quid. 70. 1. d
Tripolis ciuitas maritima in Syria. 117. 1. e
Tuba, fiſtula, cythara, ſambuca, Pſalterium, ſymphonia quî differunt inter ſe. 15. 1. c
Tubianæi vnde dicuntur. 115. 2. c
Tobin quid interpretatur. 74. 1. e
Tygris fluuius vnde dictus. 40. 2. e
Tyrannus, vide Rex

V

VIſio nona Danielis qualis & quotuplex eius cauſa. 40. 1. e. 2. a, b, &c. quid moraliter deſignat. 42. 2. b. c, d
Viſio vltima Danielis quæ, & quotuplex eius cauſa. 43. 44. & ſeqq. an de tempore Antichriſti debet exponi. 48. 1. d, moraliter quid deſignat. ibid. e. 2. a, b. &c. 50. 2. a, b
Virgines tempore legis veteris Deo in templo ſeruire ſolitæ, ab hominum cœtu erant ſegregatæ. 100. 2. a
Voluntas quomodo deprauatur ſuper omnes potentias animæ. 6. 2. c

Z

ZAbdiel Rex Arabum caput Alexandri amputauit, & miſit illud ad Ptolomæum 88. 1. b. c
Zaraballa quid. 18. 2. c, 19. 2. e

VA1 1520843